PAULLI M. PACIAUDII ... DE CULTU S. JOHANNIS BAPTISTAE ANTIQUITATES...

Paolo Maria Paciaudi

Digitized by Google

N I. S I.
P 2. No 61.

2. D. 7. 57

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIQVITATES
CHRISTIANAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

PAVLLI M. PACIAVDII

CLER. REG. PRESBYTERI
HISTORICI ORDINIS HIEROSOLYMITANI

DE CVLTV S. JOHANNIS BAPTISTAE ANTIQVITATES CHRISTIANAE

ACCEDIT
IN VETEREM EJVSDEM ORDINIS LITVRGIAM
COMMENTARIVS.



IN MVS· CHRISTIAN·
PP· BENEDICTI XIV·
Ex Iaſpide antiq.

ROMAE CIↃIↃCCLV.

EXCVDEBANT FRATRES PALEARINI
AD THEATRVM POMPEII
PVBLICA AVCTORITATE.

Digitized by Google

BENEDICTO XIV. P. M.

SANCTIORI . MORVM . DISCIPLINA

PERVIGILI . REI . CHRISTIANAE . ADMINISTRATIONE

ASSIDVA . IN . LITTERIS . OPERA

DE . OMNI . HOMINVM . GENERE . MERITISSIMO

PRINCIPI

PIO . INCLYTO . FELICI

QVOD

SACRVM . EQVESTREM . ORDINEM

S. JOHANNIS . HIEROSOLYMITANI

PLENISSIMO . MVNIFICENTIAE . STVDIO

PRAESTANTIQVE . NVMINE . SVO

FOVERIT . DECORAVERIT . AVXERIT

PAVLLVS . MARIA . PACIAVDIVS

ORDINIS . HISTORICVS

NOMINIS . EJVS

IN . PERPETVVM . CELEBRANDI . CAVSSA

HOC . QVICQVID . EST . LIBELLI

INSCRIPTVM . DICATVMQVE . VOLVIT

LVBENS . MERITO.

Digitized by Google

Digitized by Google

CENSORVM DE HOC LIBRO JVDICIA.

NOſtratibus quum non liceat librum in vulgus edere, quin prius pro noſtrarum legum ſanctionibus, viris ad id muneris delectis probetur; heinc jubente Reverendiſſimo Patre Januario De Petio P. Gen. librum P. Paulli M. Paciaudi, viri doctrina, & morum integritate probatiſſimi, cui titulus: *Antiquitates Chriſtianae &c.*, ea qua par eſt diligentia evolvimus, & adtentis animis quamlibet illius partem inſpeximus. Idque praeſtantibus nobis, ingenue fatemur nil invenire, aut animadvertere in eo potuiſſe, quod vel minimum impediat, quominus Clariſſimo auctori libera detur facultas opus hoc ſuum Typographorum formis, & arte in publicum emittendi. Porro ſana in illo elucet ſincerae Religionis doctrina, morum ubique ſplendet ſanctimonia, doctrina cum eruditione conjuncta, neque emendicata, neque pedeſtri; dicendi ratio ubique elegans: quae omnia & ad litterarum incrementum faciunt, & noſtro Ordini publicam exiſtimationem concilient.

Datum Romae in Aedibus S. Andreae de Valle III. Kal. Majas Anno R. S. cIↄ. Iↄ ccLV.

Antonius Franciſcus Vezzoſi C. R. in Archig. Rom. Hiſt. Eccl. P. P

Joſephus Siſto C. R. Rerum Biblicarum Profeſſor.

JANVARIVS M. DE PETIO
PRAEPOSITVS GENERALIS CLER. REG.

OPus inſcriptum: *Antiquitates Chriſtianae &c.* a P. Paullo M. Paciaudio noſtrae Congregationis Presbytero exaratum, & Theologorum, quibus id commiſimus, judicio approbatum, ut Typis excudendum tradatur, quoad nos ſpectat, facultatem concedimus. In quorum fidem praeſentes litteras manu propria ſubſcriptas, & conſueto noſtro ſigillo munitas damus. Romae in Aedibus S. Silveſtri in monte Quirinali Kal. Maii MDCCLV.

Januarius M. De Petio Praep. Gen. C. R.

loco † ſigilli

Raphael Venturinus C. R. Secret.

LIbrum, cui titulus: *De cultu S. Johannis B. &c.* juſſu Reverendiſſimi Patris Sacri Ap. Palatii Mag. diligenter perlegi, in eoque non modo nihil, quod Chriſtianis non conveniat diſciplinis offendi, verum etiam ſummam laudem conſequuturum eſſe exiſtimo illius auctorem, qui ex penitiori tum ſacrae, tum profanae antiquitatis notitia, qua maxime pollet, cultum S. Praecurſori in utraque Eccleſia perpetuo exhibitum, novo ut ita dicam hujuſmodi argumenta pertractandi modo & probationum genere, mirifice illuſtrat. Quare ſplendidiſſimum hoc Ordinis Hieroſolymitani in Patronum ſuum religionis monumentum, in publicam lucem proferendum cenſeo. Ex Aedibus Vaticanis pridie Kal. Maii MDCCLV.

Joſephus Garampius Baſilicae Vaticanae Canonicus, Archivo Pontif. ſecretiori Praefectus.

VIri Cl. Paulli Mariae Paciaudi *Chriſtianas Antiquitates* Reverendiſſimo S. P. A. Magiſtro jubente legi animo perquam attento, eaſque non modo Catholicae diſciplinae, boniſque moribus conſonas offendi, verum eximiam Cl. Auctoris diligentiam ſuſpexi, admiratuſque ſum ſummopere, cum praeteritorum Scriptorum labores longe praetergreſſus, univerſa, quae Majorum noſtrorum pietatem, cultumque erga Sanctiſſimum D. N. J. C. Praecurſorem teſtantur, ipſe incredibili labore ex abditis Sacrae Antiquitatis penetralibus eruerit, ac methodo ſatis perſpicua digeſſerit, quo factum eſt, ut pius lector uno veluti intuitu conſpiciat Templa, Aras, Imagines, Nummos, Feſta, varioſque Gentium ritus, quibus Sanctiſſimi Praecurſoris memoria in Eccleſia fere univerſa conſecrata fuit. His accedunt non pauca, eaque eximia Monumenta, quae Cl. Auctor nunc primum in lucem protulit, quaeque Chriſtianos ritus, & veterem Liturgiam maxime illuſtrant, Sacrarumque Imaginum cultum egregie adſtruunt adverſus Novatorum obloquentium calumnias. Quae cum ita ſint, opus hujuſmodi, & publica luce digniſſimum cenſebit unuſquiſque, qui a Sacris, & penitioribus Muſis alienus non ſit, & generoſo Militum Ordini gratulabitur ſummopere, quod Patroni ſui cultum tanti Viri ope illuſtriorem reddiderit. Ita ſentio.

Dabam ex Bibliotheca Imperiali IV. Kal. Maii CIↃIↃCCLV.

Conſtantinus Ruggerius Praefectus

TOTIVS

TOTIVS OPERIS CONSPECTVS,

ET SINGVLORVM CAPITVM BREVIARIA.

PRAELOQVIVM.

Quibus excitus cauſſis auctor ad ſcribendum animum appulerit. Viri doctiſſimi in deſcribendis Actis S. Iohannis Baptiſtae verſati. SS.PP. maxime Graecorum Orationes de laudibus Baptiſtae, quorum aliquot nec dum editae. Recentium Scriptorum libri, quibus Praecurſoris geſta explicata. Novum ſcriptionis genus hoc libro concludi. Dicendorum ſeries. Cur opus P.O.M. nuncupatum. SS. D. N. BENEDICTI XIV. in Ordinem Hieroſolymitanum merita. Magnus ſacrae Militiae MAGISTER referendae gratiae quam ſtudioſus. Amor Sapientiſs. Pontificis erga ſacrae Vetuſtatis monumenta. Debita illius doctrinae, & clementiae laus. pag. 1

DISSERTATIO PRIMA

De Sacris Aedibus ubicumque gentium Beatiſſimo Praecurſori antiquitus dedicatis.

CAPVT I. *Chriſtianis ante ſaeculum* IV. *ſacras aedes propalam habere licuiſſe. Templum princeps Romae, itemque duo in Civitatibus Oſtienſi, & Albanenſi a Conſtantino Magno S. Iohannis Baptiſtae dicata. Fronto coarguitur. Carmina inſcripta abſidae Lateranenſi. Eccleſiam Sancti Iohannis Majoris Neapoli, veriſimillimum a Conſtantino Conſtantis filio fuiſſe conditam. Prima Chriſtianorum Templa Florentiae, & Mediolani S. Iohanni nuncupantur, Placidia Auguſta aedem Praecurſori aedificari Ravennae imperat.* 10

CAP. II. *Theodolinda Baſilicam S. Iohannis Modoetiae aedificat. Integra illius Inſcriptio. Agilulphus Rex Eccleſiam S. Ioh. Baptiſtae Taurini conſtrui curat. Monumenta aliquot ex Chartulario Eccleſiae Vlcienſis, & ex Statutis Canonicorum Taurinatium. Gundiberta Theodolindae filia S. Iohanni opitulatori ſuo Templum Terracinae ſacrum eſſe voluit. Id ipſum praeſtat Rhotarius in ſuburbio Papiae. Langobardi ad Chriſti Praecurſorem, tamquam ad* ORACVLVM *ſua omnia referunt.* 15

CAP. III. *Coenobia ſub nomine S. Iohannis B. in Latio, in Campania, in Aprutiis tempore S. Benedicti condita; cujus exemplum ſecuti ſunt Monachi, qui primo Ordinem propagarunt. S. Magnus Epiſc. Opi-*

terginas, & Grimoaldus per viſum excitati ad Eccleſias S. Iohannis fabricandas. Recenſentur aedes ſacrae vetuſtiſſimae S. Ioh. Bapt. per Italiam dedicatae. 19

Cap. IV. *Bonifatius Ab. Nonantulanus Eccleſiam S. Ioh. B. inſtaurat. Monaſterium Montis Veneris, ubi maxime cultus Chriſti Praecurſor. Charta ex Tabulario ejuſdem Monaſterii evulgatur. Monaſterium S. I. B. in ſinu Hipponiatu ad Mare Tyrrhenum. Conſtantia Auguſta 50 Byzantios aureos legat Monaſterio S. Iohannis in Flore. Eodem Patrono gloriari alia antiqua Coenobia. Sodalitates ſaeculo* XI. *inſtitutae, Praecurſoris tutelae commendatae.* 22

Cap. V. *Northmannorum Principum liberalitas pro ſacris aedificiis reſtituendis. Templa in Sicilia a Roberto Guiſcardo, Rogerio, ac Wilielmo condita, aliaque ejuſdem Provinciae, quibus S. Iohannes Baptiſta Patronus datus eſt.* 24

Cap. VI. *Tabula opere muſivo Panormi in honorem S. Iohannis B. ſaeculo* XI. *poſita deſcribitur. Illius accurata delineatio nunc primum exhibetur. Prima Graeca inſcriptio ejuſdem Tabulae exponitur, emendaturque. Opus factum* PRO REMEDIO ANIMAE. *Inſcriptio Aldrudae in rem noſtram affertur. Morinus notatus* REDEMPTIONES PECCATORUM *ante An. octingenteſimum uſitatas. Altera inſcriptio declaratur, atque reſtituitur.* 26

Cap. VII. *Exterae nationes, quae S. Iohannem ſuis Templis cuſtodem, ac tutelarem aſſignarunt, ſummatim percenſentur. Rex Recceſuinthus excitato apud Oppidum Baleolenſe Templo de cultu Praecurſoris optime promeritus. Templi Titulus. An S. Iacobi Diſcipuli hunc cultum in Iberiam deportaverint. Lectiſſimi Galliarum Reges, & Epiſcopi illius propagandi ſtudioſi. Delubra veteri religione memorabilia apud Gallos ex Sauſſayo, Sammarthanis, & Bouqueto. Inſignis* Collegiata *Eccleſia Ultrajecti Praecurſori conſecrata. Obſequentis animi argumenta erga S. Baptiſtam a Germanis producta. Templa, & Sacrorum hominum domicilia, quorum illic S. Ioh. B. ſoſpitator & praeſes.* 35

Cap. VIII. *Graecos prae ceteris nationibus Iohannem Prodromum impenſius coluiſſe. Quanta fuerit Conſtantinopoli Imperatorum, ac Patriciorum cura pro Templis in honorem S. Iohannis conſtruendis. Quae cauſſa fecerit, ut eidem Fanum Alexandriae Theodoſius dedicaret. De Templo Sebaſtes, deque mirabilibus in eo viſis a Paulla Romana. Viris religioſis huic Templo deſervientibus multam pecuniam erogandam decernit Ludovicus VII. Verba Diplomatis.* 38

Ca-

Cap. IX. *Helena Auguſta prope ſpeluncam, in quam ſe ſe receperat Iohannes Baptiſta, templum ad aſpectum praeclarum fabricari mandat. Item alterum in Vrbe Emeſa. Alexander Vrbis Edeſſae Praef. in Aede S. Iohannis judicia exercet. Iohannes ſummo honore habitus, cultuſque in* LOCIS SACRIS. *Ichnographia veteris Templi, ubi olim Zachariae domus. Perquamdubia & incerta portenta, quae a Marco Paulo, & Salignaco accidiſſe narrantur* 42

DISSERTATIO SECVNDA

De Baptiſteriis numini & tutelae S. Johannis Baptiſtae commendatis.

Cap. I. *In vetuſtiſſimis Baptiſteriis oculis plerumque objicitur imago Beatiſſimi Praecurſoris. Quibus nominibus antiquitus illa appellarentur. Quae cauſſa fecerit, ut veteres Chriſtiani in Fluviis quandoque coeleſti lavacro mundari, expiarique conſueverint. Non egeſtati, qua premebantur, tribuendum videtur. Vbi Chriſtus baptizatus, ſuperſtructum Templum, & Aſceterium Divo Iohanni. Locus Bedae teſtatiſſimus. Illuc Mariam Aegyptiam adiiſſe, & Myſtica Sacra ibidem accepiſſe.* 46

Cap. II *Cur copia aquarum in Baptiſteria antiquitus corrivata. Damaſus PP. copioſos latices in Baptiſterium Vaticanum deducit. S. Linus Veſontii illud aedificat ad praeterfluentes aquas. Ibidem exſtructa Eccleſia S. Baptiſtae. Aquilejae Baptiſterium juxta fluvium Alſam. Scriptores qui de Baptiſteriorum architectonice diſſeruerunt. Ita conſtanter Praecurſori dicata, ut illis cognomentum acceſſerit* Eccleſiae S. Johannis ad Fontes, vel in Fonte. *Exempla ad id aptiſſima. Mos Graecorum Oratoria S. Iohannis Baptiſteriis copulandi. Teſtimonia Theophanis Iſacii, & Ceramei recitantur.* 49

Cap. III *Sacella in Baptiſteriis Praecurſori ſacra. Titulus duplex Baptiſterii Brixienſis, quo ejus aedificatio, & conſecratio indicatur, emendatiſſimus exhibetur. V. Heribaldus Saeculo IX. Autiſſiodori Baptiſterium reficit, & Iohanni dedicat. Baptiſterium Torcellanum eidem ſacrum. Quare illa Epiſcopio plerumque attigua. Altaria, Signaque aliquot in Baptiſteriis poſita in honorem S. Iohannis recenſentur. Mutila Inſcriptio Conchae Baptiſmalis Venetiis inſculpta. Epigraphe alia Baptiſterii Hadrienſis. Reliquiae Sanctiſſimi Praecurſoris in Baptiſteria illatae.* 52

Cap. IV *Baptiſteria ſacris donariis cumulata. Hilarus PP. in honorem B. Iohannis Baptiſterio Romano multa elargitur. Tholi duorum Baptiſteriorum Ravennatium opere vermiculato obducti. Graviſſimum in*

hic picturis Muſivarii erratum. Pictura miro artificio teſſellata Baptiſterii Baſilicae Marcianae nunc primum typis data. Ejus emblemata, atque ſymbola ſingillatim explicantur. 55

CAP. V. *Supplicationes ad Fontes Baptiſmales in feſto Praecurſoris Chriſti. Oratio, ſeu* Collecta *ad* Fontes *in vetuſtiſſimis Sacramentariis. Sollemnibus Baptiſmi diebus additus eſt & Natalis S. Iohannis Bap. Ejuſdem Praecurſoris effigies inſculpta Vaſis potoriis, quibus veteres Chriſtiani utebantur in conviviis eo die, quo ſacro latice expiati.* 60

CAP. VI. *Ritus Graecorum μεγάλου ἁγιασμοῦ in die ſancto Theophaniae. Dum Sacerdos aquam Cruce lignea ſulcat, Iohannem invocat. In ejuſmodi Crucibus imago, & nomen Baptiſtae. Buxeae plerumque ſunt, & anaglyphae, a Monachis Athoniticis fabrefactae. Schema Crucis Meſſanenſis ob oculos ponitur, totaque ejus affiguratio explicatur. Cur artifex Stellas fluvio tenus circumpoſuerit. Opinio de igne in Iordane accenſo, dum Iohannes baptizaret, quibus teſtibus ſubnitatur.* 62

CAP. VII. *Hemerobaptiſtae, vulgo dicti* Chriſtiani S. Johannis, *impium, ac ſuperſtitioſum cultum Praecurſori adhibent. Ejus exemplo perverſe abutuntur. Hermenianos, & Seleucianos verba Iohannis in pejorem partem traduxiſſe. Sed Simonianos primos fuiſſe, qui pueros ferro candenti in Baptiſmo inurerent.* 65

CAP. VIII. *Pictura Codicis Bibliothecae Regiae Taurinenſis in publicum edita, atque illuſtrata. An Iohannes a Chriſto aquis perfuſus? Iohannem non fluvio, ſed ſanguine baptizatum cenſuit Nazianzenus. Egregius Auguſtini locus, qui priori ſententiae ſuffragatur. Menda, quae hic Pictori exciderunt.* 69

DISSERTATIO TERTIA

De Feſtis in honorem S. Praecurſoris ab Eccleſia univerſa peractis.

CAP. I. *Feſtum S. Iohannis triplicite olim indictum. Ordo, qui a Graecis ſervatur in celebrandis feſtis S. Baptiſtae. Is Zachariam patrem habuit ſanctiſſimum. Pontificatum Maximum haud geſſiſſe demonſtratur. Laterculus Pontificum Haebraeorum a Seldeno, & Capello deſcriptus. Altare Suffitus in ſecunda Templi parte exſtitiſſe. Zachariam Sacerdotio functum ſortitione facta. Binae Picturae ex Codicibus Vaticanis proponuntur, atque explicantur.* 72

CAP. II. *Quo anni tempore conceptus S. Baptiſta. Iohannis Archiepiſcopi Nicaeni teſtimonium. Conſentit cum Eccleſiaſticis Graecorum Feſtis, ubi de feſto* Conceptionis S. I. B. *Menologium Baſilii minus accurate latine redditum ab Arcudio. Stephanus Trithesita Conceptionem adnotat Menſe*

Menſe Novembri Syri in hunc ipſum inclinatum Menſem rejiciunt Latini feſtum celebrant VIII *Kal. Octob. Baronius a Caſaubono criminationibus vindicatus. Martyrologia, & Kalendaria vetuſtiſſima MSS. Bibliothecae C. R. recenſentur. Cur citius aliquando peractum. Locus difficilis ex Epiſt. Auguſtini explicatur. Cur hac aetate feſtum illud obſoleverit.* 77

CAP. III. *Quo loco Iohannes conceptus. Non Emeſae, non Bethlem, neque in Caſtro Macheruntis. Florentinium minus accurate feliciterque pro ultimo pugnaſſe. Papebrochii conjectura proponitur. In agro Hebron praeclarum facinus accidiſſe. Quandonam Praecurſor ſanctitatem fuerit adeptus. Feſtum* Sanctificationis S. Johannis *in Martyrologio Caſtellani adnotatum. Patres exultationem Baptiſtae cognitionis minime expertem cenſuere. Quae a Baſnagio contra afferuntur, infirma omnia, ac labantia.* 82

CAP. IV. *Feſtum Nativitatis S. I. B. omnium praeclariſſimum. Ejus antiquitas haud petenda a Concilio Agathenſi. Schmidius refutatus. Eccleſiae PP. cujuſvis aetatis ſumma cum caeremonia hunc diem curandum edixerunt. Quare* Natale *aliquando inſcribatur. Maxima feſti hujus apparatus. Pervigiliorum origo a Kortolto, Bohemero, & Schurzfleiſchio perperam traditur. Rituale Lateranenſe Coeleſtini II temporibus ſcriptum. Jejunium* XIV. *dierum ante* Nativitatem S. *Iohannis indicitur a Concilio Salegunſtadienſi. Fragmenta Concilii Ilerdenſis maximis feſtis Domini exaequant. Pontifices, & Imperatores omnibus pietatis ſignificationibus celebrant. Diſciplina Farfenſis quid mandet eo die. Ab ipſis Mahometanis coli.* 86

CAP. V. *Feſtum* Synaxis S. *Iohannis apud Graecos quodnam. Quae in Baſilii Menologio traduntur nimis vaga, & obſcura. Hoc feſto coluntur conciones, quibus Iohannes populum ad virtutem inflammabat. Impudentiſſimae in Iohannem Gnoſticorum calumniae, item Catharorum deliramenta. Iohannem ex locis ab omni convictu remotis prodiiſſe. Cellarii, & Walchii ingenua confeſſio. Magdeburgenſes, aliiſque de voce ἐρήμος inepta commiſere. An Iohannes apud Inferos Chriſtum venturum praenunciarit. Id non dum a Nicephoro Xanthopulo, & Philotheo P. CP., ſed a PP. ὀρθοδόξοις perhiberi. Ea tamen opinio videtur abjicienda* 92

CAP. VI. *Feſti in Decollationis non ſuo die celebrari, & cur variis nominibus appellatum. In veteris Eccleſiae Lugdunenſis Breviarium obſervationes. Feſti hujus celebritas Kalendarium Rinkoviense mss. Saeculi* VIII. *Conſtitutio Emmanuelis Imp. huc pertinens. Verba Macarii Chryſocephali in Oratione adhuc inedita. Iohannes in Oppido Macherunte in car-*

carcerem truſus, mortique datus. Locus S. Gaudentii, qui contra afferri poſſet, expeditur. Memoranda interfectorum ſupplicia. Anaglyphum exſectum caput S. Iohannis exhibens, unde Venetias delatum. Num rubentes in eo maculae ex ſanguine Praecurſoris 97

CAP. VII. *Tribus potiſſimum anni diebus peragi feſtum* Inventionis Capitis. *Tota haec hiſtoria multis maximiſque ambagibus obvoluta. Prima Inventio ſub Theodoſio Euripi, & Pſeudo-Cypriani narrationes de Capite Iohannis decreto Gelaſii PP. in Concilio Romano excluſae. Secunda Inventio Vincomalo, & Opilione Coſſ. ſub Marcello Archimandrita Spelaei ea eſt, quam praeſeferunt Latinorum Martyrologia. Eadem picta in Kalendario Graeco Moſco, & in Tabulis Capponianis. Miniatulae harum Ephemeridum figurae partite deſcribuntur. De Analabo, ejuſque antiquitate nonnihil affertur. Fictitiam Grati Auguſtenſis hiſtoriam hic non exhiberi. Pontificis veſtes in Tabulis Capponianis Graeco more depictae. Tertia Inventio ſub Michaele Imperatore, & Ignatio Patriarcha. Quae in ea acciderint, teſte anonymo Combefiſiano. Ceterae, quae circumferuntur Inventiones, quanta laborent ſuſpicione. Feſtum* Receptionis Faciei *in Eccleſia Ambianenſi. Alterum Pariſiis peractum,* Suſceptionis Reliquiarum. *De his auctoris conſilium ac monitum.* 101

CAP. VIII. *Faſti Bimeſtres Eccleſiae Ruthenicae ex Muſeo Cl. M. Lucatellii nunc primo eruditorum oculis proponuntur. Mos pingendorum Kalendariorum, Kalendarium Furii Dionyſii. Alterum opere Muſivo repertum extra Portam Capenam. Ephemerides depictae in Periſtylio Monaſterii S. Athanaſii, & in Odeo Eccleſiae Simonis Petrae. Qua aetate noſtrae Tabulae conſtructae. Earumdem copioſa deſcriptio. Quicquid eae habent notatu dignum, vel ad S. Iohannem Baptiſtam pertinens, explicatur, multaque veteribus Eccleſiae ritibus illuſtrandis eliciuntur.* 109

DISSERTATIO QVARTA

De Latinae, Graecaeque Eccleſiae Liturgia, ceteriſque precibus in feſtis Beatiſſimi Johannis.

CAP. I. *Sacrificia in honorem Sanctorum Deo oblata. Locupletiſſimum Cypriani teſtimonium, quo Fechtii ſententia exploditur. In Natali S. Iohannis Sacrum ter peractum. Ejus moris documenta ex Sacramentariis Gregorii M., Leonis PP., aliiſque. Quae cauſſae ex Alchuino, & Amalario ad id impulerint.* 124

CAP. II. *Inſecutis temporibus ritum haud deſueviſſe. Teſtificationes*

ex

ex Sacramentariis Ciſtercienſ. Atrebatenſ. Pariſienſ. Card. Bellot. atque Epiſtolario S. Crucis Aurelianen. An jure Fronto dubitaverit unam tantummodo Miſſam adnotari in Capitul. Evangelior. S. Genovefae. Inſulſa & inanis triplicis Sacrificii in feſtis S. I. interpretatio a Bailleto excogitata confutatur 127

Cap. III. De precibus, quas veteres Synaxi conficiebant, ut Praecurſoris opem implorarent. Quam egregium ſit SS. D. N. BENEDICTI XIV. opus de Sacrificio Miſſae. Collecta in honorem S. Baptiſtae e Sacramentario Gallicano deſcripta. Cur Sacerdos ſecreto oret. Hildeberti Turonenſis in eam rem carmina proponuntur. Oratio ſuper Oblata ex Sacramentario Veronenſi, & Mediolanenſi. Offerentium nomina in Diptychis deſcripta. Oratio poſt Nomina, qua offerentes S. Iohanni commendantur. Benedictio poſt fractionem panis, qua Sacerdos Divum Iohannem propitium omnibus adprecatur. Gratiarum actio ex Sacramentario Gelaſii 129

Cap. IV. Proſae, ſive Sequentiae, quibus omnes in Iohannem laudes conferuntur. Sequentia B. Notkeri Leodienſis Ep., Adami a S. Victore, Eccleſiae Virodunenſis, & Laudunenſis. In Praefatione, ſeu Conteſtatione Miſſae geſta a S. Iohanne ſtrictim populo renuntiabantur. Nomen illius inſertum Confeſſioni ante Concilium III. Ravennatenſe. Urbanus PP. V. in Miſſa dei feſto S. Ioh. addi Credo de conſilio Cardinalium mandavit 135

Cap. V. Sacerdos dum orat, ut ſacrificium proſit ad honorem Sanctorum, Divum Baptiſtam nominat. Idque ante Saec. XII. fortaſſe uſitatum. Item Iohannem adjutorem advocat in Canone. Ex Liturgiis Chryſoſtomi, Baſilii, & Alexandrina demonſtratur. Innocentius III. verba Ordinis Romani Iohanni Evangeliſtae potius, quam Praecurſori putat adaptanda. Alii in aliam abeunt ſententiam, quos inter SS. D. N. BENEDICTUS XIV. Tittelmanni argumentatio. Graeci [illegible] S. Ioh. offerunt. Dallaei calumnia depulſa. 138

Cap. VI. Indecens Martyrum Hymnos decantari. Conſtantini oratio ad Sanctorum Coetum. Eccleſiam Apoſtolicam Hymnos habuiſſe. Eccleſia Lugdunenſis a metricis cantionibus abſtinet, & quare. Hymnus in honorem S. Praecurſoris a Paullo Warnefrido conſcriptus, male S. Hilario adjudicatus. Hymni veteres in feſtis S. Iohannis recenſentur. Carmina Zachariae Ferrerii inter ſacras preces numquam relata. Hymni S. Ambroſii, Breviarii Mozarabici, Santolii Victorini, & Eccleſiae Biſuntinenſis in S. Baptiſtam. De aliis Hymnorum ſcriptoribus, aut collectoribus obiter agitur 140

Cap. VII. Perperam de Rituum varietate nonnulli conqueri ſuadent. Francisci Perſini liber qualis. Gentium omnium conſenſio in pangendis laudibus S. Iohannis, dum preces horariae recitantur. Antiphonae, & Capitula ex antiquis Codicibus Sacrarum Precum indicantur. Lectiones in feſtis Baptiſtae quae olim fuerint. Late de his diſputatur, & quae in Brevia-

variis maxime Tranſalpinis notatu digna ſunt, exponuntur. Homiliarium Vrbevetanum, & Lectionarium vetus Baſilicae Vaticanae quod habent in feſto Detruncationis S. Iohannis. Preces aliquot ad opem Baptiſtae poſcendam ex vetuſtis Codicibus proferuntur. 146

Cap. VIII. De Divinis Graecorum Officiis ſermo inſtituitur. Typicon S. Sabae percurrit oratio, percenſetque brevi Proſomia, Stichologia, Theotocia, Idiomela, Troparia, Cathiſmata, Canones, aliaque a Graecis in Nativitate S. Iohannis decantata. Exapoſtilarium, & Contacium quale in die Majoris ſollemnitatis cauſſa μεγάλη δοξολογία preces omnes concludebat. Quaenam ea fuerit tam apud Graecos, quam Latinos. Ritus dandi Sanctum Oleum Fratribus in Natali Praecurſoris explicatur. Graeci Hymnorum ſcriptores celeberrimi. Carmina Manuelis Phile ex Codice Vaticano. Oratio Damaſceni in Inventione Capitis S. Baptiſtae. 152

Cap. IX. De publicis ſupplicationibus in profeſtis, aut ſollemniis S. Praecurſoris. Florentiae Stationes quatriduanae in illius honorem. Inſignis pompa Ianuae inducta, quum ſacri Cineres ad Mare devehuntur. Eadem Foſſae Clodiae. Ordinarium feſtorum Monaſterii S. Germani de Pratis ſupplicationem in Nativitate Iohannis praeſcribit. In Proceſſione ante magnam Miſſam geſtatio Evangelii Textus Baptiſtae alludit. Teſtimonium PP. Innocentii III. Crux in illis ex vetere inſtituto praefertur. In ipſa imagines Sanctorum depictae. Effigies S. Iohannis in Cruce Stationali Ordinis Hieroſolym. Litaniae tum decantatae. Nomen S. Ioh. in vetuſtiſſimis Litaniis deſcriptum. 157

DISSERTATIO QVINTA

De Antiquis S. Johannis Baptiſtae fictis, pictiſque Imaginibus.

Cap. I. Imagines SS. formidoloſis Eccleſiae temporibus conſueto ab hominum conſpectu ſublatae. Inter veterrima monumenta Chriſtiana recenſendae ſunt imagines S. Praecurſoris. In Picturis additus illi Agnus edicto Synodi Quiniſextae. Hadrianus PP. morem approbat. Taraſius Patriarcha Clero Antiocheno, & Alexandrino Iohannem ſic eſſe pingendum ſcribit. Oratio Epiphanii Diaconi ea de re. Conſtantinus Imp. Statuam argenteam S. Baptiſtae mandat fabrefieri. Schema Cornuclae antiquae palam proponitur, eademque deſcribitur. 165

Cap. II. Veſtis villoſa S. Iohanni in antiquis picturis data. Tabella Graecanici operis nunc primum in lucem edita. De hujus picturae ratione, & concinnitate pauca diſſeruntur. Addita eidem Inſcriptio proponitur. Iohannem cum veſte ſetoſa aptiſſime pingi, argumentis IV. ſuadetur. Cur ille pilos Cameli ceteris praetulerit, teſte Clemente Alex. Veſtem ejuſmodi Cilicii generis fuiſſe. Hanc ut adhiberet, maxime impellebant inſtitutum, & exemplum Nazaraeorum. Wiſſii, & Grotii argumenta indicantur. 169

Cap.

Cap. III. *Chytraeum, Chemnitium, Rabetum inepte, aut malitioſe contendere Iohannis veſtem mollem, & undulatam fuiſſe. In voce [illegible] eoſdem etiam cavillari demonſtratur. Frantzii, aliorumque argumenta confutantur.* 174

Cap. IV. *Quid frondeſcentes ramuſculi, & virgulta in noſtra tabella, & in Sigillo Nicolai de Piglis? Num Locuſtas indicent, quibus veſcebatur Iohannes. Locuſtae Iſidoro Peluſiotae arborum ſummitates ſunt. Iiſdem ἀκρόδρυα vocitaſſe Cardinalis de Vitriaco herbae genus fuiſſe a Monachis Surianis accepit. An fructus, aut Siliquae. Locuſtas exilia animantia, quibus veſci mos eſt Orientalibus. Hieronymi, Plinii, Clenardi, Ludolphi, & Arnulphi teſtimonia. Melanchtonus Locuſtas Iohannis Cancros fuiſſe ad Iordanem obvios falſiſſime ſcribit. Cur Ebionitae in Evangelio non ἀκρίδας, ſed ἐγκρίδας legant.* 176

Cap. V. *Vnum idemque argumentum varie a pictoribus expreſſum. Tunica, & Pallium S. Iohannis ea de cauſſa ſuperadduntur. Veſtes ipſius litteratae in muſivo Baſilicae Theodori. Ejuſdem inſcriptio monet Graeci artificis eſſe opus. Lacerna fibulata circumveſtitur in anaglypho eburneo Nicephori Botoniatis, aliiſque monumentis. Id genus indumenta Praecurſori data, ut Sacerdotali dignitate eſſe functum oſtendatur. Andreae Cretenſis, & veteris Anonymi teſtimonia de illius Sacerdotio. Henrici Kalteiſenii ad PP. Concilii Baſileenſis ea de re allocutio. Num Monachis vitam praemonſtrarit. Teſtimonia a Redinghio collecta indicantur. Hornbergii fallaces concluſiunculae de veſtitu Iohannis.* 181

Cap. VI. *Primos Chriſtianae Religionis ſatores, veteresque Aſcetas tunicatos, palliatoſque fuiſſe probatur. Vtraque veſtis Iohannis Baptiſtae quandoque brevior, & cur. Chalcedonii Sapphirini eximia caelatura nunc primo exhibetur, atque illuſtratur. De Graeca hujus Gemmae inſcriptione. Prope ad Saec. VIII. exſculpta. Novum & inſolens veſtis genus lacinatae, & veſtitus diſtinctae in ea Divo Baptiſtae tribuitur.* 187

Cap. VII. *Praecurſor Chriſti* Alatus *pingitur in Graecorum Menaeis. In ea pictura geſtum oratorium potius quam Benedictionem dextera exprimi. De eo paullo latius diſſeritur.* Alatus *item viſitur in Theca Perpinianenſi a Petro De Marca vulgata. Alae S. Iohannis conſulto datae.* ANGELVS *a Chriſto appellatus. Gaudentii, Roberti, & aliorum de ea appellatione ſententiae. Non tamen fuiſſe Iohannem omnis materiae expertem, ut Haeretici quidam opinabantur. Locus Cyrilli Alexandrini apertiſſimus. Imagines aliquas S. Iohannis improbandas. Bidermanni conjectura de Sanctis Acephalis rejicitur.* 191

Cap. VIII. *Recta Catholicorum de Imaginibus opinio contra Eraſmi expoſtulationes. Conſtantini Porphyrogeniti narrationes de Imagine Baptiſtae, cujus praeſentia morbi depulſi. Item de alia, quae Saracenos in fugam vertit. Conſpecta S. Johannis imagine, portenta, quae acciderint, ex Encomio ejuſdem exponuntur.* 196

Cap. VIIII. *Celebris de uſu Statuarum in Templis Graecorum controverſia. Allatis adverſus Chytraeum, & Hottingerum, itemque Aſſemani adverſus Keſlingium querelae. Quae tamen de Crucibus, de phylacteriis, de aulaeis afferuntur, ad rem pertinere non videntur. Sententia Zachariae Cretenſis, Metrophanis, Ziglarei, Veilei, Smithi, Ricauti, Mabillonii, Lequienii, Philadelphi Lybici, Mamachii, & Cl. Anſaldi Statuarum uſum negantium, longe probabilior. Hinc locus Scriptoris rerum Byzantinarum explicatus. Sphoracium nullam Statuam S. Johanni poſuiſſe. Idem locus male a Bandurio ſollicitatus commodiori lectioni reſtituitur.* 198

Cap. X. *Vtilitas Rei Nummariae in ſacrarum litterarum ſtudiis. Johannis effigies Nummis Pontificum, Regum, ac Populorum inſculpta. Chriſtiani Voeg perverſa de hiſce imaginibus interpretatio.* Hagiologia Numiſmatica *ab Oleario, aliiſque tentata, a Carolo Schlaegero emendatior, & copioſior promiſſa. Silloge Nummorum, quibus Divi Baptiſtae imago typo excuſa eſt, continetur, perpetuiſque animadverſionibus illuſtratur.* 201

DISSERTATIO SEXTA

De Hierothecis, Diptychis, aliiſque Donariis gentium omnium pietatem erga S. Johannem teſtantibus.

Cap. I. *Martyrum exuviae a Chriſtianis etiam ad capitis aequilibrium conquiſitae, ac ſubreptae. Divi Baptiſtae Reliquias non omnes flammis deperiiſſe ex perſpicuo Ruffini Aquilejenſis teſtimonio probatur. Quinam illas Sebaſte ex incendio ſubduxerint. Paullinum, Gaudentium, Gregorium Turonenſem, & Maximianum Baſilicis conſecrandis S. Praecurſoris Pignora intuliſſe. Lipſana ejuſdem ex Oriente advecta. Vrbeſque tum Italicae, tum Tranſalpinae, quae illa ſibi vindicant, enumerantur.* 206

Cap. II. *Intemperantium quorumdam cenſorum de harum Reliquiarum copia accuſationes, & raucae querimoniae. Vnde magnus ille numerus proficiſci poſſit ex Theodoreto, & Procopio docetur. Graviſſima de hoc Guiberti ſententia. Inter veritatis indicia merito haberi Inſcriptiones Lipſanothecis inſculptas.* 212

Cap.

CAP. III. *Veteres Inſcriptiones Eccleſiaſticis etiam diſciplinis lucem quandam affundere. Epigrammata undecim, alia Graeca, Latina alia, inſculpta antiquis Hierothecis, & capſellis ad Divi Baptiſtae Pignora concludenda oblatis, recenſentur, eademque brevi commentatione explicantur. Quid de tot S. Praecurſ. Lipſanis aeſtimandum.* 214

CAP. IV. *Ex veteribus Diptychis ſive litteratis, ſive figuratis cultum S. Iohannis apertiſſime probari. In illis ſacratioribus Tabulis S. Baptiſtae nomen jugiter exaratum. Harum Tabularum uſum a Saeculo II. & III. viguiſſe. Diptycha figurata vel anaglypta, vel picta. Varia illorum materia, & quadruplex uſus. Sacrae Menſae impoſita. Molinei, & Voigtii callidum de his ſilentium. Canon Concilii Turonenſis illuſtratur, & perperam a Thierſio explicari evincitur. Effigies Praecurſoris frequentiſſime in his exhiberi. Quemadmodum & in Sacrorum Codicum integumentis. Eamdem ſaepe occurrere in Diptychis, Triptychiſque privatis.* 225

CAP. V. *Mira Sanctiſſimi Patris* BENEDICTI XIV *in Chriſtianis monumentis comparandis cura ac diligentia. Ex privato illius Cimeliarchio* ΤΡΙΠΤΥΧΟΝ *eburneum Graeci operis, Tuderto advectum, nunc primo eruditorum oculis proponitur. De Eboris uſu in Sancto Miniſterio nonnulla afferuntur. Altaria, Cruces, Calices, Patenas, Candelabra ex ebore quandoque fuiſſe, exemplis luculentis demonſtratur. Itemque Iconas Sanctorum, Altaribus ſuperponendas.* 232

CAP. VI. *Figurae, quae mediam Triptychi cellulam occupant, deſcribuntur. Ibidem Iohannes Chriſto, ejuſque Matri aſſidens. Receptum id conſtanti more apud Graecos. Locus Sophronii Archiep. COpolitani teſtatiſſimus. Trium harum imaginum pictura in tabulis Graecanicis, atque Moſchis. Eadem conſociatio Ieſu, Deiparae, & Baptiſtae in anaglypho marmoreo Baſilicae Marcianae. De eo pauca diſſeritur. Quid de illo Sanſovinus. Iohannes Patriarcha COpolitanus ſacrum flammeum tribus hiſce figuris decorari mandat. Vetus Stola opere phrygio Sacrarii Vaticani iiſdem ornata. Praecurſor Mariae comes datus in Sigillo Beſſarionis Cardinalis. Comes Fridericus Pulpitum Templi S. Vitonis iiſdem imaginibus elegantiſſime perornat.* 234

CAP. VII. *De Chriſti Sella, & hypopodio in primo noſtri Triptychi facie expreſſo diſputatio inſtituitur. Etſi Graeca tota hujus operis ratio, Dominum Ieſum more Latino Benedictionem ibidem impertiri. Graecis id uſitatum ex Nummis, Gemmis, aliiſque monumentis inferioris aevi oſtenditur. Cauſa cur illi adſtent Angeli, ex Athanaſio Angeli-*

geli-

DISSERTATIO SEPTIMA

De Cultu, quem Ordo Hieroſolymitanus S. Johanni Baptiſtae perpetuo exhibuit.

Cap. I. *Decipi Hiſtoricos, qui Ordinem Hieroſolymitanum tutelae S. Iohannis Eleemoſynarii, non vero Baptiſtae primitus commendatum ſcribunt. Huic errori praeluſiſſe Tyrium Archiep., cujus auctoritas Card. Vitriaco, aliiſque Chronographis plurimum impoſuit; ſed omnes ad unum errore labi. Xenodochium, ac Monaſterium* S. Mariae de Latina *Hieroſolymis extitiſſe longe antequam Ordo conderetur, ex Itinerario Saeculi* IX *probatur. Poſt obitum Caroli Magni defeciſſe. Utrumque reſtauratum Saeculo* XI *Ven.* Gerardus *Rector Xenodochii a Monachis una cum Hoſpitalariis prorſus ſecedit; novam Eccleſiam, novumque Ordinem inſtituit, & S. Iohanni Baptiſtae dicavit. Ex quo rem ſecus accidiſſe patet, ac ab Ipřerio Monacho ſcribitur. Apertiſſima hujus rei teſtimonia ex litteris PP. Paſchalis II., & Calixti II. ex verbis* Donationis *Godefridi Bullonii. Egregia Maraci argumentatio. Meminius quam ſibi inconſtans. De Iohanne Eleemoſynario in noſtris monumentis altum ſilentium.* 273

Cap. II. *Ex Tabulario Melitenſi plurima documenta ad I. Ordinis Saeculum pertinentia proferuntur, quibus oſtenditur bona Hieroſolymitanis attributa, oblata fuiſſe S. Iohanni Baptiſtae. Tyrium ſcriptorem nec aequalem & ſupparem, nec incorruptum & aequum, nec accuratum & irreprehenſum fuiſſe demonſtratur. Egregia Pagii ſententia de confictа a Tyrio fabula* 280

Cap. III. *Hieroſolymitanos de cultu B. Baptiſtae amplificando quam ſollicitos, ac ſtudioſi. Id illos in Oriente praeſtitiſſe. Accon poſt conſtitutum Ordinis domicilium, Urbs S. Iohannis appellatur. Xenodochium ab Imp. Em. Commeno noſtris conceſſum, S. Praecurſori dedicatum. Breviter de Petro, qui illi praefuit. Prioratus S. Aegidii in Volcis, & Domus in Anglia auctae, & ditatae ob ſingularem Fratrum in S. Iohannem Baptiſtam obſervantiam. De veteri, & inſigni Templo S. Iohannis Meſſanae obſervationes aliquot proponuntur, & Regis Rogerii Diploma expenditur. Eccleſia S. Iohannis de Praediis Ianuae, qua aetate condita. Duplex inſcriptio illic poſita affertur, & explicatur. Ubertinus Templi illius fundator, quis fuerit. Aedicula prope Baptiſterium Templi principis Ianuae a Petro Abuſſonio in honorem Praecurſoris excitata, qua de cauſſa. Inſcriptio adhuc ſuperſtes exhibetur.* 286

Cap. IV. *Templa, quae Ordo RR. Pont. permiſſu in ſuis latifundiis*

excitavit, uni Praecurſori conſecrata. Rhodienſium poſt Ordinis expulſum, quanta in S. Johannem pietas. Protopapas, & Protogeri Lindi litteras ad M. M., quibus illum per S. Baptiſtam obteſtantur, ut de Rhodo recuperanda cogitent. Illuſtriora, & magis conſpicua Prioratuum, vel Commendarum Templa nomine S. Johannis inſignita quam breviſſime indicantur. Aedes Canonicorum S. Sepulcri, & Militiae Templi Hoſpitalariis adjudicatae. Quod hi tunc praeſtiterint cultus ſui erga S. Baptiſtam teſtificandi cauſſa. 294

Cap. V. Inſcriptio Italica, quae extat Florentiae in Aedibus S. Jacobi explicatur. Excurſus de Morbo S. Johannis. SS. imagines ad morbos averruncandos, vel tamquam Religionis teſſeras, collo appenſae. Locus Guiberti Monachi de hac Chriſtianorum conſuetudine. Iaſpis, cui inſculpta effigies S. Baptiſtae in Muſeo PP. BENEDICTI XIV, in hunc olim uſum corolla incluſus, proponitur. 301

Cap. VI. Quae in Hieroſolymitanorum legibus, conſultis, & ſtatutis praeſcripta, ut feſtum S. Johannis omni pompa ac celebritate peragatur. Feſtum Tranſlationis Manus S. Baptiſtae in Martyrologio Ordinis indictum. Officium S. Johannis ſemel in Hebdomada Fratribus Capellanis conceſſum. Ex vetuſtiſſimo libro Chorali Eccleſiae Rhodienſis Proſa exhibetur, decantanda in Miſſa Praecurſoris. Ex antiquo Sacramentario MSS. membranaceo obſoleta Praefatio ejuſdem Miſſae inſcribitur. De veteri Breviario ſecundum uſum Ordinis S. Johannis, paucis agitur. 305

Cap. VII. Allocutio Fr. Georgii ad Concilium Lateranenſe de maxima Ordinis erga D. Baptiſtam obſervantia. Vetus Domus Hoſpitalis Sigillum. Agnum inibi inſculptum nihil commune habere cum typo Nummorum, qui occaſione Sacrarum Expeditionum (vulgo Crociate) percuſſi ſunt. Statua argentea S. Johannis in Sacello Magni Magiſtri. Chriſtianis conſuetum Navibus imagines Divorum ad tutelam imponere. Exempla ex Nicephoro, Theophane, & Warnefrido. Icon ſtatuae ligneae S. Praecurſorem referentis, puppi Navis Praetoriae Ordinis Hieroſolymitani affixae objicitur. 311

Cap. VIII. Nummi Rhodii a M. M. cuſi. Antiquior auctoritate Fr. Deodati Gozoni, cujus typum alii Magiſtri retinuerunt. In his S. Johannis effigies plerumque comparet. Officina Monetalis Rhodienſis cur Venetam amuſſim ſit imitata. Aurei Ducati Rhodienſes a quatuor Magnis Magiſtris percuſſi ex Muſeis Nani, & Zanettii proferuntur. Matapanes argenteus M. M. de Veſinis nunc primum publica luce donatur.

natur. Aſpri nummi argentei Rhodi propria & peculiaris: quanti valeret. Illius exemplar in Nummophylacio M. Saverniani. Omnes hi effigie S. Baptiſtae notati. 316

CAP. IX. *Hiſtoria exportationis* DEXTERAE *S. Iohannis Baptiſtae Byzantio Rhodum paucis attexitur, atque aſſeritur. Quanti faciendum Gulielmi Caourſini teſtimonium, qui illam litteris prodidit. M. M. Abuſſonius poſtquam Sacram Manum a legato Bayazetis accepit, novo ac permagnifico tabernaculo concludi curat. Illius forma, & inſcriptio. Cur capta a Mahumete II. C.Opoli, barbari milites illam non diſſiparint. Exempla, quibus res probabilior evadit.* 321

CAP. X. *Quae pro Reliquiis internoſcendis a Majoribus praeſcripta ſunt, Equites Rhodios diligenter, accurateque obſervaſſe, antequam* DEXTERA *populo colenda proponeretur. Eccleſiae Byzantinae de tranſlatione ejuſdem conſtans* traditio. *Theodori Daphnopatae* Πρωτασηκρήτου *Oratio de hoc argumento ex MSS. Vaticano.* BENEDICTI XIV. *de cultu Reliquiarum aptiſſima ſententia. Fruſtulum calvariae S. Praecurſoris a M.M. Dambuſio comparatum, ejuſque Thecae deſcriptio. Particula altera Rhodum tranſmiſſa.* 327

DISSERTATIO OCTAVA

De Ritibus non Sacris, qui in feſto S Johannis apud Chriſtianos obtinuerunt.

CAP. I. *Publicae gratulationis indicia in Natali S Iohannis a Wilckio contra fas ſuperſtitione notari. Ignes, & rogi eo die ſuccenſi ab Hoſpiniano, & Lazio cum feſtis* Paliliorum *iniquiſſime comparati. Nihil eorum opinioni Theodoretum, & Glycam favere, ex ipſo Caſaubono evincitur. Canon Synodi Trullanae adverſus eos, qui ex ejuſmodi pyris auguria capiebant. Factum id Byzantii in pervigilio S. Iohannis tradit Balſamon. Morem ut excuſet Zonaras. Germana hujus ritus origo, & quibus nixa principiis.* 333

CAP II *Ritus puellaris oſſa, & ſcruta colligendi, atque cremandi adveniente Natali S Baptiſtae Rejicitur de eo Hildebrandi fabella. Ritus ex quadam Iudaeorum conſuetudine profectus videtur. Altera ejuſdem ritus cauſſa. Meſſores in pervigilio D. Iohannis arva taedis accenſis circumire, ſed non ideo* Cerealia *celebrare. Scaligerum male in hanc rem Chryſoſtomi ſententiam detorquere. Cur Natalis Praecurſoris* ΛΑΜΠΑΣ *appelletur Ritus volvendi Rotam eodem in feſto unde probabilius manarit. Faſciculi herbarum pro amuletis, & periaptis eo die foribus ſuperſtitioſe ſuſpenſi.* 338

CAP.

Cap. III. *Lotiones, luſtrationeſque in Natali S. Johannis uſitatae. Quam vehementer illas reprehenderit, & Hipponenſibus interdixerit Auguſtinus. Quare hunc ritum ceu Ethnicum exprobrarit. Quae prima, & innocens hujus ritus cauſſa. Superſtitioſa haec lotio Neapoli recepta. Colonienſes hac lotatione non crimina purgari, ſed infortunia amoveri rebantur. Franciſci Petrarchae de ea re Epiſtola. Agapes a Chriſtianis eo feſto inſtitutas in comeſſationes turpiter commutatas. S. Bernardi exprobrationes. Neque tamen Eccleſiae id vitio verti poſſe. Ritus pulſandi Campanas in Praecurſoris pervigiliis.* 243

Cap. IV. *Obſcoenae cantiones, & ludicrae ſaltatus in ſollemnibus ſacris. Utrumque ſevere a Conciliis proſcriptum. Auguſtinus his canticis feſtum D. Johannis violari deplorat. Pia ſpectacula, ſeu Sacrae Repraeſentationes Saec.* XII *populo dari coeperunt: alias indecoras, caſtiſſimas alias. Scurrilitates, & ineptiae, quae apud Gallos peragebantur in* Feſto Stultorum, *ſimiles his, quas CPoli invexerat Theophylactus Patr. Ludi innocentiſſimi, quibus geſta Sanctorum ſcenice exhibentur, acti Florentiae in Natali S. Baptiſtae. Eorumdem deſcriptio ex Goro, Dato, & ex Graeco Codice Bibliothecae Regiae Taurinenſis. Locus S. Antonini Archiep. Florentini* 347

DISSERTATIO NONA

Complectens diſquiſitiones in Ritus aliquos Eccleſiae S. Johannis Hieroſolymitani.

Cap. I. *Religionem, veramque Dei cultum externis etiam ritibus contineri. Tanquam Ethnicos iniquiſſime a nonnullis traduci. Cauſſa haec a noſtris egregie defenſa. M. Magiſter de Podio Preſbyteros, qui in Templo S. Johannis ſacra rite curarent, inſtituit. His praeficitur* Prior Eccleſiae. *Eſt ille S. Militiae Antiſtes, &* Ordinarius. *Series, & chronotaxis horum Praeſulum nunc primo contexitur. Quid hi divino cultui amplificando, ſacriſque Ritibus conſtabiliendis praeſtiterant, docetur. Leges de rebus Liturgicis, & de honeſtate Clericorum a Fratribus Hieroſolymitanis identidem latae, evulgantur. Privilegia ſive a Rom. Pontifice, ſive ab Ordine ipſo Prioribus attributa chronologice interſeruntur. Praeclare ab eiſdem geſta, dies electionis, aut emortuales, & epigrammata illorum ſepulcris ſuperpoſita exhibentur.* 351

Cap. II. *De ritu* Altaris viatici *ad Sacrum in caſtris faciendum. Conſtantini, Caroli M., Roberti Regis, Arnulfi Imp. Tabulae Sacrae itinerariae. Hoc privilegium terra, marique Hieroſolymitanis Militibus datum. Duplex Altariolum ligneum Militiae S. Johannis in*

Oriente

Oriente advectum, deſcribitur. Vtrumque conſecratum, & Reliquiis inſtructum more antiquo. HAGIOTHECIVM, *quod menſae Sanctae a miniſtris imponebatur, aere expreſſum exhibetur. Icones SS ibidem exſculptae illuſtrantur. De Crucifixi imagine, quae in prima Hagiothecii tabula comparet.* De Thymiaterio, & Turricula *S. Stephano attributa. Vtriuſque ritus antiquitas. Reliquiae Hagiothecio inſertae quae? De Coſmae, & Damiani imagine medica. De effigie S. Zoſimae corpus Chriſti Mariae Aegyptiae cochleari porrigentis. De Archangelorum imaginibus a Quadratario in II. tabula caelatis breviter diſſeritur.* 384

CAP. III. *Ritus nonnulli, quos Clerus S. Iohannis in* Magna Hebdomada *retinet, illuſtrantur. Crux formae* Patriarchalis, *inſignes SS. Ligni particulas continens, in Paraſceve populo adoranda proponitur. Hoſpitalarios hac in re conſuetudinem Eccleſiae Hieroſolymitanae ſequi ex Paullino, & Amalario evincitur.* SPINAM *Coronae Dominicae Rhodi in Paraſceve effloruiſſe.* Nicolai Gilles *commentum de S. Spina a Carolo M. Conſtantinopoli delata. Litterae M. M. Millii, quibus Spinae Rhodienſis oſtentum ſollemniter comprobatur. Decreta in Comitiis Ordinis de cultu huic S. Spinae exhibendo. Theca, qua conditur multis unionibus, & opere egregio ornata: ejuſdem icon. Ritus particulas* Cerei Sacri *viritim* Sabbatho S. *diſtribuendi. Quo ille ſpectet, teſte Ennodio Ticinenſi. Melitae particulae ejuſmodi in bullas, & orbiculi formam complanatae, & Nummo argenteo Rhodiorum ſigillatae. Nummi typus quid referat. An unus ex triginta, quibus Chriſtus a Iuda venditus. Pecuniam a Iudaeis proditori ſolutam* Siclos *haud fuiſſe. Prae Siclis Macchabaicis, Haſmonaeis, & Samaritanis, reliquis adulterinis. Communem, & uſitatam Hieroſolymis Monetam, Romanam, & peregrinam fuiſſe demonſtratur. Rhodi conflata, illic probabiliter expenſa. Pariſiis, Florentiae, Romae nummi noſtro perſimiles, qui ex* XXX. *a Iuda in Templum abjectis putantur. Prudens itaque de nummo, quo orbiculi cerei obſignantur, Hoſpitalariorum judicium eſſe concluditur. Ex antiquo Eccleſiae Rhodienſis* Proceſſionali *vulgatur* Ordo *ad faciendas ſupplicationes in Hebdomada Magna. Multa in eo notabilia breviter explicantur* 400

CAP. IV. *Ritus Crucem deoſculandi poſt perceptam Synaxim. Imago proſtypa illi affixa ex duplici addito ſymbolo, S. Pantaleonis eſſe demonſtratur. In feſto ejuſdem Martyris Rhodus obſidione liberata, & Pantaleon inter Vrbis, Ordiniſque Tutelares adſcitus. Eo die cumulatiſſi-*

nia criminum, ac poenarum relaxatio data. Crucis deoſculatio a PP. Nicaenis, Hadriano, & Leontio Ep. collaudata. Non ſimplicis obſequii cauſſa Hoſpitalarios illam deinceps fuiſſe oſculatos, ſed quia Indulgentia *eidem eſſet addicta. Ritus affigendi* Indulgentias *ſenſibilibus ſignis Paullo PP. IV anterior. Prima origo huc fortaſſe revocanda. Ritus praebendi Codicem Evangeliorum M. Magiſtro deoſculandum. Honorii* III. *interdictum Hoſpitalariis minime refragari. Ex veteri* EVANGELIARIO *Rhodienſi excerpitur, & vulgatur* CAPITVLARE *per Anni circulum.*

CAP. V. *Quam ſancte ac provide* LIPSANA *publica religione colenda ab Eccleſia proponantur. Elenchus eorum, quae in Baſilica Melitenſi adſervantur. Nova monumenta pro aſſerendo cultu* SANCTORVM *Ordinis Hieroſolymitani editurum ſe auctor receperat; cur illa mutato conſilio in alium librum reiicere cogatur.* 425

CAP. VI. *De ritibus funereis apud Hieroſolymitanos ad expiandos Fratrum defunctorum Manes. Conſtitutio Ordinis explicatur. Prima de Sacrificio piaculari.* Tricenarium Miſſarum *hac lege noſtris imperatum. Monachis frequens. Cereus ab Hoſpitalariis ad funus delatus. Cum facibus, ac lampadibus juſta olim perſoluta tradunt Acta Proconſularia Cypriani, Chryſoſtomus, Nyſſenus, Hieronymus, Nazianzenus. Denarius pro expiatione a noſtris ablatus. Pſalmorum, & precum recitatio in exequiis. Exempla in funere Macrinae, Paullae, Conſtantii, Iuſtiniani. Concilium Toletanum illam maxime commendat. Victoris Vitenſis adverſus Arianos lamentum. Noſtram Conſtitutionem mire cum Canone Concilii Celichytenſis convenire.* Beltidum, *ſive ſertum globulorum ad numerandas preces, dum mortuis parentatur. Eidem Conſtitutioni illuſtrandae divulgatur pervetus conventio Monachorum Fuldenſium* de Suffragiis, *praefixa Necrologio ejuſdem Monaſterii, nuper* SS. BENEDICTO XIV. *Fulda tranſmiſſo. Hinc* Miſſae privatae *uſum patere, confirmarique. De antiquo* Officio defunctorum *Fratrum S. Iohannis. Preces in eo concluſae ex vetuſtiſſimis libris Ritualibus excerptae: quas & ab iniqua M. A. de Dominis cenſura vindicant. Sequitur* KALENDARIVM *Eccleſiae S. Iohannis Rhodi.* 430

AVCTOR

AVCTOR CHRISTIANO LECTORI S.

Implevi opus muneris imperati: ſupereſt, ut quia ego functus ſum partibus meis, & tu fungaris tuis, ideſt ores Dominum Deum noſtrum, & orando impetres, ut libellus ad Eccleſiae Chriſti honorem conſcriptus tantum apud Deum ſcriptori ſuo proſit, quantum eum prodeſſe ipſe omnibus cupit; nec injuſtum puto eſt deſiderium, quo tantum ſibi aliquis praeſtari poſtulat pro ſalute, quantum ipſe optat pro cunctis pro charitate. Vale.

EX SALVIANI PRESBYTERI MASSILIENSIS Epiſtola IX. ad SALONIVM EPISC. VIENNENSEM. Editionis Stephani Baluzii. Pariſiis 1684.


IMPRIMATUR.

Si videbitur Rm̃o Patri Sacri Palatii Apoſt. Mag.
F. M. de Rubeis Patriarch. Conſt. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Rm̃i Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Socius Ord. Præd.

PRAE-



ANAGLYPHVM MARMOR IN BASILICA MARCIANA VENETIIS.

PRAELOQVIVM.

Quibus excitus cauſſis auctor ad ſcribendum animum appulerit. Viri doctiſſimi in deſcribendis Actis S. Iohannis Baptiſtae verſati. SS PP. maxime Graecorum Orationes de Laudibus Baptiſtae, quorum aliquot nec dum editae. Recentium Scriptorum libri, quibus Praecurſoris geſta explicata. Novum ſcriptionis genus hoc libro concludi. Dicendorum ſeries. Cur opus P. O. M. nuncupatum. SS. D N. BENEDICTI XIV in Ordinem Hieroſolymitanum merita. Magnus ſacrae Militiae MAGISTER referendae gratiae quam ſtudioſus. Amor Sapientiſſimi Pontificis erga ſacrae Vetuſtatis monumenta. Debita illius doctrinae, & clementiae laus.



EX ANTIQ. MARM.

QVOD praeclare ſapienterque a majoribus dictum accepimus, auſpicia, ac primordia rerum bene gerendarum a coelo, ſuperiſque eſſe repetenda, id ſane in cauſſa fuit, Beatissime Pater, ut quum Princeps egregius, & ad omnem ſplendorem natus Emmanvel Pintvs M. H. H. Magiſter Hiſtoriae ſui Ordinis conſcribendae munus mihi, univerſorum Patrum conſenſu, injunxerit, continuo cogitatione conſtituerim aliquid in anteceſſum mandare litteris de Beatiſſimo Chriſti Praecurſore Johanne Baptista, quem Equites nobiliſſimi velut praeſentiſſimum patronum ac ſoſpitatorem obſervant, ejuſque numine domi, militiaeque ſe tectos ac defenſos profitentur Siquidem ea me ſpes ducit, ut in re tam operoſa Johannem auxiliatorem

rem exſpectem, & ejus ope eventum Hiſtoriæ noſtrae aliquando feliciſſimum mihi deſpondeam, ſi quantum eſt in me ſitum, id primum ejus gloriae amplificandae contulerim; bene enim de ſe meritis gratiſſimos ſe praebent coelicolae. Sed quonam potiſſimum ſcriptionis genere id a me curari, atque effici oporteret, diu in ancipiti verſabar, & in deliberando diſtrahebatur animus. Quamvis enim res a JOANNE geſtae latiſſimum laudationis aditum patefaciant, & amplam dicendi ſegetem ſuppeditent, attamen nihil ab eo ſplendide, ſanctiſſimeque actum, quod non jam viri litterati ſcribendo percurrerint, & collaudaverint. Nam ut praeteream Eccleſiae Patrum Orationes a Fabricio, [1] aliiſque Bibliographis [2] recenſitas, vel a Combefiſio [3], & Cruſio [4] collectas, ecquid aliud teſtantur tot de univerſa illius vitae narrationes, toties prolatae in lucem hominum, nedum a noſtris, ſed ab exteris quoque? [5] Praeterea

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

rea eſt ne aliquod egregium, & particulare illius facinus, aut aliqua laudatio ei conveniens, ac debita, in quibus quiſpiam doctorum multiplici, variaque eruditione non ſit verſatus?

Sciebam ego, ut apertius rationem conſiliorum meorum exponam, de exultatione JOHANNIS, dum adhuc intra Matris uterum contineretur prae ceteris [1] diſputaſſe ſingulari libello Wilelmum Zeſchium, [2] de Victu ipſius, quem adeo inopem, atque agreſtem fuiſſe perhibet Evangelica Hiſtoria, ſcripſiſſe Andream Gleichium, Paulum Rabe [3] Sciebam de Johanne longe ab hominum frequentia, deſertiſque in locis vitam agente, etſi perverſe, abunde tamen feciſſe verba Conradum Schuſtzfletſchium [4], Adamum Rechenbergium [5], Joh. Paulum Hebenſtreitium [6]. Non clam mihi erat Johannem Chremitzium, [7] & Balthaſarem Stolbergium, alioſque inveſtigaſſe, quibus veſtibus ille indueretur, quibus artibus Judaeos ab errore, & pertinacia revocare ſtuduerit, memoriae proditum a Johanne Meiſnero [8]. Quae virtus, atque efficacitas in illius *Baptiſmo* fuerit, quodque coeleſte auxilium datum iis, qui aquam lavaturam crimina ab eo petebant, compertum habebam Simonem Henningium [9] & Bernardum Vagnerum [10], pro ſuae ſectae conditione, & ingenio, inveſtigaſſe. Quid egerit ſaevis vinculis conſtrictus, & ſqualenti carcere incluſus, atque ut illi crudeliter, & inhumane vita fuerit adempta, non me latebat diligenter perſcrutatos eſſe, Philippum Boſquierium, [11] & Chriſtophorum Cellarium [12]. De exſecto Johannis capite, variiſque illius inventionibus multas

de rebus S. J. B. [illegible] *Commentatio. Magdeburgi* 1634. Johannes Rechman *De Chriſti Praecurſore Jenae* 1670. Abram Schaketus *Johannes Lex* [illegible] *Noſſ* 1605. Johannes Scheibler *de Johanne Gieſſae* 1614. Hermannus Witſius *Miſcellaneorum Sacrorum Tom. I. Herbonae Naſſoviorum* 1712. Notatu dignum [illegible] Toſcano idiomate ſcriptum, quod aſſervatur Neapoli in Bibliotheca Clericor. Reg. SS. Apoſt. cujus haec inſcriptio: *Incomenza la legenda de la Vita del glorioſo Miſſer San Johanne Baptiſta* ſcripta 1409. ad calcem legitur [illegible] *eſt hoc opus per me Notarium Georgium* [illegible] *de* [illegible]. Conſule inſuper Franciſci Feuardentii *Hiſtoriam Praecurſoris Chriſti Pariſiis* 1625.

1 Conſule Cruſium loc. cit.

2 *De Johannis victu, Lipſiae* 1670.

3 *In Theſauro novo Diſſert. Theologorum Proteſtantium tom. 2. Amſtelod.* 1732.

4 *De Amictu Joh. Bapt. Lipſiae* 1663.

5 *De Amictu, & victu Johan. Vitembergae* 1665.

Johannes Praeco Evangelii & Baptiſmatis, in N. T. Miniſter Vitembergae 1661.

6 *De Johanne* [illegible] *Vitembergae* 1669

7 *De* [illegible] *Lipſiae* 1658.

8 *De Johanne Eremita Jenae* 1663

9 *De Joh. Baptiſta ejuſque Baptiſmo Roſtochii* 1712.

10 *De Baptiſmo Johannis Argentorati* 1710.

11 *De rebus in carcere geſtis a Joh. Baptiſta Coloniae* 1618.

12 Vide ejuſdem Diſſertationes Academicas *Lipſiae* 1712. Quibus adde ſalvam Till. Diſſertationes [illegible] Lugduni Batavorum 1707 & 1708. *De Joh. Bapt. Incarceratione ſilentio Herodiana* [illegible] *antecedente; De incarceratione* [illegible]

multas compleviſſe paginas eruditum Ducangium [1], juſtiſſimum ac verum illius triumphum in orbe Chriſtiano, ubi JOHANNIS nomini, Imaginibus, Lipſanis tanta obſervantia adhibita eſt, deſcripſiſſe Jacobum Marchantium [2]. De Feſto Igne, qui ex veteri inſtituto in ejus pervigilio accenditur, diſputatum ſciebam a Johanne Reiskio [3], & Caſpare Zeumero [4], de miſera ac luctuoſa illorum morte, qui JOHANNEM vexarunt, atque enecuerunt, a Michaele Fortſchio plura in unum congeſta [5]. Denique de barbaris illis ad ſinum Perſicum incolis, qui ſe a veterrimis JOHANNIS diſcipulis ortos, ac prognatos jactant, peculiariter, brevibuſque commentariis tractatum non ignorabam ab Ignatio a Cruce [6], Guſtavo Peringerio [7], Joh. Henrico Majo [8], atque Fromuntio [9].

Quae quum eſſent ejuſmodi, mihi integrum non videbam de his ſingularem orationem habere, niſi vellem ab aliis edita importunius recudere. Tum illud etiam dehortabatur, quod ſubacto ingenio, (quo vere caremus) nobis eſſet opus, ut agro non ſemel arato, ſed novato, & iterato, quo meliores foetus poſſit, & grandiores edere. Poteram errores, fallacias, callidas mendaceſque Sacrorum Bibliorum interpretationes, quibus plerumque ſcatent ii libri, detegere, reprehendere, vituperare, poteram & illis correctionem adhibere, ſed nihil eorum ſatis idoneum ad id, quod exquirebam. Haec cogitans, & ſtudioſe meditans, alio animum adduxi, & praeclare acturum me exiſtimavi, ſi Antiquitates Chriſtianas quaſdam ſub aſpectu ponerem, ſcilicet Templa, Baptiſteria, Muſiva, Diptyca, Picturas,

tamen miniſterio opus publice fuerat impreſſum: De tempore incarcerationis ex Herodis Antipae hiſtoria Romana eruendo.

1 *Traité du Chef de Saint Jean Baptiſte à Paris 1665.* Lib. 8 [illegible] *Francofurti, ſive de capite S. Johannis Baptiſtae Romae in Eccleſia* [illegible] *(de Capite)* [illegible] *Preſbyteri* [illegible] *Romae 1628.*

2 *Triumphus S. Joh. Bapt. Francofurti, & Parvus apud ipſum Chriſtum, auctor Jacobus Marchantius oppidi Comminenſis Decanus. Montibus 1644.*

3 *De Igne Joanneo Francofurti 1690.*

4 *De Igne in Feſto S. Johannis accendi ſolito. Jenae 1699.*

5 *De martyribus* [illegible] *Johannis Baptiſtae Jenae 1709. Quam de hoc opere ſpem injecerat his verbis,* [illegible] *Jacobi Friderici* [illegible] *judicium eſt, Bibliotheca Hiſtoriae litterariae critica pag.* [illegible] *& ſeq. Heidelbergae 1743.*

6 *Narratio originis Rituum,* [illegible] *Chriſtianorum S. Johannis, Romae 1652.* [illegible] *Prima ſpedizione all' Indie Orientali del P. Giuſeppe di Santa Maria Carmel. Sc. Roma 1666.*

Viaggi Orientali del P. Filippo della Ss. Trinità Venezia 1670.

Viaggio all' Indie Orientali del P. Vincenzo di S. Caterina Roma 1672.

7 *Diſſertationem* [illegible] *de Antiquitatibus Sacris, & praefatus* [illegible] *Carolus Schlaegerus Helmſtadii 1703.*

8 *Ibidem*

9 *Memoires de Litterature de l'Academie des Inſcriptions &c.* [illegible] *à Amſterd. 1719.*

ras, Anaglypha, Signa, Inſcriptiones, Lipſana, Numiſmata, dies Feſtos apparatiſſimos in Praecurſoris honorem peractos, Ritus vetuſtiſſimos, Eccleſiae preces, ſupplicationeſque, Hymnos, ac laudationes, ſi omnia denique colligerem ſacrae vetuſtatis monumenta, quibus quantus, & quam conſtans JOHANNI BAPTISTAE ab Eccleſia tum Latina cum Graeca, a viris Principibus, a gentibus univerſis honor ſit habitus, dignoſceretur, atque pateret. Hoc & Ordinis Hieroſolymitani in S. Praecurſorem religioni magis, magiſque conſtabiliendae peropportunum viſum eſt mihi, & ad ſummam iſtius gloriam pertinere ſum ratus. Sed quo manifeſtius hoc libro deprehenſum exſtet, atque appareat religioſos, illuſtrique loco natos Milites ſua ad unum omnia retuliſſe conſilia, ut obſervantiam, piamque culturam S. Johanni exhiberent, nonnulla ex Archivo Eccleſiae *Conventualis*, ejuſdemque Cimeliarchio huc retuli, & uberrima, qua opus fuit, oratione illuſtravi. Monumenta ex Oriente advecta, ſacrae magnificentiſſimaeque Aedis MELITAE abs generoſis piiſque Equitibus excitatae, immortalique Baptiſtae nomini dedicatae incrementa, religioneſque, dono adducta beato Praecurſori munera, atque χαριστήρια ob oculos propoſui, tum etiam Pontificum, & Principum diplomata, Ordinis ſanctiones, quibus apud illos S. Johannis veneratio firmata, auctaque eſt, atque ea omnia ſelectis, priſcis, abditiſque hactenus memoriis explicare ac patefacere conatus ſum. In quo quum viderem fuiſſe id ampliſſimo Ordini Hieroſolymitano peculiare, ut dum Sacra peragerentur, Ritus quidam ſingulares, & multis in rebus ab uſitata nunc conſuetudine remoti, diligentiſſime cuſtodirentur, de illius LITURGIA, quaſi auctarii loco, cenſui diſputandum. Eam ob rem Caeremonias, Officiaque illuſtris Collegii Sacerdotum, vulgo *Aſſemblea Fratrum Cappellanorum*, rei divinae in Templo principe faciendae addictorum, enarrare aggredior, Praeſidum, quibus univerſa rerum ſacrarum procuratio demandata, Chronotaxim exhibeo, quicquid vetera Ordinis illius KALENDARIA, SACRAMENTARIA, librique Rituales ſcitu, notatuque dignum ſuppeditant, ſuum ſibi locum in hocce libro depoſcere exiſtimavi. Quid autem eſt, quod nobiles, egregiique Equites ſumma in laude ponendum ita ducant, quam viros perpetuo habuiſſe, qui quum Militiae S. Johannis nomen dederint, tanta cum virtute, pietateque vitam omnem traduxerunt, vel pro Chriſto ſanctiſſime profuderunt, ut coelo recepti, & inter Divos cooptati merito credantur?

tur?[1] Ego non illorum Acta perpendere inſtituam (quod longum, neque hoc loco neceſſarium eſſet) quorum nomen in Necrologiis cum laudis praefatione deſcriptum, & quaſi in ſacros Faſtos relatum deprehendi, ſed illorum cultum breviter ac ſummatim vindicare deliberavi, quorum Dies emortuales cum pompa conſtanter peracti, ac veluti Feſti a noſtris habiti ſunt. Quis enim non animadvertat haec omnia tum ſui auctoritate, vetuſtateque permagni eſſe facienda, tum ad oblectationem quovis ſapiente dignam pariendam accommodata?

In cujus autem niſi in tuam fidem, atque tutelam, SANCTISSIME PONTIFEX, hoc qualecumque ſit libelli committeri, non modo communi illa dignitatis, ac ſapientiae tuae admiratione adductus, qua ceteri ad libros Tibi inſcribendos impelluntur, ſed longe aequioribus de cauſſis, iiſdemque graviſſimis? Teſtis ego, ut ſupremus noſtri Hieroſolymitani Ordinis moderator memoriae aeternae tradidit beneficia a Te in eum, atque Equites omnes largius congeſta: ut tuam clementiam, liberalitatem, animique magnitudinem pia, memorique mente proſequatur, ac praedicet. Nempe circumſtant illum imagines, quibus benefactorum tuorum recordatio nullo non tempore excitatur. Hinc *Gladius & Pileus*, praemia ſcilicet ſtrenuis rei militaris Ducibus & hoſtium Chriſtiani nominis debellatoribus conſtituta, quae ad eum per Legatum tuis Triremibus ſubvectum miſiſti.[2] Illinc totius Ordinis in Romana Aula Orator, ampliſſimis a Te honoribus auctus, & ad honeſtiorem quamdam dignitatem evectus.[3] Oculis illi ſemper obverſatur ſui Templi Praeſul, ut vocant, *Prior Eccleſiae Majoris*, cui a Te tanta ſplendoris acceſſio facta; Coetus denique primarius ſuorum Sacerdotum, cui ſacra Inſignia, &
con-

1 V. *Relazione di quello, che ſi è praticato in occaſione di eſſere la Santità di N. S. Papa* BENEDETTO XIV. *mandato lo Stocco, ed il Pileo benedetti a ſua Altezza Eminentiſſima il Gran Maeſtro Fra D. Emanuele Pinto.* Roma 1747. Omnia hujus Legationis Acta eo libro continentur; fuit autem ad ea Inſignia Melitam *deferenda* electus optimus Praeſul Aloyſius Valenti ampliſſimi Cardinalis, Principatum a Secretis, & S. R. E. Camerarii Fratris Filius.

2 Eq. [illegible] S. P. Ordinis noſtri oratores multis, maximiſque honoribus Romae potiuntur, quod probe conſtat ex litteris Pontificum in Tabulario Principum aſſervatis (V. D. N. An. 1741) [illegible] adjectis, quibus Regum Legatis plane aequiparantur, ut praeſertim privilegium habeant, quod vocant *Sala Regia*, ibidemque in libris Magiſtri Caeremoniarum deſcribi juſſit.

3 Patet ex Diplomate dato die xxv. Maii 1747. *ad ſupremum Eccleſiae Catholicae* [illegible] Eccleſiae Conventualis Priore, atque *Hoſpitalis S. Johannis* [illegible] *ſuperiore & ordinario* [illegible] *ex conceſſione Apoſtolica, aut ob commemorabile tempore habente*, [illegible] *praerogativis fulgente* decrevit BENEDICTUS XIV. geſtare, poſſe ubique [illegible], & [illegible] Annulum [illegible], *Mitram*, & *Rochettum*.

conſpicua indumenta conceſſa ſunt [1]. Sed maximum ad tua priſtina beneficia cumulum acceſſiſſe nunc fatetur, cum recogitat, tua indulgentia, ei optato accidiſſet, quod erat abs nobilibus Militibus diuturnis votis expetitum. Privilegia ajo Ordini S. Johannis a Pontificibus irrogata, nunc a Te ſollemni confirmatione comprobata, & perennitate quadam conſtabilita [2]. Qua una iſta tua multiplici clementia quum nil majus, nil amplius, nil magnificentius expectari poſſe intelligat, quumque haud dubie videat, eorum ſaluti, utilitati, commodis adeo tuo Diplomate praecautum ac proviſum, ut illos tuo in imperio eſſe quambeatiſſimos velis, Te Patronum Ordini univerſo maximo, atque immortali Dei munere datum profitetur. Quamobrem eximio ſuo in Vrbe adminiſtro Fr. Ignatio Roberto Solario Magno Prioratus Armeniae Bajulivo mandavit tantam nomini tuo teſtari obſervantiam, ac devotionem, quantam ſollemni legatione Alexandro VI. Clementi VII. Leoni X. per Marcum Montanum, Thomam Guichardum, & Joh. Baptiſtam Gargam Militiae, & Hoſpitalis Legatos declaratam legimus [3]. Certe tanta eſt apud celſiſſimum EMMANVELEM PINTVM tuorum meritorum vis, & auctoritas, adeoque ille referendae gratiae ſtudioſus, ut quicquid ad Hieroſolymitanos pertinet, Tibi ſacrum dicatumque velit. Mei igitur muneris partes erant, ut optimae huic M. Magiſtri voluntati obſequerer, & hunc qualemcumque vigiliarum mearum fructum Tibi lubens, meritoque nuncuparem. Haec quidem, PATER BEATISSIME, mihi cum Ordine univerſo communia: illud peculiare, & proprium, quod in tam alto divinitus oblatae dignitatis gradu, atque celſiſſima Sede; in univerſa Chriſtianae Reipub. adminiſtratione, in magnis, operoſiſque, quibus quotidie diſtineris, occupationibus, & aditus mihi ad Te ſit frequenter patefactus, & de omni ſtudiorum meorum ratio-

1 Clemens PP. XI. literis Brevibus die XXII. Maii 1704. in Apoſtolicae dignitatis ſolatium conceſſit, ut ſingulorum vices Rei Divinae faciendae addicti, ſcilicet Fratres Capellani Conventuales S. Johannis, loco ſuperpellicei, & Mozzettae nigri coloris, Rochettum album cum ſuis manicis, & Mozzettam violaceam cum alba Cruce in ſiniſtra ubicumque peragenda proprias deferrent. Verum SS. D. N. BENEDICTUS XIV. [illegible] dum illos uſus [illegible] humeros, [illegible] purpureum [illegible], [illegible] hoc eſt Cappam magnam Aurei coloris cum [illegible] ornamentis, [illegible] ſplendidiſſima.

2 Conſtitutio SS. D. N. quarto Idus Martii Anno 1752. Inter illuſtria Religioſae Profeſſionis Inſtituta.

3 Marci Archiepiſcopi Rhodii & Oratoris ad Alex. VI. PP. Pro Rhodiorum obedientia Oratio, cujus apud me MS. Thomae Guichardi Rhodii Oratio de obedientia & deditione Rhodii edita Romae eſt per Magiſtrum Marcellum in Campo Florae nona die Decembris MDXIII. Quae autem a J. B. Gargia Equite Hieroſol. Oratio habita eſt in ſeſſione VIII. Concil. Lateranenſis XIV. kalen. Januarias MDXIII. habetur in Actis ejuſdem Concilii Collectionis Labbeanae.

ratione cognoſcere volueris quos typis edideram, Tibique obtuleram meos in varias antiquitates commentariolos, perlegeris, adprobaveris, quaeque in his vel eſſent accuratius pertractata, vel forte praetermiſſa, comiti, quo polles animo, clementerque ſignificaveris, ut viderem pene accidiſſe mihi, quod maxime praedicabile & gloriandum cenſebat Giraldus Epiſcopus Menevenſis, quum a ſe conſcriptos libros doctiſſimo Papae Innocentio III obtuliſſet *libros benigne accepiſſe, quod copioſe litteratus erat, & litteraturam dilexit* Ea etiam me cauſſa impulit, Te primum animos adjeciſſe, ut poſtquam Graecarum, & Romanarum gentium monumenta ſaepius illuſtraveram, ad Chriſtiana aliquando me converterem In quo quam praeclarus ſit tuus erga haec ſacrae vetuſtatis reliquias amor, quanta in his dignoſcendis, aeſtimandiſque experientia, nec par mihi ad dicendum facultas, & copia tributa eſt, nec ulli hominum arbitror incompertum. Loco ſane excelſo, & illuſtri ſapientiae tuae laus ſita eſt ob MVSEVM CHRISTIANVM, quod conquiſitis undique pretioſiſſimis, & ſumptuoſis κειμηλίοις in aedibus Pontificiis inſtruxiſti, ut ſi in ea Vrbe, quae arx eſt omnium Chriſtianarum gentium, etiam poſt allatas a Barbaris vaſtitates, adhuc aetatem ferunt tot Romani Imperii, ejuſque ſuperſtitionis, arrogantiae, luxuſque veſtigia, ibidem diviniſſimae Religionis, veteriſque ſanctitatis non deeſſent in unum collecta locum indicia, quibus legitimus caſtuſque Dei cultus, Sacrorum caeremoniae, Eccleſiae conſuetudines, pia laudabiliſque noſtrorum Rituum origo in omnium oculos defigatur O mira ac prope divina ſapientiſſimi Pontificis providentia! O ſolertiſſimum nedum litteris juvandis, demerendiſque, ſed Religioni fundandae, augendaeque ſtudium!

Magnum pondus huic meae deliberationi accedit, dum mente reputo, quod quum de hac lucubratione edenda vix conſilium cepiſſem, Tibique, quicquid eſt hominum doctorum, DOCTISSIME PONTIFEX, expoſuiſſem, tum reconditos abditoſque doctrinarum fontes confeſtim demonſtraſti, e quibus optima quaeque haurirem, atque delibarem, & quae eſſent toto hoc libro dicenda, vitandaque, inſtituendo, docendoque e veſtigio patefeciſti Sed quid haec commemoro? Sat erat, ut in uberem illam tuam, beatamque omnigenae eruditionis copiam oculos conjicerem, ex libris enim, quos edidi-

a *Giraldus Cambrenſis Archidiac. & Epiſcopus Menevenſis electus de rebus a ſe geſtis Part. II. cap. 18. Angliae Sacrae Parte II. Londini 1691.*

ediditi, quoſque Tullianis verbis Theſauros omnium argumentorum appellare ſoleo, multa mihi huic operi elucubrando perficiendoque ſuppetebant praeſidia, ut Te uno duce, & auctore, poſſem illi manum confidentiſſime admovere. Quam vere hoc dicam, diſcuſſa procul quavis aſſentationis ſuſpicione, intelliges, quum auctoritatem, nomenque tuum ſaepius a me in medium vocari, & velut graviſſimum certiſſimumque teſtimonium acciri videbis. Igitur cum ex librorum tuorum lectione ad ſcribendum factus eſſem inſtructior ac paratior, incredibilis ſapientia tua, quodam veluti ſuo optimoque jure expoſcere videbatur, ut hoc quodcumque eſt operis ac laboris in tuo auſpicatiſſimo nomine appareret. Atque utinam, ſi quanta in me eſt grati devinctiſſimique animi effuſa voluntas ob tua in Hieroſolymitanum Ordinem, inque me unum plurima ac immortalia merita, tanta foret ingenii vis, & optimarum artium poſſeſſio; nihil profecto eſſet, quod in toto opere deſiderares. Verum nec ipſa virium imbecillitas, nec ſcriptionis tenuitas dehortata eſt, quominus eam ſtudiorum meorum partem Tibi conſecrarem, vel potius redderem, quae quum eſſet judicio, ſuffragioque tuo probata, in tam illuſtrem, ſplendidamque clientelam ſponte ſua properare geſtiebat; atque in Te, SANCTISSIME PATER, litterarum fauſtitati, ac tuitioni coelitus condonato, ſe eſſe nactam gloriabatur ſuum auſpicem ac patronum,

Quo nihil majus, meliuſque terris
Fata donavere, bonique Divi,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priſcum.

DISSERTATIO PRIMA
DE SACRIS AEDIBVS VBICVMQVE GENTIVM BEATISSIMO PRAECVRSORI ANTIQVITVS DEDICATIS.

CAPVT PRIMVM.

Chriſtianis ante ſaeculum IV. *ſacras aedes propalam habere licuiſſe. Templum princeps Romae, itemque duo in Civitatibus Hoſtienſi, & Albanenſi a Conſtantino Magno S. Iohanni Baptiſtae dicata. Fronto coarguitur. Carmina inſcripta Abſidae Lateranenſi. Eccleſiam Sancti Iohannis Majoris Neapoli, veriſimillimum a Conſtantino Conſtantis Filio fuiſſe conditam. Prima Chriſtianorum Templa Florentiae, & Mediolani S. Iohanni nuncupantur. Placidia Auguſta aedem Praecurſori aedificari Ravennae imperat.*

NIHIL ego eſſe arbitror in univerſa Eccleſiae Hiſtoria, quod ita animos miſeratione permoveat, quam turbulentiſſimae illius tempeſtatis recordatio, qua rebus omnibus in pejorem partem verſis, ac mutatis, crudelitas hoſtium Chriſtiani nominis nulla bonorum calamitate ſatiabatur, majoreſque noſtri calumniis, rapinis, tormentis, caedibus vexati, in intimas cryptas abdere ſe ſe, & rei divinae faciendae, latibula occultorum locorum quaerere adigebantur [1]. Neque tamen triſtiſſima haec temporum conditio ita conſtans, & perpetua, ut ab inſtituta Chriſtiana Repub. ad ſaeculum IV. nulla Templa, Baſilicas prorſus nullas ii habuiſſe credantur. Mitior, ac manſuetior nonnullorum Principum indoles, ſive ut Euſebii utar verbis, τῶν κρατούντων αἱ περὶ ἡμετέρους ἀξιώσεις, *Imperatorum benignitas erga noſtros* [2], quandoque paſſa eſt Chriſtianos loca publica ad orandum, & συνάξεις celebrandas conſtruere; quod vehementiſſime probant Hoſpinianus, Middus, Caveus,

1 Inſcriptio S. Alexandri Martyris apud Aringhium lib. III. cap. XXII. Romae 1651. O TEMPORA INFAVSTA QVIBVS INTER SACRA ET VOTA NE IN CAVERNIS QVIDEM SALVARI POSSVMVS &c.

2 *Hiſt. Eccleſ. lib.* VIII. *cap.* 1. *Cantabrigiae* 1720.

Caveus, Binghamus [1]. Et ſi quid nobis ex Arnobio, Origene, aliiſque Scriptoribus ſacris objicitur a Blondello, Moyleo, Boehemero, & Walchio [2], dicas fas eſt, vel Chriſtianos a *Templorum* tunc profana appellatione conſulto abſtinuiſſe, vel in tenui illo Chriſtianae Reip. ſtatu *προσευκτήρια* non extitiſſe more Ethnico ſublimibus elata faſtigiis; vel haec vafre, & malitioſe in nos detorqueri, quemadmodum fatetur Moshemius, *eo quidem conſilio, ut ſectatores Romani Pontificis comprimant*, [3] vel tandem ad eam aetatem referenda, qua Diocletianus violentiſſimo edicto Templa ſummo Deo dicata evertenda, ſoloque omnia aequanda impiiſſime mandaverat, ut docent Heraldus, [4] Elmenhorſtius, [5] Spencerus [6]. Nihilotamen minus confeſſa res, & manifeſta, pace placidiſſima, & tranquilla libertate per Conſtantinum M. Eccleſiae parta, Templa Uni Deo ſacra egregiis, & magnificis operibus decorata ubivis gentium extrui, & in *honorem Sanctorum* [7] inaugurari coepiſſe, quin mora, aut impedimentum inferretur. Aggredior igitur, ut propoſui, religioſa, & excelſa Templa recenſere, quae ex eo uſque tempore Chriſti Praecurſoris nomini inaedificata, dedicataque legimus, atque ab iis, quae ipſius Conſtantini juſſu, & liberalitate ſunt fabricata, exordium pono. Quid autem in toto hoc genere ſplendidius aut magnificentius dici poteſt, quam primarium totius Chriſtiani orbis Templum Romae ad aedes Lateranas in Caelii montis dorſo a Conſtantino extructum inſigni hoc titulo praefulgere? Non tantum a proximo ei Baptiſterio *Baſilicam S. Johannis* appellatam putamus, [8] ſed quia vere, quum ſanctiſſimis religionibus conſecraretur, Baptiſtae patrocinio ſit commendata. Manebit hujus dedicationis teſtificatio ſempiterna ex vetuſtiſſimo mſ. membranaceo Libello Archivi Lateranenſis, qui

 inſcri-

1 Rodolphus Hoſpinianus de Templis Tiguri 1672. Joſeph Mede de Templis Chriſtianorum Londini 1704. Gulielmus Cave Primitivo Chriſtianiſmo lib. 1. cap. 6. Londini 1676. Joſeph Bingham Origin. Eccleſiaſt. lib. 8. ... Halae 1727. V. Joh. Caſpar Hardmann in Lexicon Antiquitat. Eccleſiaſticarum. Tit. Templ. Gryphiſwaldiae 1664.

2 David Blondellus Apolog. pro ſentent. Hieronymi ſect. 3. Amſtelod. 1646. Joh. Henric. Boehmerus Diſſert. juris Eccleſ. Antiq. Diſſ. 1. Lipſiae 1711. Joh. Georg. Walchius Compend. Antiquit. Eccleſ. Lipſiae 1733. item Hiſtoria Eccleſ. ſaecul. 1. cap. 11. Ienae 1744.

3 Jo. Laurent. Moshemius Inſtit. Hiſt. Chriſt. Majoris ſaec. 1. par. 2. cap. 4. Helmſtadii 1739.

4 Deſiderius Heraldus in Not. ad Arnob. Lib. Lugdun. Batav. 1651.

5 Geverhartus Elmenhorſtius in eundem Arnob. Hanoviae 1603.

6 Gulielmus Spencerus in Origen. contra Celſum. Cantabrigiae 1677.

7 V. Julium Fontaninum Comment. de S. Colomba cap. ... Romae 1726. Jo. Rodolphus Wetſtenius in Notis ad Dialogum Origenis κατὰ Μαρκιωνίτας, ſimiliter verbis ... ut probet veteres Eccleſias ... Templa in honor. SS. nunquam dedicata.

8 Ciampini de Sacris Aedificiis a Conſtantino conſtructis &c. cap. 1. Romae 1693.

inſcribitur: *Breve recordationis de conſuetudine Altaris Sancti Salvatoris*, ex quo precationem illam, inibi a Viris, qui rem divinam curabant, recitandam depromſit Creſcimbenius [1]: *Omnipotens aeterne Deus, qui hanc Sacratiſſimam Conſtantinianam Baſilicam in tuo, & Beati* JOHANNIS BAPTISTAE *nomine dedicatam cunctarum Vrbis, & Orbis Eccleſiarum decorare voluiſti primatu, concede quaeſumus, ut ejuſdem meritis & precibus ad Te Salvatorem noſtrum pervenire poſſimus, Per &c.* Vetus haec opinio ne dum omnium pene gentium firmata conſenſu eſt, jugique quadam perſuaſione, quae ſemper cum veritate conjungitur, conſtabilita, ſed ex *Titulis Homiliarum S. Gregorii M.*, aliiſque perantiquis Vaticanis Codicibus, quos vidit, expenditque Pompaeus Vgonius [2], ubi Templum illud Baſilica Conſtantiniana S. Johannis nominatur. In quo uno vehementer hallucinatus eſt Johannes Fronto, qui in Praenotatis ad kalendarium ait, *Certum eſt Baſilicam Conſtantinianam fuiſſe Baſilicam Salvatoris, nec alias appellatam fuiſſe a Silveſtro Papa ad Stephanum IV. qui ſedit A. 885 numquam facta mentione S. Iohannis Lateranenſis* [3]. Erratum illi manifeſto exprobat HOMILIARIVM manu exaratum Anno DCCCLXXVIII. in Archivo Capituli Vrbevetani adſervatum, ubi haec legere eſt: IV. *Kal. Sept. Decollatio S. Iohannis Bapt. Tractatus S. Auguſtini de S. Iohanne in Baſilica Beati Iohannis Baptiſtae ad Later.* De eo primum me commonefecit Baſilicae Vaticanae Presbyter Canonicus, ſacrae antiquitatis bene peritus Joſeph Garampius, qui excerpta quaedam Codicis illius in ſua pugillaria retulerat. Plurimum etiam roboris & nervorum eſt in illis carminibus in Abſida quondam ejuſdem Templi muſivo opificio ſcriptis [4]:

ECCLESIAE HIC SEDEM CONSTRVXIT PRIMVS IN ORBEM
SALVATORI DEO QVI CVNCTA SALVBRITER EGIT
CVSTODEMQVE LOCI PANDIT TE SANCTE IOHANNES.

Duplex praeterea in Veteri Latio Conſtantini impenſa, ſtudioque aedificatum Templum ab Anaſtaſio Bibliothecario accepimus.

1 Mario Creſcimbeni Storia della Chieſa di S. Giovanni ante Portam Latinam libr. c. 11. Roma 1716

2 Storia delle Stazioni di Roma, Stazione IV. pag. 38. Roma 1588.

3 Inter opera ejuſdem edit. Pariſienſ. 1652. §. 12. num. 4.

4 Apud Onuphrium Panvinium de praecipuis Vrbis Romae ſanctioribus Baſilicis. Romae 1570. Huc pertinent S. Bernardi verba Sermone de Nativitate, & Vigilia S. Johannis Bapt. (Operum tom. 1. Pariſiis 1690.) Illa enim Mater, & magiſtra omnium Eccleſiarum Eccleſia Romana, cui dictum eſt Ego rogavi, ut non deficiat fides tua. In honorem Johannis Baptiſtae poſt Salvatoris nomen conſecrata eſt, & ſignata. [illegible] procul dubio haec ſingularis eſt, in illa ipſa Vrbe Johannem vindicare Primatum Eccleſiae &c.

mum, qui de illo ita ſcribit: *Eodem tempore fecit Baſilicam Conſtantinus ex ſuggeſtione S. Silveſtri in Civitate Hoſtienſi, juxta Portum Urbis Romae, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. Johannis Baptiſtae*[1]. & paucis interjectis, *eodem tempore fecit Baſilicam Auguſtus Conſtantinus in Civitate Albanenſi, videlicet S. Johannis Baptiſtae.*[2] Certa atque diuturna Conſtantinianae in S. Praecurſorem pietatis veſtigia Neapoli etiam contuemur. Si pervulgatam Neapolitanorum opinionem, quae jamdiu animis inſedit hominum, ſequi libeat, res ita ſe geſſit. Dum Conſtantinus ex Sicilia Neapolim infeſto mari navigaret, inopina atraque tempeſtas oborta eſt, ex qua naufragium ſibi impendere, vitamque ſummo in diſcrimine eſſe diſpiciens, fidem oppigneravit ſuam, quod ſi periculo evaderet, Eccleſiam conderet ſub nomine S. Johannis Baptiſtae. Navis Neapolim incolumis appulſa eſt: tum Imperator, ut votum ſolveret, Fanum Hadriani impio cultu olim contaminatum in ampliorem ſplendidioremque formam redegit, *& ibidem fundavit Eccleſiam magnam S. Johannis B. in teſtudineo opere, & mirifico muſaeo, & multo auro, & lapide porphiretico, alioque multifarie marmoreo lapide, & maximis proventibus dotavit*[3]. Cujus quidem rei documentum cenſet eſſe teſtatiſſimum Caracciolus[4], Tabellam Eccleſiae, in qua Anniverſaria deſcripta ſunt: ex illa quippe intelligitur quotannis ſacrificium emortuale peragi pro expiatione animae pii fundatoris, his verbis. XV. MARTII IN ALTARE MAIORI PRO MAGNO IMPERATORE CONSTANTINO. Verum ſcriptor vere ἀνύμβλητος, Alexius Symmachus Mazochius, cui cordi eſt uni veritati litare, hiſtoriam Conſtantini Magni aetati minime congruere animadvertens, ſinceritatis laudem ſuorum concivium perſuaſioni anteponendam cenſuit. Itaque ea beneficia ab Imperatore in Neapolitanos conlata ad poſteriorem alium Conſtantinum referenda ſcribit, & facile ad Conſtantinum Conſtantis Filium, quem occaſione Siculae expeditionis, Neapolim veniſſe veriſimillimum eſt, deque hac Baſilica, ſicut de aliis nonnullis, fuiſſe optime meritum[5].

Italiam univerſam ratione, animoque peragranti, poſt Urbem aeternam occurrit nobiliſſima Urbs Florentia, quae ſe totam Jo-

1 *In S. Silveſtro edit. Blanchini.* Romae 1718. 1731.

2 *Ibidem.*

3 Ex vetuſto Cod. Membranaceo, qui in eadem Eccleſia aſſervabatur, ſtudio & cura Tabellionis Regolii Papadoglio, patriae hiſtoriae periti[ſſimi].

4 *Napoli ſacra di Ceſare d'Engenio Caracciolo. Tit. S. Giovanni Maggiore*, Napoli 1624.

5 *De Cathedrali Eccleſia Neapol. ſemper unica. par. II. cap.* 111. *fol.* 125. *Neapoli* 1751.

Johannis clientelae tradidit, ac devovit, ut primum eas oras Chriſtiana Religio feliciter proſpereque pervaſit. Templum ibi erat horrifico, & nefando MARTI dedicatum, quod primos Florentinorum Apoſtolos, depulſa ſuperſtitione, quae omnium animos occuparat, Sancto Praecurſori conſecraſſe, a Villano [1], & Borghinio [2] accepimus. Quod ſi abſurda haec, & magis tranſmiſſa a majoribus opinione, quam vere affirmari cenſeas, atque aſſentias viro rerum patriarum ſcientiſſimo Antonio Franciſco Gorio ſcribenti [3], Templum illud extructum circa Valentiniani, & Valentis tempora; nihilominus Florentinos a Chriſtianae Reip. exordio S. Johannem velut Urbis ſuae conſervatorem ſacris in locis coluiſſe, non eſt ambigendum. Par apud Mediolanenſes pietatis certatio, ſimiliſque ejus amplificandi nominis contentio. Primum, quod Mediolani Chriſtianorum Templum excitatum eſt, Baptiſtae Domini nuncupatum fuit, eique cognomentum *S. Johannis ad quatuor Facies* adhaeſit. Cauſſam ex erudito Caſtellioneo [4] paucis accipe. Fuerat illic, ad Romanorum conſuetudinem Fanum *Jani Quadrifontis* [5]; ſed quum ea Urbs ab impio manium Deorum cultu, ad Chriſti Fidem felicibus auſpiciis ſeſe applicuiſſet, delubrum rite expiatum S. Johanni conſecravit, ob eamque rem hoc nomine perpetuo eſt appellatum. Prope ad ſaeculum XII. inſtauratum atque locupletatum fuiſſe ab Archiepiſcopo Landulpho Badagio auctor eſt Cl. Gratiolius, fretus indiciis veteris cujuſdam membranae [6].

Praeſtantiſſima hac pietatis laude non inferior Ravenna, quae imperio Gothorum, & Exarchorum ſedem, & domicilium praebuit. Quum maximis opibus, fortuniſque floreret, aedes S. Johanni B. in ea dedicatas narrat non obſcuri certe nominis ſcriptor Agnellus in *Pontificali*, ubi geſta a Petro Chryſologo recitat: *conſecravitque Eccleſiam S. Johan. Baptiſtae, quam Baduarius aedificavit* [7].

Fuerat

1 *Cronica di Meſſer Giovanni Villani lib. 1. cap. 42. Vinegia 1537.*

2 *Diſcorſi di Vincenzo Borghini, Aſſunto ultimo edit. del Giunti 1584.*

3 *De Minuto Capite Jeſu Chriſti.* Florentiae 1749. [illegible] *Johannes appellatum.* V. Borghinium loc. cit.

4 *Mediolanenſis Antiquitatis opera, & ſtudio Jo. Antonii Caſtellionei parte 1.* [illegible] *Mediolani* 1625.

5 [illegible] *Theſauro* [illegible] Francofurti 1627. [illegible]

[illegible] Fori, Veteri, Iulium, Auguſtum, Tranſitorium.

6 *De Praeclaris Mediolani Aedificiis, quae Aenobarbi cladem antecesserunt cap. 11. Mediolani 1735.*

7 *Vitae Pontific. Ravenn. in Petro Chryſolog. cap. 1. Mutinae 1708.*

Fuerat haec aedes illa, quam Rubeus egregiam vocat, quamque magnifico apparatu juſſu Placidiae Auguſtae Baduarius exſtruendam curaverat [1]. Maximianum Petri ſucceſſorem, aemulatoremque in idipſum incubuiſſe, memoriae proditum eſt ab eodem Agnello. Hic extra Vrbem Eccleſiam An. DXLIX. aedificavit in memoriam obtruncationis ejuſdem Baptiſtae, quae *in Marmorario* eſt appellata [2].

CAPVT SECVNDVM.

Theodolinda Baſilicam S. Iohannis Modoetiae aedificat. Integra illius Inſcriptio. Agilulphus Rex Eccleſiam S. Ioh. Baptiſtae Taurini conſtrui curat. Monumenta aliquot ex Chartulario Eccleſiae Vicenſis, & ex Statutis Canonicorum Taurinatium. Gundiberta Theodolindae Filia S. Iohanni opitulatori ſuo Templum Terracinae ſacrum eſſe voluit. Id ipſum praeſtat Rhotarius in Suburbio Papiae. Langobardi ad Chriſti Praecurſorem, tamquam ad ORACVLVM *ſua omnia referunt.*

VERVM ad Gothorum res proxime accedit Langobardorum imperium. Hi autem ſe ſuaſque fortunas omnes Johannis Baptiſtae patrocinio tuendas commendarant. Hinc lectiſſima, rarique exempli Femina Theodolinda Regina, cujus eximiae pietatis praeconium in Epiſtolis S. Gregorii PP. poſteritati mandatum comperimus [3], Baſilicam Modoetiae conſtruxit, & Chriſti Praecurſori dedicavit, ornamentis decoravit, praediis ditavit, heredemque ampliſſimi patrimonii ſui legavit. In quo, optima Regina, quemadmodum perhibet Paullus Warnefridus, cognomento Diaconus, ultimi Langobardorum Regis ab Epiſtolis [4], id ſibi propoſuerat, ut Viro ſuo Liberiſque in quovis diſcrimine patronum acciret, & in belli dimicationibus propugnatorem compararet. Id unum

1 *Hieronymus Rubeus Hiſtoria Ravenn.* l. I. *Venetiis* 1590.

2 Rubeus in eadem Hiſtoria *lib.* III.

3 *Lib.* VII. *regiſtr. ep.* XLII. *Pariſiis* 1675. Rapadorati conſtitutores Magdeburgenſes Centuria VI. cap. VI. *Baſileae* 1624. Hanc Theodolindae in S. Johannem pietatem maledictis omnibus vexarunt; quae quum ſint ab hiſtoriae veritate aliena ac remota, ex Johanne Aventino prodiſcere poterant. *Annales Bojorum Baſileae* 1615.

4 *De Geſtis Langobardorum lib.* IV. *cap.* VI. In collectione *Lindebrogii Hamburgi* 1611. V. Juſtum Fontaninum egregie de hac praeclariſſima Modoetiae Baſilica diſſerentem libro *De Corona Ferrea Langobardorum cap.* I. *Romae* 1717.

unum clamat Inſcriptio marmore Theodolindae juſſu exſcalpta; quam legentium commodo ſubjicimus [1].

CONDIDIT HOC TEMPLVM MVLTA VIRTVTE VERENDVM
THEODOLINDA POTENS REGNI DIADEMATE POLLENS
PRO SE PRO NATIS VOVIT DVLCEDINE MATRIS
CHRISTI BAPTISTAE CVI SACRATVR LOCVS ISTE
HIC NOSTRAE GENTIS CAPVT VOLVIT ESSE DVCENTIS
LONGOBARDORVM TALEMQVE PARARE PATRONVM.

Langobardorum in Johannem obſervantiam, ac culturam perquirenti mihi praeter Modoetiam occurrit Auguſta Taurinorum, ubi Agilulphum Regem princeps Templum excitaſſe communi fama atque ſermone perhibetur. Hic minime vituperandi videmur, ſi ſplendidiſſimae illius Urbis, in qua orti ſumus, laude delectamur, ſi majorum noſtrorum pietatem libenter commemoramus. Itaque eodem concurrunt, nedum Baronii, & Ughellii ſed omnium noſtrorum Hiſtoricorum ſententiae, Pignonii [2], ab Eccleſia [3], Briciique [4], ab ea uſque aetate Templi illius aedificationem eſſe repetendam. Unius ſaltem Pignonii verba ad fidem faciendam apponimus. *Anno Chriſti* DCII. *auctoribus Agilulpho, & Theodolinda Regibus D. Joannis Baptiſtae Templum Taurini, ut in aliis Langobardicis civitatibus, erigitur* [5]. Neque in Scriptores noſtros culpa ulla rejicienda, quod perveteris opinionis teſtes ſupares haud protulerint, nam haec eſt deploranda rerum noſtrarum conditio, & calamitas, jam a ſaeculo IX. miſerum illum Catholicae doctrinae transfugam, & Iconoclaſtam Claudium Epiſcopum [6] ſacra monumenta, quot quot Taurini erant, libros, chartas, membranas, Imagines, Reliquias per ſummam ſaevitiem, impietatemque incendiſſe. Nihilominus vetuſtiſſimae Taurinatium in S. Praecurſorem religionis indicium multo

1 Ughelli, *Ital. Sacr.* tom. IV. *In Epiſcop. Mediolan.* Romae 1652.

2 Philibertus Pignonius in *Auguſta Taurinorum* ibidem 1577.

3 Agoſtino della Chieſa *Corona Reale* par. 1. pag. 104. in Cuneo 1655.

4 Paolo Brizio *Progreſſi della Chieſa Occidentale* ſecolo VII. pag. 298. Carmagnola 1650.

5 *Ubi ſupra.*

6 Walfridus Strabo Abbas Augiae divitis Claudii meminit lib. de Rebus Eccleſ. cap. VIII. in Biblioth. PP. Lugdun. tom. X. V. Dungali Diaconi *Reſponſ. ad Claudium ad Hludovicum Imp.* Bibl. tom. XIV. de Claudio noſtro conſul. Labbeum *de Scriptoribus Eccleſiaſt.* tom. I. in addendis pag. 990. Francof. 1660.

multo clariſſimum habeo ex *Chartularis* Eccleſiae Vlcienſis (*Oulx*) in finibus Pedemontis, quod nuperrime e latebris eduxerat conterraneus, amicuſque meus Antonius Rivautella Regiae Bibliothecae Pro-Praefectus, cujus eſt omnibus antiquitatum cultoribus cognitiſſimum nomen, & ingenium. Sed heu! dum illud praelo parabat, ingenti noſtra cum jactura, florente adhuc aetate, diem ſupremum obiit [1]. In eo nempe Chartulario legimus Cunibertum, alias Carabertum XXIII. Patriae noſtrae Pontificem, *Nantelmum Vlcienſem Praepoſitum anno* MLXV *in Majori Taurinenſium S. Ioannis Eccleſia pro Canonico recepiſſe* [2] - *obedientiam, & debitam ſubjectionem Sancto Iohanni* eidem Nantelmo praeſcripſiſſe [3]. Quod & Witbertus II anno Domini MXCVIII & Carolus II Ann. MCLXV Epiſcopi noſtri, Nantelmo II [4], & Nicolao [5] Vlcienſibus Praepoſitis mandarunt. Ex quibus, aliiſque [6] eo libro collectis peregregiis monumentis ſine ambiguitate conficitur, Chriſti Praecurſorem apud Taurinates antiquam religioſi cultus poſſeſſionem eſſe nactum. Chartularium ejuſmodi excipit Tabularium noſtrae Metropolitanae Eccleſiae, in quo exſtat Codex Membranaceus ſigillo ornatus, atque inſcriptus: *Statuta Canonicorum Taurinenſium anno 1468. edita*. Peropportuna in rem noſtram ea Praefationis verba: *Quod Eccleſia Taurinenſis ab exordio ſuae fundationis ad laudem ſummi Dei & Salvatoris Domini N. Ieſu Chriſti, ejuſque piae Matris Beatiſſimae Virginis Mariae, nec non & Praecurſoris Domini ac Prophetae, & pluſquam Prophetae B. Iohannis Baptiſtae extitit fundata*.

Quia autem parentes, ſi filios optima diſciplina inſtituerint, facile in illos eadem ſtudia, eaſdemque voluntatis propenſiones transfundunt; hinc in Gundiberta Theodolindae Filia parem erga S. Johannem pietatem admiramur. Haec quum Langobardo Regi Rodoaldo Rothari Filio denupſiſſet, per ſummam calumniam, adulterii rea facta eſt, accuſataque, quod cum Charello Regis Familiari rem turpiſſime habuerit. Carceri continuo mancipatur Gundiberta. Ipſa vero in tanta improbitate, ac triſtitia ad opem Johannis Baptiſtae confugit, ſuamque innocentiam ejus patrocinio

C com-

1 [illegible] : *Monumenta Taurinenſia* : *Del ſito dell' antica* [illegible] *& Industria* [illegible] *Catalogus* [illegible] *Bibliothecae Regii Athenaei &c.*

2 *Charta* [illegible] *indict.* [illegible] *Kalen. Maji*.

3 *Charta* [illegible]

4 *Charta* [illegible] *ind.* [illegible] *Kal. Octobris*.

5 *Charta* [illegible] *ind.* [illegible] *Kal. Maii*.

6 *Charta* [illegible] [illegible] *anno* [illegible] [illegible] *Menſis Martii ind.* [illegible] [illegible] *Kal. Martii ind.* [illegible]

commendavit. quae quum brevi eſſet patefacta, Regina e cuſtodia egreſſa, Templum opitulatori ſuo Terracinae fieri fecit, & hoc grati memoriſque animi pignus eidem Praecurſori ſacrum eſſe voluit [1]. Rotharius vero, de quo nuper memini, in ſuburbio Papiae, quae diuturnior eorum Regum ſedes fuit, Templum condidit S. Johannis, tum amplitudine, tum magnificentia praeſtantiſſimum, illudque tot ſuperbis opibus, ſacriſque pignoribus ac Lipſanis ditando, cumulandoque illuſtravit, ut ſplendidiſſum Vrbis illius ornamentum evaſerit [2]. Et quoniam omnes expetimus utilitatem, ad eamque rapimur; Langobardi quum deprecante Johanne commoda omnia ſibi a Deo dari, atque impertiri viderent; eventaque rerum domi, militiaeque, illius patrocinio, ad eorum voluntatem fluere cognoſcerent; acceptorum beneficiorum ita memores ſe ſe praebuerunt, ut quicquid agerent, Johannem Baptiſtam prae oculis haberent, omniaque in eum officia conferrent. Quin imo hunc ſibi veluti *Oraculum* praeſentiſſimum conſtituerunt, a quo omnia ducerent agendi principia. Duo potiſſimum id prolixe evincunt: votum illud Langobardorum: *Vt ipſe Sanctus Iohannes Baptiſta ſit pro nobis interpellator ad Dominum Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, nos omnes unanimiter pollicemur illi omni anno in die Nativitatis ſuae de noſtris facultatibus tranſmiſſuros honorifice ad* ORACVLVM *ejus* [3]: Tum etiam formula, quam in *Coronatione* Imperatorum Archipresbyter proferebat: *In* ORACVLO *S. Iohannis Baptiſtae Ferreo Diademate de jure Regni corono Te &c.* [4] Sed haec ſatis ſuperque: cetera perquiramus.

CA-

1 *Dominici Antonii Contatore Hiſtoria Terracinae Romae 1706. lib. III. cap. IV. de Eccleſia S. Joh. Baptiſtae*, qui haec omnia ex vetuſtiſſimis, & indubiae fidei teſtibus decerpſit.

2 V. Paullum Diaconum libro laudato *de Geſtis Langobardorum lib. IV cap. XVI.* Bernardum Sacchum *Hiſtoriae Ticinenſis lib. IX. cap. XII Francofurti 1603.* Antonio Maria Spelta *Vite de' Veſcovi di Pavia. Nella vita di Magno XIX. Veſcovi. Pavia 1597.*

3 Vide Bartholomaeum Zucchium *Hiſtoria della Sereniſſima Theodolinda, e del Tempio di Monza cap. XVII. Milano 1613.*

4 Conſule eundem Zucchium *Hiſtoria della Corona Ferrea pag.* [illegible]

CAPVT TERTIVM.

Coenobia ſub nomine S. Iohannis B. in Latio, in Campania, in Aprutiis tempore S. Benedicti condita; cujus exemplum ſecuti ſunt Monachi, qui primo Ordinem propagarunt. S. Magnus Epiſc. Opiterginus, & Grimoaldus per viſum excitati ad Eccleſias S. Iohannis fabricandas. Recenſentur aedes ſacrae vetuſtiſſimae S. Ioh. Bapt. per Italiam dedicatae.

FERME per ea tempora S. Benedictus, cujus nomen nulla aetas in oblivionem adducet, tum Sublaci circa Anienis fontes, tum in ſublimi Campaniae monte Caſſinatium, S. Joh. Baptiſtae ſe obſervantiſſimum probavit. Siquidem ad Sublacenſem ſpecum ex duodecim, quas exſtruxit aediculas, unam Johanni Baptiſtae ſacram eſſe juſſit; ſicuti & alteram in Monte Caſſino, ubi erat Ara Apollinis, quam funditus ſubverterat[1]. Ejuſdem clariſſimi Monachorum in Occidente Patris laboribus, auſpiciiſque adſcribenda *Monaſterium Lateranenſe ſub invocatione S. Iohannis Baptiſtae, quod Gregorius PP. III. inſtauravit*[2], Viennenſe, & alterum Cuſantiae ab Ermenſerdo exſtructum, utrumque nominis Praecurſoris celebrandi cauſſa. Sed antequam e corpore excederet, & in coelum, quaſi in ſuum domicilium perveniret anima S. P. Benedicti, viderat in Aprutiis a Traſamundo Comite Traſamundi Marchionis Filio fundatum Monaſterium *S. Iohannis in Venere*; viderat Placidum Nepotem ſuum prolixa liberalitate huic conceſſiſſe Caſtellorum, Pagorumque dominium[3]. Monachi vero quum Ordinem mirifice, fauſteque dilatarent, inque alias regiones transferrent, ſe memoriae Johannis Baptiſtae dicatiſſimos praebuere. Hinc ſacrorum hominum Coenobium An. DLXXV ex abdicato a Gregorio M. ſatis lauto patrimonio in Sicilia excitatum, beatoque Praecurſori dicatum[4]. Hinc alterum ab Aligerno Caſſinenſi Abbate ad An. DCCCCLXVII.

1 S. Gregorius M. *Dialog. lib.* II. c. VIII. & II. V. Mabillonii *Acta Ord. S. Benedicti tom.* I. f. ... *Pariſiis* 1703 *Chronicon Caſſinenſe* Angeli a Nuce *Pariſiis* 1668.

2 Conſule Mabillonium l. c.

3 Auguſtinus Lubinus *Abbatiarum Italiae Brevis Notitia litt.* V. *Romae* 1693. *Et Chronicon Caſſinenſe lib.* II. *cap.* XXXXIII. *edit.* Angeli a Nuce *Pariſiis* 1668. Donationem Placidi confirmavit Imperator Juſtinianus; Monaſterium privilegiis cumularunt Henricus II. Innocentius IV. aliique viri Principes.

4 Rocchus Pirrus *Sicilia ſacra diſquiſitionibus, & notitiis illuſtrata lib.* IV. *parte* II. *Panormi* 1647.

Capuae aedificatum. Cujus quidem Vrbis plura alia ejuſdem nominis ac *Tituli* Templa jamdiu recenſuit Michael Monachus in ſuo *Sanctuario* [1].

At vero, eſt ne aliquod in Italia univerſa, ſive nobile & illuſtre, ſive obſcurum atque humile oppidum, quod ſacram aedem Praeconis Chriſti patrocinio, ac numini non commendaverit? Qua primarium urbis Templum ab optimis, ſanctiſſimiſque Epiſcopis fabricatum invenies, ut Foro Claudii in Campania a S. Bernardo [2], An. MXXXVII. & Caeſenae, quum Pontificatum Romae obtineret Vrbanus VI [3]. Qua illud reperies ipſius Johannis monitu hortatuque ab ſolo aedificatum. Ita ſane in una ex *Inſulis Gemellis* in ſinu maris ſuperi, quo Opitergini perfugium quaeſierant, quum exitiali, & calamitoſo Langobardorum bello Venetia vaſtaretur, urbes vexarentur, tecta arderent, S. Magnum Opitergii Epiſcopum Divino afflatu, & objecta ſibi in ſomniis Johannis ſpecie ad Templum ibidem ſub ejus invocatione faciendum An. DCXXXIX. manum admoviſſe, teſtimonio antiqui *Paſſionarii Eccleſiae Ducalis*, ſcribit ampliſſimus Senator Flaminius Cornelius, cujus nomen apud me auctoritatis habet plurimum, & benevolentia jucundiſſima eſt [4]. Item Fregellis inter Aquinum, & Lirim, ubi Grimoaldum in quiete per viſum ad Eccleſiam dedicandam commonefactum, incitatumque ex veteri memoria apud ſummae accurationis biographum Papebrochium legimus [5]. Qua cernes in ſublime attolli Templa, Monaſteria, Sodalitia vel Principum liberalitate, vel publico urbium decreto, vel conlato piorum hominum aere, ad referendam gratiam tamquam Patrono benemerenti, & tutori indulgentiſſimo excitata. Non id ſane conſilii cepi, ut unaquaeque ſingillatim attingam. nam quid ego ad id longam orationem comparem? ſatis profecto erit, ſi ea enumerem, quae vel antiqua religione praeſtantiora,

1 *Sanctuarium Capuanum* Neapoli 1630. In [illegible] ad Kalendarium [illegible] Langobardicis praemiſſum [illegible] pag. [illegible] *Quanta fuerit in S. Johannem devotio Capuanorum ex numero Eccleſiarum* [illegible] Eccleſiae S. Johannis Nobilium [illegible] [illegible] Vir [illegible] Joſeph [illegible] Capuanus [illegible] Commentariolum, [illegible] *Diſſertazione di P. M.* [illegible] *Campano &c. Napoli* 1710.

2 *Acta S. Bernardi primi Calvenſis Epiſcopi* apud Ughellium tom. VI. Romae 1659. *In honorem Sanctae, & intemeratae Virginis Mariae, & Beati Johannis Baptiſtae fabricavit Eccleſiam.*

3 Ughel. tom. II. Romae 1648.

4 *Eccleſiae Venetae illuſtratae &c.* Decade IV. *Venetiis* 1749.

5 *Mirum hoc* [illegible] *Comitis* [illegible] [illegible] *in antiquo* [illegible] *Papebrochium in Act. Sanct.* [illegible] *tom.* [illegible] *Antverpiae* 1701.

tiora, vel populi frequentia celeberrima, vel praerogativa aliqua illuſtriora cenſentur. In quo tamen nulli Civitati irrogatam injuriam volo, aut ejus laudi quidpiam detractum, ſi mihi ullum fortaſſe Templum memoria excidit, taciturſque praetereo. Itaque ut ex multis pauca referam. S. Johannem tanquam loci Tutelarem coli perhibent Hiſtorici, Bononiae in una ex ſeptem Eccleſiis, quibus conſtabat percelebris Baſilica cura S Petronii, V. reparati Orbis ſaeculo, inſtaurata [1]; tum in alia aere piae Matronae Cremoninae Piateſiae condita ſaeculo XII, quae nobilibus Hieroſolymitanis Militibus quondam tributa atque conceſſa fuit [2]. Quae Templa Venetiis Praecurſorem ſibi Patronum antiquitus adſciverint, a Clar. Cornelio accepimus [3]. *Antiquiſſima Eccleſia* nuncupatur in pervetuſtis monimentis illa, quam Caliſtus Patriarcha Aquilejenſis VIII labente ſaeculo in Civitate Forojulii inſtauravit [4]. Plura & Veronae exſtare hujus nominis, collecta nuper a Blancolinio monumenta [5] ne addubitare quidem patiuntur. Alexandriae Statelliorum ſaeculo XII ornatiſſimum S. Johannis Fanum fuiſſe, conſtat ex Ghillini Annalibus. [6] Viterbii nobilem virum Alamandianum eo conſilio Praecurſori aedem feciſſe, ut ſibi ſempiternam exoraret beatitatem, perſpicue oſtendit adjecta illius Fronti inſcriptio. [7]

CA-

1 Celſo Falconi *Memorie ſtoriche della Chieſa di Bologna* lib. II. *Bologna* 1649. Celeſtino Petracchi *dell'Abbaziale Baſilica di S. Stefano* lib. II. *Bolog.* 1747.

2 Cherubino Ghirardacci *Iſtoria di Bologna* tom. I lib. II *Bologn.* 1596.

3 *Eccleſiae Venetae Decad.* 12. & 11.

4 *Monumenta Eccleſiae Aquilejenſis* c. XXXVII. *Venetiis* 1740. Collecta editaque a P. Bernardo de Rubeis Viro celeberrimo.

5 *Notizie ſtoriche delle Chieſe di Verona raccolte da Giambattiſta Biancolini* tomo I. II. & IV *Verona* 1749.

6 Girolamo Ghillini *Annali di Aleſſandria* an. 1184 *Milano* 1666.

7 Buſſi *Storia di Viterbo part.* I. *lib.* VI. *Roma* 1742.

QVAM STRVIS IN TERRIS AEDEM
BAPTISTA IOANNES
EXTRVET IN COELIS ALAMANDIANE TIBI.

CAPVT QVARTVM.

Boniſatius Ab. Nonantulanus Eccleſiam S. I. B. inſtaurat. Monaſterium Montis Veneris, ubi maxime cultus Chriſti Praecurſor. Charta ex Tabulario ejuſdem Monaſterii evulgatur. Monaſterium S. I. B in ſinu Hipponiatu ad Mare Tyrrhenum. Conſtantia Auguſta 50. Byzantios aureos legat Monaſterio S. Iohannis in Flore. Eodem Patrono gloriari alia antiqua Coenobia. Sodalitates ſaeculo XI. *inſtitutae, Praecurſoris tutelae commendatae.*

ET quoniam in his nunc verſatur oratio, praetermittendum non videtur, Amatum Epiſcopum Ferrarienſem ann. MCLXX. Bonifatio Nonantulano Abbati fundum, ac lapides ad Eccleſiam Sancti Joh. aedificandam conceſſiſſe [1], atque in Montibus Euganeis, ubi olim Delubrum Veneris, ſuperſtructum conſpici Sancti Johannis Monaſterium, quo in die *Paſſionis* ejuſdem catervatim conveniunt populi, & agmine compoſito ſupplicantes procedunt [2]. Fuerat huic Monaſterio aliud nomen, ſed quum piorum hominum largitionibus in ſplendidiorem formam inſtauraretur, S. Johan. Baptiſtae eſt nuncupatum. Cauſſam lubet afferre ex authentica Charta illius Archivi, mihi a Monachis humaniſſime communicata, cujus ea eſt inſcriptio: *In Chriſti nomine Amen. Incipit memoria Patrum, qui fundaverunt Monaſterium S. Io. de Venda.* Ad calcem vero: *Hec ex antiquis monimentis recepta, & alibi ſcripta, hic repoſita ſunt auctoritate Reverendo D. Domino Petro Marcello digniſſimo Patavino Antiſte in Venda pro preſente habitante 1427. die 24. Novembris.* Ex quo Monumento haec diſcimus ſaeculo XIII, quum in clivum Montis Vedani Presbyter Albericus de Burgorico, & Stephanus de Tramognone Monachus S. Juſtinae ambo Patavini [3] ſe ſe recepiſſent, ut procul ab hominum frequentia in cognitione ac contemplatione rerum divinarum vitam tranſigerent, virtutum, rerumque memorabilium ab illis geſtarum fama finitimas regiones quantocius implevit, ſeu ut Chartae verba exſcribam: *Iſti duo SS. PP. eorum Sancta vita, & fama tam larga, & copioſa*

1 Marc'Antonio Guarini *Compendio Hiſtorico delle Chieſe di Ferrara lib.* 11. *Ann* 1621. Qui alias quoque hujus nominis Eccleſias percenſet.

2 Bernardi Scardeonii *Antiquitates Urbis Patavinae lib.* 1. *cap.* 11. *Baſileae* 1560. Mons Veneris corrupte nunc *Monte Venda* a popularibus vocatur.

3 Uterque diem ſupremum obiit Ann. 1241. ille die 2. Auguſti, hic 16. Septembris.

copioſa bona mobilia, & immobilia aquiſiverunt a devotis perſonis, quod a fundamentis omnes domos dicti loci de Venda, & Eccleſiam Sancti Ioannis Baptiſte edificaverunt, quam R. Pr. D. Iordanus Epiſ. Paduan. conſecravit ſub dicto nomine, mutato nomine prioris Eccleſie, quod opinatur fuiſſe factum ex eo quod PIE CREDITVR Digitum S. Ioannis Baptiſte, qui illic honorifice oſtenditur, tunc illuc portatum fuiſſe.

Quod ſi vera loquitur Hieronymus Maraſiottus [1], ſanctiſſimae noſtri Præcurſoris Reliquiae in cauſſa etiam fuere, ut Monaſterium S. Euphemiae Oppidi Lametiae in ſinu Hipponatu ad mare Tyrrhenum *S. Iohannis* diceretur, Brachium namque ipſius, & S. Euphemiae caput illic adſervatum affirmat. Sed in Brutiis longe celebrius Coenobium *S. Iohannis in Flore* Ordinis Ciſtercienſis inter Cacurium, & Geruntiam, quod conſtruere coepit ſaeculo XII. ille Joachim Abbas [2], qui per ambages, & inania verborum involucra eventa rerum futurarum vaticinabatur. Huic Monaſterio, ut quot annis *quinquaginta bizantii aurei ante feſtum S. Iohannis Bapt., aut in ipſa feſtivitate* darentur, Diplomate Meſſanae dato, an. MCXCVIII. legaverat Conſtantia Imperatrix ſemper Auguſta [3]. Hoc eodem Patrono gloriantur Monaſteria Coeleſtinorum, Armenorumque Bononiae [4], & Camaldulenſium Faventiae [5]. At ſunt ne mihi hic commemoranda omnia Coenobiorum nomina, quae Joh. potiſſimum colere decreverant? Evolvat, qui iis immorari deſiderat, Auguſtini Lubini librum, qui eſt de *Abbatiis Italiae*, [6] & amplius quod deſideret, nihil erit. Tandem ſaec. XI., ut a Thierſio demonſtratum eſt [7], quum hortantibus maxime S. Romualdo, B. Petro Damiano, Dominico Loricato, Joh. Heraemita de Monte Feretri, per Italiam conſtitutae fuerint Sodalitates piorum hominum, qui poenitentiae cauſſa verberibus ſe afficerent, & ſcutis, virgis, flagellis ad hoc idoneis ſe cruentarent, vulgo *Diſciplinanti*, Iohannis Baptiſtae tutelae ſe commendarunt hujus generis ſodalitia, quae per ea tempora Tridini [8], Bononiae [9], Mediolani [10] tam laudabile inſtitutum amplexari, ac tueri propoſuerant.

CA-

1 *Croniche e Antichità di Calabria lib.* III. *Padova* 1601.
2 *Manriquez. Annales Ciſtercienſes Tom.* I. *Lugduni* 1642.
3 *F. Ughellius Tom.* IX. *Romae* 1662.
4 *Paſconi lib.* III.
5 *Giulio Ceſare Tondazzi Storia di Faenza Preludio pag.* XXI. *Fae* 1675.
6 *Abbatiarum Italiae Brevis Notitia Romae* 1693.
7 *Critique de l'Hiſtoire des Flagellans, & juſtification de l'uſage des diſciplines volontaires Par Mr J. B. Thiers. Chapitre* IV. *a Paris* 1703.
8 *Joannes Andreas Irici Tridinenſis Rerum Patriarum lib.* I. *Mediolani* 1745.
9 *Gherardacci lib.* XIII.
10 *Servilliano Latuada Deſcrizione di Milano* ... *Milano* 1738.

CAPVT QVINTVM.

Northmannorum Principum liberalitas pro ſacris aedificiis reſtituendis. Templa in Sicilia a Roberto Guiſcardo, Rogerio, ac VVillelmo condita, aliaque ejuſdem Provinciae, quibus S. Iohannes Baptiſta Patronus datus eſt.

LOnga, & operoſa hac inquiſitione perfuncti, Siciliam adnavigamus, maxima, atque immortalia gentis illius erga S. Praecurſorem pietatis argumenta viſuri [1]. Antequam Northmanni, profligatis, & pulſis Saracenis, qui vaſtitatem ſacris, profaniſque rebus intulerant, Inſulae dominatum occuparent, vix quidpiam certi habeo, quod proponam, praeter id, quod narrat Theophanes Cerameus de Baptiſterio Tauromenitano, quodque Diſſert. ſequenti recitabimus. Sed Sicilia in poteſtatem, ditionemque Northmannorum redacta, inter innumera pene Templa, illorum Principum liberalitate, ac munificentia vel reſtituta, vel a ſolo excitata, multis quidem S. Johannes Baptiſta Patronus eſt deſignatus. Neminem in hiſtoria ſic peregrinum, aut tyronem credam, qui non aliquando aure ſaltem acceperit, quae a Goffredo Malaterra [2], ab Alexandro Abbate Teleſino [3], aliiſque de geſtis in Sicilia a Roberto

1 S. Gregorius M. *Epiſtolarum lib. I. ep. 81. Indict. 11. edit. Pariſien.* 1705. Iohanni Abbati. *De Tunica S. Iohannis* [illegible] *gratè accepi, quia ſollicitus fuiſti mihi ipſam Tunicam, aut quod eſt melius eumdem Epiſcopum, qui eam habet, cum Clericis ſuis, & cum ipſa ad me transmittere, quatenus, & beatiſſimi Tunicae perfruamur, & de eodem Epiſcopo, vel Clericis mercedem habere valeamus.* Totum hoc, quicquid eſt, [illegible] & de Chriſti Praecurſore intelligendum plerique [illegible]. Sed [illegible], quoniam ego [illegible], eorum argumentis [illegible] eſt. [illegible] Epiſtolam a Papa Gregorio perſcriptam Iohanni Abbati in [illegible] Syracuſanorum, qui [illegible] in Epiſcopum ſuffectus eſt: ſed a quo [illegible]? non colligitur ipſa Epiſtolarum [illegible] id [illegible] manifeſto docet, ut quis [illegible] judicari non [illegible]. Quis Epiſcopus ille, cujus nomen [illegible] Provinciam Pontifex reticet? Narrat igitur a Iohanne Diacono Romano in vita Gregorii lib. III. cap. [illegible], *Hanc de ſancti Iohannis* [illegible], *de quibus a quamplurimis dubitatur.* [illegible] Romam pretioſiſſimam hanc Tunicam delatam, & a Beatiſſimo Papa ſumma cum gratulatione repoſitam *ſub altare S. Iohannis in Baſilica Conſtantiniana*, quemadmodum affirmat ipſe Iohannes biographus cap. [illegible]. Sed ea quae [illegible] Baſilica Lateranenſis, & [illegible] Iohannis [illegible], minime [illegible] Praecurſoris [illegible] Iohannis [illegible]. Vid. de Praecurſoris Reliquiis ſermo eſt, *Baptiſtae* [illegible] vocabulum. [illegible] in Epiſtola [illegible] Regi Wiſigothorum [illegible] Gregorius. *Crucem quoque* [illegible] *offerendam, in qua lignum Dominicae Crucis* [illegible] *& Capitis beati Iohannis* [illegible]. *Ex qua ſemper ſolatium noſtri Salvatoris per* [illegible] *habeatis* (lib. IX. ep. [illegible] Indict. II.) Videtur hanc [illegible] Diaconus, [illegible]: *Quod Iohannes Evangeliſta, non autem Baptiſta* (Tunica) *ſit, nemo eſt, qui dubitet.* [illegible]

2 Apud Muratorium *Rerum Italicar. Scriptorum Tom. V. Mediolani* 1724.

3 Ibidem. Vide etiam Petrum de Marca, *in Marca Hiſpanica Pariſiis* 1688.

Roberto Guiſcardo, a Rege Rogerio, & Willelmo narrantur, quibus illi largitionibus ſplendorem Templorum, & ſacri Ordinis dignitatem poſtliminio revocaverint, quantum pecuniae numerum, quantum curarum impenderint, ut Divini nominis, ac Divorum omnium cultus, ac reverentia inſigniter conſtabiliretur. Northmannorum munificentiae acceptum referunt Panormitani Templum S. Johannis Baptiſtae *de Leproſis* [1], Templum S. Johannis *de Caſtro ad Mare*, teſte Inveges [2], conditum Ann. MLXXXVIII de quo Fazellus. *adhaerebat Arci, qua Portus fluctibus abluitur Templum vetuſtum D. Iohannis Baptiſtae a Northmannis quidem Principibus dicatum;* [3] alterum ab iiſdem conditum, auctumque bonis pluribus, & Xenodochio, quod quum non procul ab Archiepiſcopi aedibus abeſſet, *de Archiepiſcopatu* dicebatur. Sacro Equeſtri Ordini Hieroſolymitanorum deinde attributum [4] fuit, quemadmodum & illud ejuſdem nominis, quod Meſſanae eſt, Rogerii temporibus ſimiliter excitatum. Multa de hoc Pirrus in *Sicilia Sacra* [5], quae Diſſertatione VII. a nobis expendentur diligentius. *Intuitu Dei, & Beati Ioh. Baptiſtae* eidem ſacrae, nobilique Militiae conceſſae ſunt aedes, illius Tutelari praeſentiſſimo dicatae Cephaloedis, Syracuſis, Cannae, Caltanixetae. Fuit & Agrigenti *Oratorium S. Joannis Bapt.* ut inquit Octavius Cajetanus, [6] *intra Domum Epiſcopi ſitum*, ubi S. Gerlandus Ep. genere Allobrox ſepulcro conditus. A Rogerio Comite fundatam in Agro Tauromenitano Eccleſiam S. Johannis *Fluminis Frigidi* locupletiſſimus auctor eſt in *Catana Illuſtrata* [7] P. Vitus Amicus, cujus curae, ſtudiiſque ſe plura debere norunt antiquitatum cultores. Niſi quae me forte fugiunt, haec ſunt vetuſtiora Siciliae Fana ad id potiſſimum excitata, delectaque, ut in his Chriſti Praecurſor praecipue coleretur. Dici autem vix poteſt quot in ea allata Donaria, & bene merenti Patrono munera conſtituta. Siculorum, eorumque Regum pietatem in eumdem Johannem produnt etiam Sacella, & eximia venuſtate Muſiva, quae ſacris aedibus ampliandis, ornandiſque fabrefieri mandaverant. Inter haec plurimi faciendum Sacellum, quod in honorem S. Johannis Baptiſtae, una cum magnificen-

D

1 Fazellus de rebus Siculis Decad. 1. lib. VIII. [illegible]

2 Palermo nobile part. II. fol. 79. 1640.

3 Ubi ſupra.

4 Pirrus Sicilia ſacra not. Eccleſ. Panormit. parte I. Panormi 1630.

5 Idem in notitia Eccleſiae Meſſanen. Sic. ſacr. part. II. Pan. 1633.

6 Vitae SS. Siculorum tom. II. fol. 129. Panormi 1657. [illegible]

7 Lib. V. cap. [illegible] Catanae 1740.

ficentiſſimo Templo Monteregalenſi, Willelmus II. cognomento *Bonus* a fundamentis conſtrui, accitiſque Graecis Muſivariis mirifico opere variegato obduci voluit. Diu non immoror his, quorum ſolers ſubtiliſque deſcriptio nobis tradita a Johanne Aloyſio Gello [1], & Michaele de Judice [2].

CAPVT SEXTVM.

Tabula opere muſivo Panormi in honorem S. Iohannis B. ſaeculo XI. *poſita deſcribitur. Illius accurata delineatio nunc primum exhibetur. Prima Graeca inſcriptio ejuſdem Tabulae exponitur, emendaturque. Opus factum* PRO REMEDIO ANIMAE. *Inſcriptio Aldrudae in rem noſtram affertur. Morinus notatus.* REDEMPTIONES PECCATORVM *ante an. octingenteſimum uſitatae. Altera inſcriptio declaratur, atque reſtituitur.*

ANTEQVAM ex hac Provincia abſcedam, optime cum his, quae a me tractantur congruere arbitror, ſi praeclariſſimum monumentum Graeco-Siculum, ad quod tacite rapi ſentio, nunc primo edendum, illuſtrandumque ſuſcepero. Eſt Panormi Templum a Roberto Guiſcardo ad ſacrum Vrbis ſuae ſplendorem conditum, dedicatumque Beato Martyri Georgio, cui anno MDLXXX. additi, tamquam novi loci illius praeſides, Divi ſapientes Orientales, qui ſtellam praenuntiam ſequuti, Bethlem ſe contulere. Aedis ſtructura abnormis, alarum proceritas, concameratio praeter modum ſinuoſa, arcus male lunulati, & valgi, columnarum exilitas, capitula, trabeatio de illorum temporum indole, & architectonice commonefaciunt. Templi frons in faſtigium aſſurgens, ipſa Roberti aetate ornatior reddita eſt Tabula opere muſivo, quae S. Johannem exhibebat duplici inſcriptione Graecanica utrinque clauſum. Quum ante paucos annos Cives illud opere meliori, ſpendidiorique cultu renovare deliberaſſent, murorum pars everſa, frons ipſa diſturbata, totumque deperiit Muſivum; ſed optimo ſapientique conſilio imperatum,

1 *Deſcrizione della Chieſa di Monreale* Roma 15[illegible].

2 *Deſcrizione della Chieſa di Monreale* Palermo 1702. Signum exquiſito artificio, ubi fuerat factum, nunc commodo eſt Stylobatae impoſitum. Vide *Laminam* num. 3. [illegible] Verum Praecurſoris geſta in [illegible] muſivis Templi illius frequenter expreſſa, [illegible] eiſque anteriorum etiam ſubjecta ſunt his tabulis aere inſculptis, quas diligens auctor libro adjecit. Ex quo & illud diſcimus, illius Baſilicae Valvas aeneas anaglyptas opus eſſe celeberrimi *Bonanni Piſani* an. MCLXXXVI. qui in ea [illegible], ubi Chriſti Baptiſmum effinxerat, non Latinam, [illegible] apparet inſcriptionem. BAPTIZATVR.

ratum, ut antequam disjiceretur, diligens Tabulae affiguratio a Pictore chartae ſaltem commendaretur. Debent hoc Panormitani optimo, benemerentique concivi Dominico Schiavo, Presbytero ſacrarum antiquitatum perſtudioſo, cujus ſolertia ingenioque accidit, ne tanti monumenti omnis memoria intercideret. Graphidem qualem ab ipſo accepimus, evulgamus; atque utinam ea in me eſſent eximiae, multiplicisque doctrinae praeſidia, quibus opus eſſe intelligo, ut notas compendiarias nitide extricare, evanidos caracteres, lacunaſque omnes feliciter, accurateque ſupplere poſſim.



OPVS TESSELLATVM SAECVL XI

S. Johannes Baptiſta conſpicitur veſte ex rudibus impexiſque camelorum pilis contexta indutus, Crucem ex arundineis bacillis decuſſatim colligatis compoſitam ferens, qui porrectis brachiis manus ad coelum attollit precantis in modum, ſupplexque alloqui videtur JESUM Dei Filium aethereas inter nubes ſe ſe illi objicientem: ad pedes Diſcus eſt cum exſecto Capite. At quae hic nobis

 obver-

obverſantur portenta ? Numquid biceps Chriſti Praecurſor, an novo foetu repullulavit vividum caput ? Chriſtum coeleſtibus ſedibus receptum qua ratione alloqui poterat, qui, Chriſtus adhuc cum inter homines ageret, vitam finierat, atque profuderat ? Ad Inſcriptiones veniamus, & quid doceant eruere conemur, tum perſpicuum fiet, a quo opus illud vermiculatum poſitum fuerit, cur in id pecunia ab eo erogata, quid tandem exprimat, atque contemplandum oſtendat. Illud tamen moneo, & antedenuntio, me conjectorem, & vatem potius quam interpretem egiſſe : nam quum in unico, quod ſupererat, apographo voces luxatae, litterae eroſae, errata aliquot occurrant, qui corrigi, reſtituique poterant, niſi tentando experiundoque ? Litteras, voceſque, quas refingi oportere, vel commode interſeri debere viſum eſt, minori caractere deſcripſi. Ergo ita naſcetur exordium

Prima Inſcriptio declaratur

ἰσ ΤΟΝ СΕΠΤΟΝ
ού ΤΩС ΠΡΟΔΡΩ
μοΝ ΤοΥ ΚυρίοΥ
ἐγὼ ΤΑΞΟΜΑΙ
ὁ ΟΙΚΕΤΗС
ἰω ΑΝΝΗС
ἰ ΤΥΡΕΙΝ ΑΠΑΙ τῶν
ΑΥСΙΝ
Ⓐ ΜΑΡΤΗΜΑΤΟΝ

Erga ſic Venerandum
Praecurſorem
Domini
Conſtituor (Supplex
Ego Famulus
Iohannes
Invenire expoſcens
Redemptionem
Peccatorum.

Duabus litteris quum vix locus eſſet, nihil expeditius, aptiuſque ſuppetebat particula ΕΣ, ſive ΕΙΣ, quae non motum tantummodo ſed finem etiam exprimit. V. *Philoxenum*.

ΟΥΤΩΣ,

ΟΥΤΩΣ. Vt Latinae linguae accommodatior eſſet paraphraſis, neceſſario fuit anteponendum. Chriſti Praecurſor fortaſſe ob eam cauſſam vel maxime venerandus videbatur homini, qui monumentum poni fecit, quod pro *veritate & juſtitia* [1] cervices ſecuri ſubjecerit: quumque in hac tabula venerandi capitis detruncatio exhibeatur, addita particula *οὕτως ſic, taliter* &c.

ΠΡΟΔΡωΜΟΝ. Refingendum ΠΡΟΔΡοΜΟΝ Inter varias formas litterae Ω, quibus calligraphi uſi ſunt ſequioribus ſaeculis, haec ω habetur [2]. Hic certe artificis imperitia, aut ſcriptoris oſcitantia ω pro ο irrepſiſſe nullus dubito: nam etſi fuerit haec antiquiſſima aliquorum ſcribendi ratio, huc minime pertinere poſſe credam exempla, quae tum ex Platone, atque Plutarco, quum ex veterrimis litteratis marmoribus afferuntur a Montfauconio [3] in Palaeographia, & Chiſullio in *Antiquitatibus Aſiaticis* [4], ut conſtet ω loco ο recte aliquando uſurpatum.

ΤΥ. ΚΥ. Sacri codices Graeci veteris, novique Teſtamenti hiſce notis duo verba *τοῦ κυρίου* conſtantiſſime concludunt [5]. In cathedra S Hyppoliti *Dominica Dies*, *Κυριακὴ* indicatum primis litteris ΚΥ [6].

ΕΓΩ. Adjeci, propterea quod *donationes* illis temporibus Eccleſiae factae hiſcemet dicendi formulis conciperentur.

ΤΑΞΟΜΑΙ Pro *τάσσομαι*, Dorice; niſi velis eſſe futurum primum medium, quod activae, ac paſſivae ſignificationi ſubjiciatur, proindeque reddere lubeat, *Conſtituar*.

ὁ ΟΙΚΕΤΗΣ. Particula *ὁ* addita quidem ornatus cauſſa. habent exempla Gloſſae, & Lexicographi, *ὥς εἶπεν ὁ Ὅμηρος*, *ut dixit Homerus*, *Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς*, *Antiphon Poeta*.

ΑΠΑΙ*τῶν* Tria poſtrema elementa ſponte ſua properabant ad verbum explendum.

ἉΜΑΡΤΗΜΑΤΟΝ corrige *ἁμαρτημάτων*. Littera ω in ſecunda Inſcriptionis linea perperam intruſa, huc erat conjicienda, ne utrobique de mendo exſpoſtularent Grammatici

Verum

1 In nummis Melitae percuſſis a Magnis Hieroſolymitanorum Equitum Magiſtris, Johanne de Valletta, Petro de Monte, Ioh. l'Eveſque de la Caſſiere, Hugone Lubens Verdala, pars poſtica caſeſſum caput S. Johannis Baptiſtae diſco impoſitum exhibet, hac circumſcripta epigraphe: PROPTER VERITATEM ET JUSTITIAM. Quatuor hoſce nummos prodidit ex Muſeo Eminentiſſimi Card. de Almenara Sebaſtianus Paulius: *Codice Diplomatico del S. M. Ordine Geroſolimit.* tomo II. Tab. II. Lucae 1738.

2 *Nouveau Traité de la Diplomatique* partie II. *ſect.* II. *chap.* IV. *a Pariſ.* 1750.

3 *Palaeograph. Pariſiis* 1708.

4 *Antiquitates Aſiaticae Chriſtianam aeram antecedentes. Londini* 1728.

5 *V. De Codice Graeco Baſileenſi IV. Evangeliorum Auguſti Schmeltzeri Gottingae* 1750.

6 *V. S. Hyppoliti opera curante Fabricio. Hamburgi* 1716.

Verum ut ab hujuſmodi verborum tricis ad graviora progrediar; conſtat jam quam ob cauſſam vir ille nomine JOHANNES vel Templi partem reſtaurari, vel frontem opere vermiculato ſplendidiorem reddi ſua impenſa curaverit; nempe ut Baptiſta Domini, quem potiſſimum colebat, in coelis enixe pro illo deprecaretur; quapropter ejus ope rogatuque omnium, quae impie nefarieque deliquerat, veniam a Deo impetraret. Bene ac ſapienter Cl Muratorius Diſſertatione LXVIII. Antiquitatum Medii Aevi, quae eſt *de Redemptione Peccatorum*[1], ſcriptum reliquit. *Vix poſt Poenitentiales Canones evulgatos inſtitutas quoque fuiſſe peccatorum, ſive poenitentiarum Redemptiones Celeberrima in primis ſunt Danielis verba cap. IV. v. 44.* Peccata tua eleemoſinis redime, & iniquitates tuas miſericordiis Pauperum *Excitare etiam Templa Deo, vel jam excitatis dona afferre... haec perpetuo habita ſunt in Eccleſia Dei opera ſatisfactoria, hoc eſt quibus Deo ſatisfieret pro peccatorum noſtrorum reatibus*. Hinc ſive praedia Eccleſiae, viriſque Religioſis eidem deſervientibus donarentur, ſive ornamenta Altarium, Templorumve afferrentur, ſive cenſus teſtamento in pios uſus legarentur, formulae illae antiquitus invaluerunt: *pro remiſſione peccatorum, pro redemptione animarum ſuarum, pro remedio animae meae, pro refrigerio animae ſuae*. Quoad ſacrarum aedium reſtaurationem praeſtabit hoc loco propalam producere marmor litteratum, Romae in Sacrario Eccleſiae S Pantaleonis in Regione Montium adſervatum, quod tale eſt.

† IN. N. DNI. NRI. IHY XPI. ANN. DNI. M. CCI.
INDIC VI. M. OCT. D.XX.^{VIII} MANIFESTISSIMI. IVRIS
E. ECCLEARUM. REPARARES^{TO} CELORUM
REGNA. ADIPISCI. EAPPT. EGO. ALDRVDA
INFELIX. XPI. FAMVLA. VXOR. Q^{o}NDAM
SCOTTI PAPARROIS. ROM CONSVL. DIVINO
COMOTA. SPV. OB REVERETIA. OMPTIS. DEI
ET. BI. BLASII. MART.
℞. REDEPIOE. AIAℝ. PDIC. VIRI. ET

FILII.

1 Tom. xv. Mediolani 1741.

FILII MEI. IOHIS. PAPARÕIS. ECCLAM
IST. Q. FVNDIT. SVI VETVSTATE
CORRVERAT. REINTEGRARI. FECI &c.[1]

Jam ergo intelligimus noſtrum Johannem veteri diſciplina fretum, optimaque ſpe ductum *pro remedio animae ſuae* pecuniam erogaſſe ad hanc praeclaram Tabulam eleganti opere extruendam. In quo ſatis mirari non queo Johannem Morinum hominem ceteroqui eruditum affirmaſſe ejuſmodi peccatorum redemptiones, animarumque remedia nonniſi poſt annum octingenteſimum invehi coepiſſe[2] Quantum a veritate deflexerit, plura manifeſto evincunt Mitto Marchulphi Monachi *Formulas* a Balutio editas,[3] quandoquidem de auctore quaeſtio eſſe poteſt. In libello Iſchyrionis Diaconi adverſus Dioſcorum Alexandrinum, inſerto Actis Concilii Chalcedonenſis An. CCCCLI. legimus de lectiſſima femina Periſteria: *ταύτης δὲ ὑπὲρ τῆς ἑαυτῆς ψυχῆς ἐν τῷ διατίθεσθαι*, *illa autem pro animae ſuae* (refrigerio, vel remedio) *teſtamentum condens*, juſſit pecuniam Monaſteriis, pauperibuſque dari[5]. Hac ipſa in re locupletes ſunt teſtes, Papyrus Ravennas continens *donationem fundi Balontani* a Siſevera Eccleſiae Ravennatenſi oblati An. CDXLIV; quam evulgavit vir bono Rei litterariae natus Scipio Maffejus in *Hiſtoria Diplomatica*[4], ubi ſcriptum reliquit. *A me traditur pro Remedio animae meae*. Teſtamentum Ingobardae Cariberti Francorum Regis uxoris, quae *pro Remedio animae ſuae* Eccleſiae Turonicae bona delegavit[5]. Diploma Dagoberti I. Francorum item Regis An. DCXXXIV, in quo pariter formula illa *pro redemptione animae noſtrae* occurrit. Plura alia praetereo, quae in promptu ſunt in libro de *Oblationibus ad Altare* noſtri Franciſci Berlendi C. R., hominis, dum viveret, litterarum ſtudio, morumque integritate graviſſimi[6].

Altera

1 Antiquitatum Urbis Romae curioſis non incompertum opus marmoreum, quod reperitur in medio pavimento Baſilicae Liberianae exhibens Scotum, & Johannem Paparonem cataphractos, equiſque ſingulis ornatis inſidentes. Uterque manu dextera Vexillum haſtatum praefert, Clypeoque ſiniſtram obarmat. Vexillo, & Clypeo inſigne gentilitium depictum viſitur, nempe in area bipartita hinc Serpens flexuoſus, illinc Anſer.

2 *De Diſciplina Poenitentiae Lib.* x. *cap.* 17. *Pariſiis* 1651.

3 *Actione* III. *Labbe tom. Pariſiis* 1671

4 *Pag.* CXLI. *Mantuae* 1727.

5 V. Muratorium loc. cit.

6 §. 2. num. III. *Venetiis* 1743.

Altera Inſcriptio exponitur.

ὁ Ἅγιος
ΙΩάννης
Ο
ΠΡΟΔΡΟΜΟϹ
✠ ΟΡΑϹ ΟΠΩϹ
ΠΑϹΧΟΥϹΙΝ
ΘεοΥ ΛΟΓΕ ΟΙ ΠΡΑΓΜΑ
ΕΛΕΓΧΟΙ ΤΩΝ ΒΔΕ
ΛΥΚΤΕΩΝ ΠΟϹ ΚΑΙ ΚΕΦΑΛήν
ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΤΕΤΜΗΚό
ΤΕϹ ΛΗΘΗϹ ΒΕ
ΙΡΟΥ ΠΝΕΥΜΑ (ἀνωφωτεῖνοι)

Sanctus
Johannes
Præcurſor
✠ *Vides quomodo*
Cruciantur
O Verbum Dei, qui opus
Reprehendunt execra-
bilium (hominum), *& quomodo Caput*
Meum poſtquam præciderint, (lictores)
ab oblivione vindicant
Villoſi (viri) *ſpiritum* (homines) *deſurſum illuminati*.

Sane in hac inſcriptione invitamenta quaedam inſunt, quibus ad illam diligenter partiteque explicandam allicimur, nec turpis aut vituperanda quaerendi defatigatio, quum id, quod quaeritur, ſit pulcherrimum.

Ⓐ Fuerat id Graecis artificibus, atque calligraphis uſitatum, ut compendii gratia ad exprimenda illa duo verba, *ὁ ἅγιος*, litte-
ram

ram A minoris formae, alteri majoris O includerent. Exempla ſuppetunt frequentiſſime in Muſivis, in Codicibus, in Nummis praeſertim Conſtantini Ducae, & Michaelis Comneni. Non hic exſcribam quae in hanc rem doctiſſime diſputavit eruditiſſimus Coſtadonius [1], homo & ſtudiis iiſdem, & vetuſtate amicitiae mihi conjunctiſſimus, cujus libri omnium manibus cum plauſu teruntur.

☧ Implexis varieque conjunctis litteris efformata particula πρὸ in cujuſvis generis monumentis adinvenitur. Adeundus celebris Corſinius in perutili, egregioque opere *de Notis Graecorum* [2].

ΘεοΥ ΛοΓΕ. In littera Θ punctum eſt, non lineola, Muſivarii, ſive deſcriptoris vitio, quod tamen exemplo non vacat. Sanctiſſimum Dei nomen in gignendi caſu, vetera Chriſtiana monumenta frequentiſſime ſic referunt ΘΥ. Quid ni de humani generis Servatore hoc loco cogitarem, quum illius ad oculos accurrat imago? Quem maxime decebat in tota hac actione alloqui Iohannem, niſi Chriſtum Jeſum, cujus leges atque praeſcripta ut tueretur, ſceleratorum impetus reprimere, audacium conſiliis reſiſtere, & magnitudine animi mortem oppetere pro nihilo duxit? Apte ergo, & Praecurſorem cum Chriſto colloquentem, & exſectum in diſco Caput pictor effinxit, quo apertius Martyrii hiſtoriam, expreſſamque imaginem videremus.

ΕΛΕΓΟΙ pro ἐλέγχοιεν, Apocope Grammaticis uſitata.

ΠΟϹ Iterum erroris danda venia ſive artifici, ſive calligrapho: reſtitue πῶς

ΛΗ ΘΗϹ. Verba inventa ſunt non quae impedirent, ſed quae indicarent voluntatem: quamobrem, quum verbo λῆθος alterum eſſet neceſſario copulandum, illud ex multis delegimus, quo univerſa oratio perſpicua fieret, apteque cum ceteris congrueret.

ΒΕΙΡΟΥ pro δαιρός habet Stephanus

ΠΝΕΥΜΑ Littera Ν emergit compendiarie ex contiguitate Π, & Υ, cujus ſiniſter apex ſinuatur, & ad Π accedit, eique jungitur.

ΑΝΩΦΩΤΕΙΝΟΙ Nodus hic mihi reſtat perdifficilis expediendus. Multa quidem a me hoc loco reſecta, & plura immutata quiſpiam accuſabit, ſed ita faciendum depravata, deſperataque lectio ſuaſit. Primum vocis iſtius ἀναφαίνοιεν elementum ex antecedenti πνεῦμα ſumo, ita ut littera A utrique ſit communis: prioris quidem ſit

 com-

1 *In Graecam pervetuſtam Tabulam Ligni S. Crucis Florentiae* 1748.
2 *Florentiae* 1749.

complementum, alterius vero initium: neque id inſolens in litteratis marmoribus medii aevi, ut eaedem litterae duobus attiguis verbis exprimendis deſerviant. Tertium elementum eſt Ω, quod cum O commutavi, nullam in hoc veritus vituperationem. Quartum eſt Φ, quod propter affinitatem ejuſdem inſtrumenti labiorum poni loco B, Graecae linguae ratio facile patitur. Sequitur deinde in Tabula TINOI, quod cenſui reſtituendum TEINOI, per diaereſin. Apud veterrimos Graecos, cum EI per I productum enunciaretur, ideo pingebant innixi ſono, & poteſtati, quam in ore habebat. Ita in vetuſtiſſimis monumentis Sigaeenſi nimirum, & Deliaco Turnefortiano EMI conſtanter pro eo, quod poſteriores ſcribebant EIMI. Conſule Johannem Taylor in Adnotationibus ad Marmor Sanduicenſe [1]. Eadem ſcribendi ratio in Antiquitatibus ſequioris aevi adhibita deprehenditur. Sic in Tabula marmorea Luſoria Chriſtianorum apud Placentinum [2] IΣ pro εἶς, & BOIΘI pro Βοηθεῖ.
Haec quoad rem grammaticam ita conſtituta ſunto: nunc de verborum ſignificatione. Amputatum, diſcoque impoſitum Caput pro pedibus ipſius Johannis, qui precationem aliquam peragere videtur, continuo admonuit, ut crederem Pictorem eo omnia ſua retuliſſe ſtudia, ut INVENTIONEM CAPITIS SANCTI JOHANNIS conſpiciendam exhiberet. Morem Veterum PP. imitatus, qui Martyrum animas cum Chriſto colloquentes inducunt, Praecurſorem in Tabula effinxit quaſi aeterno Dei Verbo narrantem quos labores, quoſque cruciatus paſſus fuerit, ut *abominandorum Hominum* animos (ſcilicet Herodis Antipae, & Herodiadis Feminae impudiciſſimae quam ille, repudiata Aretae Regis Filia, perdita luxuria adamabat) [3] a libidine averteret, atque revocaret. Gratias ipſi Jeſu Chriſto agere deinde videtur, quod quamvis nefarii lictores CAPUT ſuum occultare voluerint, Viri ſuperne illuſtrati, irradiatique, *ἀναφάντες*, Deo immortali duce hanc mentem, voluntatemque ſuſceperint, ut Caput hocce invenirent, effoderent, inque hominum lucem conſtituerent [4]. Neque enim YOBωTINOI, YOBOTTINOI, & ſimilia quicquam ſignificant, quod ad rem pertinere poſſit.

CA-

1 *Cantabrigiae* 17[illegible].
2 *De recta Graeci ſermonis Pronunciatione* cap. IV. *Romae* 1751.
3 *Petri Poſſini Diſſertatio de genere Herodis Toloſae* 16[illegible]. *Johannis Harduini de nummis Herodiadum Pariſiis* 1693.
4 Quicumque fuerint viri, quibus [illegible], ut Johannis caput invenirent (neque enim eſt ſcriptorum diſſenſio) Dei [illegible], et benevolentia id eis [illegible]. Vide inferius Diſſert. III., ubi de Inventione Capitis latius diſſeritur.

CAPVT SEPTIMVM.

Exterae nationes, quae S. Iohannem ſuis Templis cuſtodem, ac tutelarem aſſignarunt, ſummatim percenſentur. Rex Reccenſvinthus excitato apud Oppidum Baleolenſe Templo de Cultu Praecurſoris optime promeritus. Templi Titulus An S. Iacobi Diſcipuli hunc cultum in Iberiam deportaverint. Lectiſſimi Galliarum Reges, & Epiſcopi illius propagandi ſtudioſi. Delubra veteri religione memorabilia apud Gallos ex Sauſſayo, Sammarthanis, & Bouqueto Inſignis COLLEGIATA *Eccleſia Vltrajecti Praecurſori conſecrata. Obſequentis animi argumenta erga S. Baptiſtam a Germanis producta. Templa, & Sacrorum hominum domicilia, quorum illic S. Ioh. B. ſoſpitator & praeſes.*

QVAMQVAM autem haec omnia Italae gentis pietatem vera cum gloria praedicent, eamque Praecurſori addictiſſimam oſtendant; ſua etiam laus exteris nationibus concedenda, a quibus S. Johanni diligens, piuſque cultus perpetuo tributus eſt. Amorem quemdam praecipuum in Johannem patefecit, beneque de eo promeritus eſt apud Hiſpanos ſaeculo VII. Rex Ricisvindus, ſeu Reccenſvinthus condito inſigni opera Templo apud Oppidum Baleolenſe in Vacceis prope Duennas. Titulum etiam marmori inſculpi juſſit, quo ſera poſteritas diſceret, cui aedes eſſent dedicatae, & quo tempore Rex illis exſtruendis pecuniam contulerit: & quandoquidem mutilus, aut depravatus in nonnullorum libris exhibetur, integrum dabimus, pro ut exſtat apud Ambroſium de Morales *Cronica General de Eſpana* [1].

PRAECVRSOR DOMINI MARTYR BAPTISTA JOANNES
POSSIDEAS STRVCTAM PRO ÆTERNO MVNERE SEDEM
QVAM EGO DEVOTVS RECCENSVINTHVS AMATOR
NOMINIS IPSE TVI PROPRIO DE IVRE SACRAVI
TERTIO POST DECIMVM COMES INCLYTVS ANNO
SEXCENTVM DECIES ERA NONAGESIMA NOVEM

Non

1. *En Alcala de Henares* 1577.

Non tamen ille primus, qui hunc cultum in Iberiam invexerit, ſed a majoribus accepiſſe ex Scriptoribus *Hiſpaniae Illuſtratae* [1] facile intelligi poteſt; & ſi qua eſt αὐθεντία in *Actis Diſcipulorum S. Iacobi* a Tamayo editis, in his memini me legiſſe *& tunc jam Idolorum polluta ſedes relinquitur, & ibi S. Iohannis Baptiſtae conſecrantur altaria* [2] quemadmodum & in Actis S. Lupariae, *Accitana Luparia exſtruxit Templum S. Iohannis Baptiſtae* [3].

Primos ſuos Epiſcopos, Regeſque magnanimos Templa Beatiſſimo Iohanni conſecraſſe, ut populis adſtaret, eoſque protegeret numine ſuo, maximo cum emolumento perſpexerunt Gallicae civitates. Non hic in ſingulis recenſendis immorabor lectiſſimis Galliarum optimatibus, qui Praecurſoris cultum conſilio alii, ſumptibus alii, pietate omnes mirandum in modum propagare annixi ſunt. Nonnulla leviter ex Francica Hiſtoria decerpſiſſe ſufficiat, atque ab ipſa Lutetia, quae eſt Regni caput, exordior. Audiatur Andreas Sauſſayus in *Martyrologio Gallicano*. *Lutetiae Pariſiorum in ipſo Regni centro condita extat* ANTIQUA *inſigniſque Paraecialis aedes S. Iohannis Baptiſtae, nec non Evangeliſtae communi clientelae addicta, quae tamen primas Baptiſtae defert* [4]. Ad diem vero XXXI. Decembris de S. Sabiniano Petri Apoſtoli diſcipulo ſermonem habens, inquit. *Auctis deinde animis Senonenſem Urbem ingreſſus animas prope infinitas ad Chriſti fidem & cultum convertit, treſque Eccleſias in ipſa urbe jam palam Chriſtianae religionis ſacra profitente extruxit. Primam Sacrae Dei Genitricis, ſecundam S. Iohannis Baptiſtae, tertiam B. Protomartyris Stephani venerandis nominibus, ac patrociniis dedicatam* [5]. Ab eruditis autem Sammarthanis accepimus Chriſti Praecurſorem velut Tutelarem ac Patronum coli vel in Aede principe, vel in Eccleſiis, ut vocant, *Collegiatis* Gandavi, Aleſiae (*le Pont St. Eſprit*) Perpignani. Pictavii [6], & alibi, atque haec omnia Delubra eſſe religione, vetuſtate, aut celebritate memorabilia.

Vivit ad Gallici nominis immortalitatem fama Pipini Brevis & Ludovici Pii, vivetque quandiu virtutis honos, pietatiſque exiſtimatio apud homines perdurabit. Verumque erga S. Iohannem obſequentis animi argumenta produxiſſe ex Bouqueto diſcimus [7].

Ille

1 *Andreas Schott Hiſpan. illuſtr. Francofurt.* 1603.

2 *Anamneſis ſive Commemorationis ſanctorum Hiſpanorum tom. III. Lugduni* 1651.

3 Ad diem XXIV. Februarii.

4 *Pariſiis* 1637. tom. I.

5 Tom. II. ad diem XXXI. Decembris.

6 *Gallia Chriſtiana Dionyſii Sammarthani* [illegible] *Pariſiis* 1715 [illegible] 1731 [illegible] 1739.

7 *Recueil des Hiſtoriens des Gaules, & de la France par D. Martin Bouquet* tom. VI. p. 223. [illegible] 1749.

Ille quidem *juſſu Patris fecit Monaſterium S. Iohannis Baptiſtae in Angeriaco* An. DCCCXXVIII. quemadmodum teſtatur etiam Chronicon Ademari Chabannenſis Monachi S. Eparchi [1]. Hic vero Monaſterio Andegavenſi Divi Baptiſtae bona liberaliſſime reſtituit, quae S. Licinius eidem olim obtulerat, Comeſque Autulphus deinde occupaverat, atque in rem ſuam verterat [2]. Addo his Ultrajectum, ubi una ex quinque Eccleſiis, quorum *Capitula* jus ſuffragii habent in Epiſcopi electione, S. Iohanni Baptiſtae eſt conſecrata, de qua Hoynck Van-Papendrecht: *Praepoſitum habet pluribus inſignibus dominiis imperantem* [3].

De Germanis vero, quos immerito Fidem Chriſti, puramque religionem ſerius ſuſcepiſſe, nonnulli ajunt, multa mihi ſuccurrerent ſcribenti, ſed, ut nunc eſt, ſatius videtur, quaedam tantummodo dare, ex quibus cognoſci poteſt Chriſtianae, Monaſticaeque diſciplinae magiſtros illic Praeſidem & cuſtodem Templorum S. Iohannem deſignaſſe. Bucellinus *Germaniae Sacrae Parte II.*, plurima hujus nominis Monaſteria enumerat paſſim per Germaniam condita, *ſed imprimis* (inquit) *S. Iohannis Bapt. in Bergen, ſive Magdeburgenſe, quod in Urbe primum ipſa initium habuit, imo initium Metropolitanae & Primatum Germaniae Cathedrae dedit* [4]. In eo tamen eſt caſtigandus, quum Coenobium S. Johannis Bapt. Ringhaviae (*Rinkaw*) a Ruthardo Moguntino Archiepiſcopo ſub An. MC. fundatum ſcribit: ſcimus enim anno DCCCLVI ibidem ſupremum obiiſſe diem Rabanum, ex Abbate Fuldenſi Eccleſiae Moguntinae Pontificem [5]. Rogatu ejuſdem Rabani, ſive Hrabani, ab Haiſtulpho Archiepiſc. Mogunt. dedicata fuit Eccleſia S. Joh. Bapt. in *Cella* anno DCCCXXV. & memoriae cauſſa Inſcriptio appoſita, quam in *Antiquitatibus Fuldenſibus* [6] legendam exhibet Browerus. Et quoniam de Fulda ſermo eſt, non procul ab illa ſitum eſſe monemus Monaſterium S. Joh. Bapt. ceteris ferme praeclarius. De illius origine & antiquitate teſtem ſiſtimus Schannatum, ita diſſerentem. *Ad tempora Ratgarii Abbatis Fuldenſis initium hujus ſacri loci referendum eſt, ipſo ſiquidem rogante Eccleſia S. Iohannis Baptiſtae dedicata eſt, anno ſcilicet* DCCCXI. *quo Richulphus Archiep. Moguntinus a Karolo M. Imperatore* in

1. Chronicon Ademari M. S. Eparchi Engoliſmenſis extat in Bibliotheca nova manuſcriptorum librorum *Labbe* tomo II. pag. 178. Pariſiis 1657.
2. Ubi ſupra Tit. *Charta Ludovici Pii*.
3. *Hiſtoria Eccleſiae Ultrajectinae auctore Cornelio Hoynck-Van-Papendrecht*, Mechliniae 1715.
4. Auguſtae 1661.
5. Joh. Fridericus Schannat *Dioeceſis Fuldenſis Hierarchia* Francofurti 1727.
6. Pag. 140.

in cauſſa ejuſdem Abbatis iterato Fuldam ablegatus una cum aliquot aliis Epiſcopis ibi moras trahebat. Atque his quidem adjunge, ſi lubet, in ejuſdem tutela eſſe Ratisbonae, Friſingae, & Moguntiae Templa a Gewoldo [1], & Serrario [2] deſcripta. Quibus teſtimoniis praeglorioſiſſimo Baptiſtae cultum una cum ipſa Chriſti Religione apud Germanos invectum, propagatumque a me demonſtratum eſſe confido.

CAPVT OCTAVVM.

Graecos prae ceteris nationibus Iohannem Prodromum impenſius coluiſſe. Quanta fuerit Conſtantinopoli Imperatorum ac Patriciorum cura pro Templis in honorem S. Iohannis conſtruendis. Quae cauſſa fecerit ut eidem Fanum Alexandriae Theodoſius dedicaret. De Templo Sebaſtes, deque mirabilibus in eo viſis a Paulla Romana. Viris religioſis huic Templo deſervientibus multam pecuniam erogandam decernit Ludovicus VII. Verba Diplomatis.

QVis ergo non videat praeclara haec atque certiſſima Italorum finitimarumque gentium monumenta prolixe evincere *Latinam Eccleſiam*, qua late patet, perbeatum, & fortiſſimum Martyrem Johannem impenſe coluiſſe? Merito tamen id ſibi arrogant, atque in laude ponunt Graeci, ſe ceteris nationibus in hoc praeſtare, atque antecellere. Fuerunt apud illos frequentiſſima, ac celeberrima Templa, auſpiciis S. Baptiſtae, Deo conſecrata, quae quum eſſent in omnium oculis poſita, de eorum pietate imprimis teſtabantur. De his nunc diſputaturus, ut rerum dicendarum materiam ordinate peragam, in duas partes cenſeo tribuenda. Eloquar primum de his, quae in florentiſſimis Vrbibus Graeci devoto animo extruxere; deinde de aliis, quae ſita fuerunt in his regionibus, quas ob loci reverentiam, TERRAM SANCTAM nuncupamus. Ac primum ſibi vindicat locum Conſtantinopolis, ut pote quae altera Roma fuit, Imperiique domicilium, dumque illius amplitudinem, & circumſcriptionem mihi ob oculos propono, ſtatim Templum ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ *in Ebdomo* lubet contemplari, quod Sozomenus appellat μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, *ampliſſi-*

1 Johannes Baptiſta Gewoldus *Metropolis Salisburgenſis* tom. 1. 2. *Monachii* 1620.

2 Nicolaus Serrarius *Rerum Moguntiacarum* lib. v. *Moguntiae* 1604.

pliſſimum, & pulcherrimum. [1] Multa de eo ſcriptores rerum Byzantinarum, ex quibus intelligimus huic templo inaedificando, reſtaurandoque tres Imperatores Maximos ſtudium contuliſſe ſuum. Principio Theodoſium Magnum illud a fundamentis excitaſſe Imperii ſui anno XII., Menſe Peritio XII Kal. Martias, Tatiano & Symmacho Coss teſtantur Faſti Siculi, ſive ut vocant, Chronicon Alexandrinum a Mattaeo Radero latine redditum [2]. Cauſſa ea fuit, quod per eos dies inventum, allatumque Conſtantinopolin fuerit venerandum Praecurſoris Caput, quod pius Imperator inibi repoſuit. Verum Anonymus ille, quem ex Mss. Regio Pariſienſi vulgavit Bandurius, addit Rufinum Magiſtrum (qui Conſulatum obtinuit anno CCCXCII) auctorem Theodoſio fuiſſe de Templo condendo; extitiſſe autem illud στρογγυλόστεγος ναὸς ὁ ἔχων τὰς κόγχας *Templum rotundo tecto, Conchis inſtructum* [3]. Deinde Juſtinianus Imperator, ſive illud temporum injuria, aut caſu alio fatiſcere animadverteret, ſive perornare ſplendidius averet, tantam pecuniam Templo in Ebdomo inſtaurando impendit, ut in novam formam evaſiſſe ſcribat Procopius *de Aedificiis* [4]. Poſtremo Baſilius Macedo, quemadmodum in Vita ipſius tradit Conſtantinus Porphyrogenitus [5], iterum expolivit, atque magna ex parte refecit. Sed quae fuit maximae illius Vrbis pars, in qua non conſpicerentur Aedes Praecurſoris nomine inſignes? Quae fuerint, quo loco poſitae, a quibus conditae facile perdiſces, ſi adeas vel *Conſtantinopolim Chriſtianam* Ducangii [6], vel *Imperium Orientale* Bandurii [7].

Celeberrimis Graeciae Vrbibus adjungenda Alexandria eſt. Magnus ille optimuſque Theodoſius, qui *Capiti* Praecurſoris excipiendo Templum in Suburbio Conſtantinopolis aedificari fecerat, *Martyrium* hac in Vrbe excitandum piae munificentiae ſtudio curavit, ubi S. Baptiſtae Reliquiae honeſtiori loco conlocatae, publicae venerationi proponerentur. *Occaſio autem Martyrii conſtruendi, unde data ſit, (*inquit Ruffinus Aquilejenſis*) dignum arbitror memorare.* [8] Dei nutu, ac providentia factum eſt, ut Monachi quidam Hie-

1 *H. E. lib. VII. cap. XXI. edit. Cantabrig. 1720.*
2 *Pariſiis 1688.*
3 *Imperium Orientale, ſive Antiquitates Conſtantinopolitanae tom. 2. parte III. lib. III. Pariſiis 1711.*
4 *Lib. I. cap. VIII. Pariſiis 1663.*
5 *Inter Scriptor. Byzantin.*
6 *Lib. II. Tit. Aedes S. Prophetis dicatae Pariſiis 1680.*
7 *Loc. cit.*
8 *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. II. cap. XXVIII. Lugduni 1570.*

Hieroſolymitani apud Sebaſten Paleſtinae Vrbem collectas a ſe furtim, atque ab impiorum manibus ſubreptas S. Johannis Baptiſtae Reliquias ad Praefectum Monachorum Philippum deferrent. Hic humiliter, demiſſeque de ſe ſentiens, majoris religionis ergo, illas ad Athanaſium Pontificem Alexandrinum deportari voluit, utpote illum, quo uno, majorem aut virtutis, aut praeſtantis animi opinionem conſecutus ea aetate nemo erat. *Quas ille ſuſceptas paucis arbitris ſub cavato Sacrarii pariete incluſas, prophetico ſpiritu profuturas generationi poſterae conſervavit* [1]. Eventu praedictio eſt comprobata, nam quum hortante Theophilo Epiſcopo Alexandriae, Theodoſius Ethnicorum delubra everti, & Immortali Deo nova condi templa juſſiſſet; [2] ingens Serapidis fanum disjectum, proſtratumque eſt, ejuſque ruinis ſuperſtructa Eccleſia in honorem S. Johannis Baptiſtae, in quam, non ita pridem detectae Reliquiae ſollemni *Elevationis* ritu perlatae fuerunt. Verum quo anno, quove menſe haec acciderint, non audeo in magna opinionum varietate praeciſe, libereque affirmare, meum tamen judicium ſemper fuit epocham hanc intra annum CCCXCI, & CCCXCVI concludi oportere, hac enim ratione, utcumque conciliari poſſe crediderim, quae a Theophane Iſacio [3] Valeſio [4], & Tillemontio [5] traduntur. At ſi nefarii homines jam ab anno CCCLXII, Juliano inſtigante, Praecurſoris Reliquias, quae in Templo Sebaſtes conditae fuerant, [6] e marmoreo ſepulcro ſacrilega manu abſtulerant, & mem-

1 Quod ea pignora ... Alexandrinus ... [illegible] ... Hieroſolymitanorum ... [illegible] ... Eccleſiaſticae geographiae. Vide ... [illegible], *Notitia Patriarchatuum* apud Stephanum Le Moyne *Varia ſacra tom. 1. Lugduni Batavorum* 1685. ... [illegible] *Antiquit. Eccleſ. tom. 3L. Romae* 1697. De ... [illegible] ... Pignora ab Altari ... [illegible] ... Joh. Cardinalis Bona *Rerum Liturgicarum tom. 1 lib. 1 cap.* ... [illegible] ... *Taurini*, 1749. ... [illegible] ... in Actis Martyrum, in Conciliorum ... [illegible] ... PP. ſcriptis. ... [illegible] ... Diſſertationes ... [illegible] ... *Della ſcoperta della Teſta del Martire S. Ponziano del P. Carlo M. da Perugia M. O. Perugia* 1741. ... [illegible] ... vel in ipſo Templi pavimento, vel in ... [illegible] ... Capitulo ... [illegible] ... Sanctorum Martyrum Reliquiis; ... [illegible] ... *Relazione dell' Invenzione della Teſta di S. Terenzio, e Compagni di Domenico Pazzini. Peſaro* 1731. *Relazione della ſcoperta de' corpi, e delle Reliquie de' ſs. Santi &c. di Benedetto* ... [illegible] *Pitorio* 1747.

2 Ruffinus lib. ... [illegible]

3 *In Chronographia pag.* ... [illegible] *Pariſiis* 1655.

4 *Notae ad Euſebium*

5 *Memoires pour ſervir à l' Hiſtoire Eccleſiaſtique tom.* 1 *note* ... [illegible] *ſur Saint Jean à Venise* 1732.

6 Theodoritus Epiſcopus Cyri *Hiſt. Eccleſ. lib.* ... [illegible] *cap.* ... [illegible] *edit. Cantabrig.* ... [illegible] ... *notis Guilielmi* ... [illegible] ... 1695.

& membratim per agros, atque in auras diſperſerant, qui fieri potuit, ut anno CCCLXXXVI., quo illuc ſe contulit Grachorum ſtirps, & Scipionum ſoboles, Paulla Romana, ea portenta illic viderit, quae denarrat Hieronymus? Ante Johannis ſepulcrum *multis intremuit conſternata mirabilibus, namque cernebat variis Daemones rugire cruciatibus . . ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum &c* [1] Haec ſane occulta quadam vi ſacrorum Pignorum, & Dei conſilio facta, prudens quiſque exiſtimabit, quo major erga illa excitaretur veneratio. Sed minime cum Ruffini, aliorumque Hiſtoria pugnat potuiſſe Sebaſtenos Reliquias aliquot ab impia diſperditione vindicare, atque iterum, poſtquam deferbuerat Tyrannorum rabies, ea in eodemmet ſepulcro condere, ut Paullae aetate oſſium pars aliqua illic extaret. Conſentaneum huic noſtrae conjecturae eſt, quod ſcribit Tillemontius anno MCXLV. Sebaſte nonnullas Reliquias Johannis fuiſſe adinventas, cujus rei gratia novum ibi Templum excitatum, dedicatumque eſt. [2] Quin etiam hoc non dubitans dixerim Templum S. Johannis Sebaſtes tum priſca cum recenti religione fuiſſe ſacerrimum, neque mihi deeſt hoc loco certiſſimus, & locupletiſſimus teſtis Eſt is Ludovicus VII. Galliarum Rex, qui poſtquam Palaeſtinam peragrando pugnandoque inviſiſſet, in Diplomate Pariſiis dato, die S Auguſtini anno MCLXX. ita ſcribit: *Amore pariter, & timore Sancta viſitavimus loca, & Eccleſiam Sebaſtae Civitatis vidimus, in qua Praecurſor Domini B. Iohannes Baptiſta, & cum eo multa corpora ſanctorum requieſcit.* [3] Templo huic tum deſerviebant Viri religioſi, quorum excellentem perfectionem admirans optimus Rex, multam pecuniam ex aerario illis perpetuo erogandam, & ad Eccleſiam Sebaſtenſem uſque, ſi fas eſſet, tranſmittendam ſancivit.

1 *Epiſt.* LXXXVIII. *ad Euſtoch. oper. t.* IV. *Pariſiis* 1706.

2 L. c. Abraham Bzovius *Annalium Eccleſ. tom.* XIII. *Coloniae Agrip.* 1616. Ad an. 1256. Narrat eum temporis B. Athanaſium de Clato Monte Alexandriae Patriarcham ibidem per quietem a Sancto Johanne admonitum fuiſſe, de Reliquiis ex Templo ſibi dicato auferendis, & in Italiam tranſmittendis. Quanti haec ſint facienda, aliorum ſapientiae judicioque permitto.

3 Apud Dacherium *Spicileg. tom.* IV. *Pariſiis* 1661. Iſque ſe praeſtare ſtuduit Rex amore Dei, & B. Johannis, in cujus interventu plurimum confidebat. De S. Ludovici IX. in Praecurſorem pietate v. *Hiſtoire de S. Louis par Jean Sire de Joinville à Paris* 1668.

CAPUT NONUM.

Helena Auguſta prope ſpeluncam, in quam ſe ſe receperat Iohannes Baptiſta, templum ad aſpectum praeclarum fabricari mandat. Item alterum in Vrbe Emeſa. Alexander Vrbis Edeſsae Praef. in Aede S. Iohannis judicia exercet. Iohannes ſummo honore habitus, cultuſque in LOCIS SACRIS. *Ichonographia veteris Templi, ubi olim Zachariae Domus. Perquamdubia & incerta portenta, quae a Marco Paullo, & Salignaco accidiſſe narrantur.*

SACRAS ejuſmodi peregrinationes, licet laboris, & incommodi plenas, ſtrenue pieque obivit Helena Auguſta, dumque τὴν ἀξιάγαστον γῆν *terram veneratione dignam*, quemadmodum ait Euſebius [1], circumiret, θεοφιλοῦς βασιλέως θεοφιλὴς μήτηρ εὐσεβοῦς τεκμήρια διαθέσεως ἵδρυτο, *religioſi Imperatoris religioſa mater ſuae devotionis argumenta conſtituit*. Atque inter haec Templum illud commemorandum, quod in honorem S. Johannis Baptiſtae liberali magnificentia fabricari fecit in regione ciſjordanica prope antrum ubi Praecurſor, congreſſus & ſocietatem hominum fugiens, ſolitudini vitam mandaverat. Fuit autem illud, teſte Nicephoro Calliſto [2], forma aſpectuque pulcherrimum. Ejuſdem piiſſimae Auguſtae liberalitati auſpiciiſque adjudicatur magna aedes, quae Emeſae fuerat, & a S. Willibaldo, teſte oculato, deſcribitur in ſuo *Hodoeporico* [3], qui & ſanctiſſimi Praecurſoris caput ibi diu fuiſſe affirmat. Dum in his ſum, non videtur tacendum quod ex Joſue Stylita profert vir multigena eruditione ſpectatiſſimus [4] I. Aſſemanius. *Alexander Vrbis* (Edeſſae) *Praefectus ſingulis ſextis feriis ſedens in Templo S. Iohannis Baptiſtae lites componebat, & cauſſas, quas a quinquaginta annis incaſſum agitatae fuerant, omnes diremit*. At cur templum litibus aeſtimandis, judicandiſque delegit? Forte ne quid injuſte accideret? Hac ſane de cauſſa Graecos, & Romanos in locis rite luſtratis, nullo auſu, nullove ſcelere temerandis Curias conſtituebant, eaſque in tutelam Deos recepiſſe credebant. Vt ut ſit,

1 *Euſebius de Vita Conſtantini lib.* III. *cap.* XLIII.

2 *H. E. lib.* VIII. *cap.* XXX. *Lutetiae* 1630.

3 Willibaldi Archiepiſcopi Hodoeporicon habes t. II. *Antiquarum Lectionum Caniſii ex recenſione Jacobi Baſnagii Antverpiae* 1725.

4 *Bibliothecae Orientalis tom.* I. *Romae* 1719. *Veridica Terrae Sanctae Deſcriptio nuſquam ante hac impreſſa. Venetiis Johannis Tacuini de Tridentino* 1519.

ſit, indicio id eſſe videtur, Templum Praecurſoris Edeſſae inter primaria, ampliſſima, vetereque cultu ſanctiſſima habitum fuiſſe. Sed quae fuit Orientis ſacri Vrbs, in qua Adricomius, Rogerius, Quareſmius, Brochardus, Doubdanius, Zuallardus, aliique peregrinatores Aedes S. Johannis Baptiſtae non animadverterint? Sed heu! plerumque haec ſpoliata, direpta, violata a barbaris illis praedonibus, qui ſacrilego impetu, quaeſtuque ducti vix nudos ac deformatos parietes reliquerunt. Johannes igitur ſummo honore habitus cultuſque fuit ſuis illis in Templis, nempe in deſerto, quod *Quarentana* dicitur, ubi & Aſceterium Graecis Monachis datum.[1] In villa, quae S. Johannis vulgo appellatur. *Singulis annis in ejus Nativitate eo ſe conferunt Fratres S. Franciſci, & perſoluto pretio Arabibus, mundato loco, in eo Officium & Miſſa majori qua poteſt pietate & ſollemnitate decantantur*.[2] In monte Olivarum, Beatus Innocentius Presbyter Martyrium aedificavit, reconditis in eo S. Baptiſtae Reliquiis, ut tradit Palladius Galata in *Hiſtoria Lauſiaca*[3], quam circa an. CCCXXI ſcripſiſſe ferunt. Sed nimium diu videor in uno genere verſari rerum, quamobrem multa praeterm[itt]am. Ad Templum veniamus eo ipſo loco exſtructum, ubi & Zacharias habitaſſe, & Johannes in lucem vitamque hominum veniſſe creditur. De hoc paulo amplius dicendum exiſtimavi, tum quia peregrini omnes prae aliis propter pulchritudinem viſere, propter religionem colere ſolent, tum quia controverſiae dirimendae hinc lux certiſſima affulgebit. Quareſmii verba ponam. *Ex antro S. Iohannis Baptiſtae progredientes peregrini verſus Orientem per altos praeruptoſque montes, duarum milliarium itinere, perveniunt ad domum in pede montis, vel potius in colle aedificata, quae fuit domus Zachariae patris magni Iohannis Baptiſtae . . . Haec domus olim a piis fidelibus fuit in Eccleſiam converſa, eſtque bipartita, alia inferius, altera ſuperius, retenta fere, ut credo, forma domus, paucis immutata pro Templi ſtructura*.[4] Hujus Ichonographiam oculis contuendam exibeo, ſi enim movemur neſcio quo pacto locis ipſis, in quibus eorum, quos colimus & veneramur, adſunt veſtigia,


1 *Hiſtoria Theologica, & Moralis Terrae Sanctae Elucidatio auctore F. Franciſco Quareſmio* Lib. VI. cap. VI. *Antverpiae* 1639. *Theatrum Terrae Sanctae auctore Chriſtiano Adrichomio Coloniae Agrip.* 1600. *Le Voyage de la Terre-Sainte par M. Doubdan Chanoine de l'Egliſe Royale à Paris* 1661. *Deſcription Topographique très particuliere des Saints Lieux par F. Eugene Roger à Paris* 1646. &c.

2 *Loc. cit.*

3 *Hiſt. Lauſ.* cap. *Pariſiis* 1555.

4 *Vid. ſupra.*

abſentes imagine utcumque & afficimur, & delectamur. Fideli opera delineandam curavit anno MDLXXXV. Johannes Zuallardus Eques S. Sepulchri, atque ad illius deſcriptionem informandam Natalem Bonifatium Dalmatam adhibuit [1].



EX DELINEAT. BONIFATII

Quod ſi diligentiorum hominum ITINERARIA conferas, ſi loci topographiam accuratius contempleris, ſi ad ſcriptorum judicia animo attendas, fatearis oportet, Templum iſtud non in aequabili planitie, ſed in loco montoſo, & alpino extitiſſe, non Hieruſalem verſus, nec prope Emaus, ſed inter urbem Hebron, monteſque Judaeae editos, & praecelſos, qui in plurium milliarium longitudinem patent, & Tribum Juda a Tribu Dan, & Symeonis diſterminant. Illud etiam ſcitu digniſſimum, quod Zuallardus ſcri-

1 *Il Devotiſſimo Viaggio di Geruſalemme di Giovanni Zuallardo Cavaliere del Santiſſimo Sepolcro con le figure di Natal Bonifatio Roma 1587.*

ſcribit, Templum ſua aetate ſatis integrum fuiſſe, olim vero praeclarum ad aſpectum, ornatiſſimum, pictutis elegantiſſimis pro temporum conditione interius circumveſtitum.[1] Duo denique Templa, ut aliquando totam hujus generis orationem concludam, ſuperſunt indicanda, in quibus prodigia accidiſſe narrantur, quae Johannis praeſentiſſium auxilium, numenque declarabant. Primum extat in Vrbe Samarcham Provinciae Caſchar. Marcus Paullus Venetus in deſcriptione Orientalium Regionum, quam latine vertit Franciſcus Pippinus Bononienſis,[2] de eo narrat: Chriſtanos Vrbem incolentes Baſilicam magnam aedificaſſe in honorem S. Johannis Baptiſtae hoc ingenio, ut tota ejus teſtudo uni marmoreae columnae, quae medium Eccleſiae tenebat locum, inniteretur. Mahumedanos autem pro odio, quod habebant in Chriſtianos, baſin ex columna ſubduxiſſe, alioque exportaſſe, ut vacuum trium palmorum ſpatium a ſolo ad columnam intercederet, ſed nec columnam, neque Tholum in praeceps eſſe delapſum, & quod pluris eſt, aevo Marci Paulli, ideſt ſaeculo XIII, portentum iſtud in omnium oculis adhuc fuiſſe poſitum. Haec ille. Quia tamen iſta peregrinatorum portenta plerumque vulgi aſſenſu, & populari approbatione judicari conſueverunt; vulgus autem ex veritate pauca, ex opinione multa aeſtimat, haereo valde in ſcribendo, vehementerque ſuſpicor figmentis eſſe accenſendum, tum iſtud Marci Paulli, tum alterum, quod memini legiſſe in *Itinerario Sacrae Scripturae* Bartholomaei de Salignaco.[3] adſervari nempe Babylone in Monaſterio S. Johannis Capſulam Reliquiarum ejuſdem Baptiſtae, quae Feſto illius die ad alterum Templum delata, deinde in Nilo poſita, ſua vi, contra fluvii impetum, ad prius Coenobium illud citiſſime revertitur. Verum utcumque haec ſint, nemo hominum eſt, quin intelligat miram quamdam toto Oriente, privatim & publice, Johannis religionem fuiſſe.

DIS-

1 *Pag. 351. 352.*

2 Marci Paulli *de Regionibus Orientalibus ex Mss. Bibliothecae Brandeburgicae libri III. Coloniae Brandeb.* 1671. *lib.* I. *cap.* XXXIX. Verſio, qua uſus eſt Mullerus, qui librum edidit, eſt Fr. Franciſci Pippini. Vid. *Biblioth. Scriptorum Ordinis Praedicat. PP. Quetif & Echard. tom.* I. *Pariſiis* 1719. *V. Viaggi di Giambattiſta Ramuſio vol.* II. *Venezia* 1559. *preſſo i Giunti*.

3 *Itinerarium Sacrae Scripturae; hoc eſt Terrae Sanctae, & Regionum finitimarum deſcriptio a Bartholomaeo de Salignaco Magdeburgi* 1593.

DISSERTATIO SECVNDA

DE BAPTISTERIIS NVMINI ET TVTELAE S. JOHANNIS BAPTISTAE COMMENDATIS.

CAPVT PRIMVM.

In vetuſtiſſimis Baptiſteriis oculis plerumque objicitur imago Beatiſſimi Praecurſoris. Quibus nominibus antiquitus illa appellarentur. Quae cauſſa fecerit, ut veteres Chriſtiani in Fluviis quandoque coeleſti lavacro mundari, expiarique conſueverint. Non egeſtati, qua premebantur, tribuendum videtur. Ubi Chriſtus baptizatus, ſuperſtructum Templum, & Aſceterium Divi Iohannis. Locus Bedae teſtatiſſimus Illuc Mariam Aegyptiam adiiſſe, & Myſtica Sacra ibidem accepiſſe.

VETERA Chriſtianorum aedificia tametſi male materiata, aetate ipſa fatiſcere conſpiciantur, aut nullam praeſeferant horum temporum elegantiam, nihilominus ſummam prae noſtris dignitatem, ac venerationem habere videntur, & limen introeuntes ſacro quodam horrore perfundunt, quippe quae ſedulam majorum noſtrorum pietatem in memoriam revocent, & de *Eccleſiaſtica Diſciplina* plurimum doceant, ac commonefaciant. Quod ſi id maxime comprobari dixero de antiquis illis Aedibus, ubi in lucem editi infantes, ac προσήλυτοι ſacro latice intingi, expiarique conſuevere, nemo unus inficiabitur, niſi qui earum ſtructuram, ornatumque nuſquam ſit contemplatus. Quam evidens, quam praeclara in his aetatis quorum Rituum teſtificatio! Et ne ab argumenti praeſcriptione aberret oratio, quam illuſtris ubique S. Johannis Baptiſtae, ejuſque diviniſſimi muneris oculis injecta ſpecies, & imago! Poſtquam igitur de Templis ejus nomini dedicatis latius diſputavimus, de Baptiſteriis dicere aggredior. Sunt enim haec duo libri noſtri Capita propinquitate materiae pene finitima, quandoquidem Baptiſteria appellata comperimus a Concilio Pontigonenſi *Eccleſias Baptiſmales* [a], *Baptiſterii Baſilicam* a S. Ambroſio

a Ad An. DCCCLXXVI. can. II.

broſio [1], a Gregorio Turonenſi *Templa Baptiſterii* [2], a Flodoardo *Baptiſmales Titulos* [3]. Principio quidem in Fluviis, ac Fontibus hoc noſtrae *regenerationis myſterium* peragebatur: hinc Lydiam Purpurariam a B. Paullo, [4] & Eunuchum Reginae Candacis a Philippo [5] in Flumine coeleſti lavacro perpurgatos legimus. Romanos ad Tyberim Chriſtianis ſacris initiatos perhibet Tertullianus, [6] Anglos, quos ab inani Deorum cultu ad Chriſti Religionem traduxere Auguſtinus, & Paullinus, in Fluviis rite expiatos Beda, aliique affirmant [7]. Tum etiam bene edoctos Ravennatium, ac Maſſilienſium Cathecumenos BB. Apollinarem, & Victorem ad Mare deduxiſſe, ibique baptiſmo luſtraſſe, aliquot eorum Acta teſtantur [8]. Neque vero ea mihi tantum arridet cauſſa, quae afferri ſolet, nempe a primis Chriſtianis, qui deſiderio rerum omnium, & luctu, egeſtateque premiebantur, *Baptiſteria in ipſo naſcentis Eccleſiae exordio nondum aedificari potuiſſe* [9]. Conſulto & cum cauſſa id factum reor, ſcilicet ut propoſitum a Chriſto exemplum, qui in Jordane a Johanne baptizatus fuerat, exprimeretur, & qui ſe ſe Chriſti imitatores profitebantur, geſta ab illo in dies repraeſentando, reminiſcendoque cognoſcerent. Quam ob rem S. Hieronymi temporibus, ut tantae rei memoria cuſtodiretur, plerique in Jordane vitali gurgite renaſci cupiebant, eo ipſo loco, ubi JOHANNES BAPTISTA ad poenitentiam baptizabat [10].

Hic

1 *Epiſt.* xx. *ad Marcellinam. Nov. edit.*

2 *Lib.* II. *Hiſtor. Francorum. edit.* [illegible]

3 *Hiſt. Remenſis* l. II. c. 11. *apud* [illegible]

4 *Actorum* XVI.

5 *Actorum* VIII.

6 *Libro de Baptiſmate cap.* 4. *Neque quidquam refert inter eos, quos Johannes in Jordane, & quos Petrus in Tybere tinxit.*

7 Beda *Hiſt. Angl. lib.* II. *cap.* XIV. V. *Martene de Antiq. Eccleſ. Rit. lib.* I. *art.* II. *Rotomagi* 1700.

8 Apud Martene loco citato [illegible] Vita S. Apollinaris primi Ravennatum Epiſcopi [illegible] *de Antiquis Ravennae* [illegible] *lib.* I. *cap.* [illegible] *Mediolani* 1653. Hoc etiam probant Tertulliani verba de *Baptiſmo cap.* 4. ubi ait: *nulla eſt diſtinctio Mare quis, an stagno, flumine, an Fonte, an Lacu, an Alveo abluatur.* Verum & naturalem aquam eſſe neceſſariam, ſolamque legitimam Baptiſmi materiam [illegible]

9 *Beda Hiſt. Angl. lib.* II. *cap.* XIV. *curante Johanne Smith Cantabrigiae* 1722.

10 Hieronymus *de Situ, & nominibus locorum Hebraicorum. pag.* [illegible] *edit. Martianay Pariſiis* [illegible] [illegible] *trans Jordanem, ubi Johannes in Poenitentiam baptizabat: unde & usque hodie plurimi de Fratribus, hoc eſt de numero credentium, ibi renaſci cupientes, vitali gurgite baptizantur.* [illegible]

Hic vero inſigne monumentum occurrit animo, & paulliſper conſiſtere, & commorari jubet; eſt enim quoddam ſplendidiſſimum veteris in S. Praecurſorem obſequii, atque cultus indicium. Integra Venerabilis Bedae verba, quibus res univerſa deſcribitur, proderit recitare. Libello itaque *de Locis Sanctis c. XII.* haec habet. *In loco, in quo Dominus baptizatus eſt, Crux lignea ſtat uſque ad collum alta, quae aliquoties, aqua tranſcendente, abſconditur, a quo loco ripa ulterior ideſt Orientalis in jactu fundae eſt, citerior vero ripa in ſupercilio monticuli grande Monaſterium geſtat Beati* JOHANNIS BAPTISTAE *Eccleſia clarum, de quo per Pontem arcubus ſuffultum ſolent deſcendere ad illam Crucem, & orare. In extrema fluminis parte quadrata Eccleſia eſt, quatuor lapideis cameris ſuperpoſita coctili creta deſuper tecta, ubi Domini veſtimenta, cum baptizaretur, ſervata dicuntur*[1]. Celeberrimum illum Heremicolam, aetate plenum, virtute praeſtantem, multis, magniſque in rebus ſpectatum Zoſimam, qui ad extremam uſque ſenectam ſecus Jordanem in ſolitudine vitam egit, huic Monaſterio praefuiſſe perhibent. Illuc Dei monitu, ductuque proceſſit Maria Aegyptiaca, ibique poſtquam cum Zoſima verba commutaverat, ab eoque monitis, praeceptiſque imbuta, animo rite expiato, coeleſtique adipe refecto, Deum large adoravit. Sophronius Hieroſolymorum Epiſcopus de Maria Aegyptia c. XVIII. auctor eſt adhibendus. *Sole jam ad occaſum declinante, Eccleſiam Beati* JOHANNIS BAPTISTAE *poſitam juxta Jordanem conſpexi, & in eodem Templo ingreſſa adorans continuo in Jordanem deſcendi, & ex illa ſancta aqua manus & faciem lavi. Communicavi autem vivifica, & intemerata Chriſti Domini Sacramenta in eodem Sancti Praecurſoris, & Baptiſtae Baſilica*[2]. Sunt qui ajunt Fanum hoc, atque Aſceterium ab Helena Auguſta fuiſſe fabricatum. Sed quibus id quaeſo teſtibus evincunt? Venia illorum dixerim, ſine capite, ſine auctore, ſed rumore nuntio ſcripſerunt, nihilque praeter auditum, & vulgi famam habent, quo ſententiam confirment. Ceterum, ut ut ſit, ſi Baſilicam illam S. Johannis primum, auguſtum, ſanctiſſimumque totius Chriſtiani Orbis Baptiſterium appellavero, nemo judicium noſtrum improbabit.

CAPVT

1 Edit. Baſil.

2 Commentariolum ſuperioris de S. M. Aegyptia habes in Vitis Patrum ab Heriberto Roſweido vulgatis lib. 1. Lugduni 1617.

CAPVT SECVNDVM.

Cur copia aquarum in Baptiſteria antiquitus corrivata. Damaſus PP. copioſos latices in Baptiſterium Vaticanum deducit. S. Linus Veſuntii illud aedificat ad praeterfluentes aquas. Ibidem exſtructa Eccleſia S. Baptiſtae. Aquilejae Baptiſterium juxta fluvium Alſam. Scriptores qui de Baptiſteriorum architectonice diſeruerunt. Ita conſtanter Praecurſori dicata, ut illis cognomentum acceſſerit Eccleſiae S. Johannis ad Fontes, *vel* in Fonte. *Exempla ad id aptiſſima. Mos Graecorum Oratoria S. Johannis Baptiſteriis copulandi. Teſtimonia Theophanis Iſacii, & Ceramei recitantur.*

FACILE vero ex his, quae ſuperius expoſui, intelligi licet, cur tanta aquarum copia in Baptiſteria corrivaretur, ut fluvios, lacuſque videretur aemulari; cur receptaculum perennium aquarum illuc per ſuos ductus delabentium *Natatorium*, & κολυμβήθρα, *Piſcina* [1] diceretur; nam quum hominem mergi oporteret, [2] ac ſi in Jordanem ſe ſe immitteret, aquam ſuperfluere neceſſe erat. Cauſſa etiam hinc in promptu eſt, cur ſolertes, piique Epiſcopi Baptiſteriis condendis loca Fontibus, ac rivulis irrigua potiſſimum deligerent. Damaſum Papam primo loco indicabo, quem copioſos latices, & fluenta aquarum ex ſuperincumbenti clivo deduxiſſe, dum Baptiſmalem Fontem Baſilicae Vaticanae exſtruendum curaret, declarat Epigramma olim in pariete ejus Templi affixum, a magno Baronio ex pervetuſto Cod. exſcriptum ad A. CCCLXXXIV. [3] Id ipſum praeſtitiſſe S. Linum ſecundum Veſuntinorum Epiſcopum teſtatur Dunodius in nuperrima Veſuntii Hiſtoria [4], ubi narrat

 On-

1 Socrates, *H. E.* lib. VII. cap. XVII. Gu[illegible] Beveregius in Pandectis Canonum T. II. *Not. in Concil. Nicaen.* [illegible] Oxoniae 1672. [illegible] *Piſcina* Bethesdae, [illegible] Chriſti juſſu [illegible], credit videtur

2 Chriſtianus Lupus in Scholiis ad Decreta Conciliorum Parte III. *Diſſert. de Actis S. Leonis Magni cap.* [illegible], ubi calumnias refellit Michaelis Cerularii, *Calumnia* [illegible], Bruxellis 1673. diligentiſſime diſputat, concluditque alteram [illegible] veteres Eccleſiae Patres [illegible] Baptiſmum per *Immerſionem*, & [illegible] perfici oportere; cur tamen [illegible] *Perfuſionem*, & *Aſperſionem* ratam, & quod ajunt, validam habuerint, quae erat Baptiſmus Clinicorum, omnia denique ſcribendo diſputandoque perſequitur, quae in hunc rem cadere poſſunt. Johannes Gerardus Voſſius in *Diſputationibus* [illegible] *de Baptiſmo Diſp.* I. *Amſtelodami* 1648. probat Apoſtolos etiam ſola *Perfuſione* baptizaſſe [illegible] quaeſtionem.

3 Prudentius explicatus de coronis. ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ XII. *Pariſiis* 1687.

4 *Hiſtoire de l'Egliſe, Ville, & Dioceſe de Beſançon par Mr. F. I. Dunod, à Beſançon* 1750. p. 17 & p. 57. [illegible] *fit aggrandir le Baptiſtere attribué à Saint Lin, qui a donné le commencement à l'Egliſe de Saint Jean Baptiſte, premiere Paroiſſe de Beſançon.*

Onnaſium Tribunum Militum ſuas aedes ad praeterfluentem alveum Lino conceſſiſſe, ut Baptiſterium fabricaretur, cui exinde ſuperſtructa Eccleſia S. Johannis Baptiſtae. Fuiſſe hoc primum illarum gentium Templum admonet ea inſcriptio, *Primitetia Capella*, qua in veterrimis Veſuntii monumentis a ceteris templis diſtinguitur. Aquilejae etiam perantiquum Baptiſterium juxta *Aſſam* conſtitutum ſcribit patriarum antiquitatum peritiſſimus Bertolius [1]. Nihil jam de Baptiſteriorum ſtructura, amplitudine, ac partibus diſputo: num illa *extramurana*; num plura in eadem Vrbe, quando in Narthece Eccleſiae, quando in pagis conſtrui coeperint, quando *jus Aſyli* illis tributum, nihil quaero, ne quae huic ſermoni non ſunt accommodata, in unum conferre videar. Adde quod hanc Spartam copioſe adornarunt, Durantus [2], Vicecomes [3], Duſreſnius [4], Martenius [5], Suicerus [6], atque Bingamus [7]. Id nunc inſequor, atque urgeo, quantum certe operis ac inſtituti conſilium efflagitat, quo S. Praecurſoris cultus uberius pateſieri, atque illuſtrari opto, ac confido. Periclitemur ergo, ſi placet, in iis maxime rebus, quibus praeſens cauſſa juvari poteſt, quin tritam hactenus viam relinquamus.

Baptiſteria Sancto Johanni dedicata, conſecrataque conſtanter ſic videmus, ut novum inde cognomentum illis factum ſit, & *Eccleſiae* S. IOHAN. IN FONTE, vel AD FONTES vocitarentur [8] Sic Mediolani Baptiſterium illud, in quo ſacris luſtralibus aquis ablutus perhibetur magnus Auguſtinus, ſic Neapoli alterum Eccleſiae S. Reſtitutae attiguum, ſic Veronae illud, quod principi Templo adjacet; ſic illud, quod Ravennae ad auſtralem plagam Baſilicae ἁγίας ἀναστάσεως ſitum eſt, hoc nomine appellatum accepimus. Cujus quidem

1 Domenico Bertoli *Antichità di Aquileja* ... Venezia 1739.

2 *Johannis Stephani Duranti de Ritibus Eccleſiae Catholicae Cap.* XIX *de Baptiſterio & Sacro Fonte Pariſiis* 1632.

3 *Obſervationum Eccleſiaſticarum. Volum.* I. *lib.* 2. *de Ritib. Baptiſm. Auctore Joſepho Vicecomite Mediolani* 1615.

4 Gloſſarium edit. Pariſ. 1678. V. *Baptiſterium*.

5 *De Antiquis Eccleſiae Ritibus lib.* I. *Rotomagi* 1700.

6 *Theſaurus Eccleſiaſticus. Amſtelod.* 1728. V. βαπτιστήριον.

7 *Origines & Antiquitates Chriſtianae vol.* III. *lib.* VIII. *cap.* VII. *Halae* 1727.

8 Plures in eodem Baptiſterio extructos Fontes, ut facile etiam tingendorum multitudo uno die ablueretur, marmorum ſacrarum antiquitatum periti. Accedit, quod quum eodem tempore multos utriuſque ſexus baptizari oporteret, quod veſtes mutari conſuetudo poſtulabat, duplicem Fontem verecundiae cauſa conſtructum Majores noſtri, modeſtiae, & decoris ſtudioſiſſimi, quemadmodum ſcribit Cyrillus Hieroſolymitanus in Praefatione ad Catecheſes Num. VIII. Edit. Oxonienſis 1703. Agilulphum & Theodelindam uxorem eodem in ſolo baptizatos fidem facit Sarcophagus a Ciampino illuſtratus; ſi quid tamen ille recte eſt divinatus. Explicatio Duorum Sarcophagorum ſacrum Baptiſmatis ritum indicantium Romae 1697.

dem rei auctores, teſteſque produco Servianum Latuada, Alexium Symmachum Mazocchium, Scipionem Maffeium, Hieronymos Rubeum, & Fabrum, qui ex vetuſtiſſimis monumentis hanc Baptiſteriorum denominationem confirmarunt. De primo ſane Codex manu exaratus Landulphi ſenioris, in Tabulario Eccleſiae Metropolitanae Mediolanenſis adſervatus, habet: *Fuit ergo baptizatus Sanctus Auguſtinus in Eccleſia S Iohannis ad Fontes, quae erat inter Eccleſiam majorem, & S Theclae* [1] De Neapolitano vero Baptiſterio nubem teſtium, a quibus *Capella S Iohannis ad Fontes* nominatur, profert Mazocchius, ad cujus librum [2] libenter remittimus. Veronenſe ab Hannone Ep. octavo Saeculo aedificatum [3], & Ravennatenſe multo antea, ſcilicet Anno CCCCLI. a Neone Ravennatium Pontifice reſtauratum [4], nomen *S. Iohannis in Fonte* jugiter obtinuerunt. Factitatum id etiam apud Graecos, ut Baptiſteria Oratoriis S. Johannis Bapt. copularent: argumento ſunt, quae litteris prodiderunt S P. Theophanes Hiſtoricus, & Theophanes Cerameus. Ille in Chronographia ad An. VIII. Leonis Magni, ſcilicet inter An. Chriſti CCCCLVIII., & CCCCLIX. *τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ τετράγωνον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τὸ ἁγιαστήριον: Hoc ipſo anno S. Iohannis nomine conſtructum Alexandriae opus quadra Figura, & Baptiſterium* [5]. Cerameus autem Archiepiſcopus Tauromenitanus dum Gentium barbararum, impiorumque hominum detrimenta & incommoda Eccleſiae ſuae allata deſcribit, ait nefarios hoſce viros ejus deceſſionem expectare, ut ſacra loca polluant: *ποτὲ δὲ εἰς τὸ τοῦ προδρόμου εὐκτήριον συνιστάντες ἄθεον βουλευτήριον, καὶ ποιοῦντες τὸ βαπτιστήριον ἐπιβουλευτήριον, modo in Praecurſoris Oratorio conſtituentes improbum conciliabulum, & ex Baptiſterio inſidiarum receptaculum facientes* [6].

1 Latuada *Deſcrizione di Milano* Tom. IV. num. CLV. &c. 1738.

2 *Diſſertatio Hiſtorica de Cathedrali Eccleſia Neapolitana ſemper unica* cap. III. & cap. IV. Neapoli 1751.

3 *Verona illuſtrata* part. III cap. III. p. 64. Verona 1732.

Hieronymus Rubeus *Hiſtor. Raven.* ad eum annum. *Venetiis* 1588. Girolamo Fabri *Memorie ſagre di Ravenna. Venezia* 1664.

5 *Pariſiis* 1655. At deinde reſtitutum quoque ibidem Balneum, ex quo? Vide, ſi lubet, commentariolum noſtrum, *De Sacris Chriſtianorum Balneis. Venetiis* 1750

4 *S. P. Theophanis Cerameus Opera*, *ſtudio Franciſci Scorſae Homil.* 21. *Pariſiis* 1644.

CAPVT TERTIVM

Sacella in Baptiſteriis Praecurſori ſacra. Titulus duplex Baptiſterii Brixienſis, quo ejus Aedificatio, & Conſecratio indicatur, emendatiſſimus exhibetur. V. Heribaldus Saeculo IX *Autiſſiodori Baptiſterium reficit, & Iohanni dedicat. Baptiſterium Torcellanum eidem ſacrum. Quare illa Epiſcopio plerumque attigua. Altaria, Signaque aliquot in Baptiſteriis poſita in honorem S. Iohannis recenſentur. Mutila Inſcriptio Conchae Baptiſmali Venetiis inſculpta. Epigraphe alia Baptiſterii Hadrienſis. Reliquiae Sanctiſſimi Praecurſoris in Baptiſteria inlatae.*

SI quandoque autem in Baptiſteriis altare, vel Sacellum fuit condendum, cui illud inſcriptum, dedicatumque, niſi praeglorioſiſſimo Baptiſtae? Si Baptiſteriis inſignis titulus praefigendus, quis illic appoſitus, niſi Divi Johannis? Si ad Baptiſterii Conſecrationem deferendae *Reliquiae*, quae illuc deportatae, niſi Sanctiſſimi Praecurſoris? Documenta ex omni aetate evocabo ad rem declarandam peropportuna. Theodolinda, cujus adeo ſpectata religio, atque integritas, regnante Flavio Agilulpho circa Annum DXC quo eum ſibi matrimonio junctum, & Catholicae religioni conciliatum, ad Eccleſias inſtaurandas ipſa adduxerat, Brixiae Baptiſterium inaedificari fecit, quod, ab ſtructurae ratione, vulgo *Rotunda* eſt appellatum; eadem Theodolinda jubente, cultui divino dedicatum fuit, quum in ea Vrbe ſacrorum Antiſtes eſſet Felix. Vtrumque prodit duplex Inſcriptio a nonnullis mirifice depravata, ſed a Paullo Galeardo viro optimo, & erudito emendatiſſime relata in notis ad Vghellium novae editionis Venetae Tom IV. pag. 531., in quarum altera exſtat nota chronica 617. Felicis aevo conveniens; quas Inſcriptiones in lectoris commodum hic deſcribere non pigebit.

Prior

DOMINA NOSTRA FLAVIA THEVDOLINDA
AEDIFICARE FECIT HOC BAPTISTERIVM
VIVENTE DOMINO NOSTRO FLAVIO AGILVPHO

Alte-

Altera

DOMINA NOSTRA FLAVIA THEUDOLINDA
CONSECRARE FECIT HOC BAPTISTERIUM
VIVENTE DOMINO NOSTRO FLAVIO ADELVALDO
SACRAE SALUTIS SAECULO CCCCCXVII

Sacellum in Baptiſterio de more erat ſub nomine S. JOHANNIS BAPTISTAE loci tutelae dicatum, quod paullo ante MDCXXX. ſolo aequatum fuit.

Quod ſi ad ceteras regiones vel curſim procedat oratio, nihil erit hac una conſuetudine probatius. Saeculo IX. Ven. Heribaldus Antiſtes egregius *Autiſſiodori Baſilicam S. Johannis Baptiſtae, poſt defectum veteris, ab imis exſtruens fundamentis, in ſublime faſtigium extulit, ac X kal. Januarii ſolemniter dedicavit.*[1] Quid autem eſt ejuſmodi Templum? Locus ad expiandos animos Sacra lavatione. Teſtem do ipſum Eccleſiae Autiſſiodorenſis Martyrologium, quod nuper accuratiori, feliciorique methodo contexuit, eruditis obſervationibus adornavit, ediditque Cl. Le Bovius[2]. Itaque ad diem XXIII. Decembris legitur: *Autiſſiodori Dedicatio Eccleſiae Beati Johannis Baptiſtae, quae, majori Baſilicae S. Stephani adjuncta Primarium Urbis BAPTISTERIUM continebat.* Sed vetus haec conſuetudo ex multis aliis conſtat exemplis atque monumentis. Eccleſiae Baptiſmali vetuſtiſſimae, quae in Novo Altino adhuc pene integra exiſtit, quis Praeſes conſtitutus, niſi unus ille Chriſti Praecurſor[3]? Duo haec Baptiſteria Cathedrali, atque Epiſcopio proxime adjacent: hoc pro veteri more factum eſt; nam quum priſcis temporibus ſoli Epiſcopi baptizarent, illorum dignitas atque excellentia poſtulare videbatur, ut in propinquo eſſent Aedes, in quibus homines Baptiſmate luſtrarent, chriſtianiſque ſacris initiarent[4].

Ara etiam, vel effigies, vel ſignum ejuſdem Precurſoris oſtendit ſe ſe in Baptiſteriis Florentino[5], Piſano[6], Veronenſi ad S. Zenonis,

1 Hiſtor. Epiſcop. Autiſſiodor. apud Labbeum Novae Biblioth. Mss. tom. 1. Pariſiis 1657.

2 Martyrolog. S. Autiſs. Eccleſ. Autiſſiodori 1751

3 V. Doctiſſimi [illegible] Oſſervazioni intorno alla Chieſa Cattedrale di Torcello, Vinegia 1750.

4 SS. D. N. BENEDICTUS XIV. In ſuis Inſtitutionibus Eccleſ. 1. edit. Rom.

5 Gorius libro jam citato de Mirmite Chriſti Capite.

6 Joſephi Martini Theatrum Baſilicae Piſanae pag. 101 Romae 1728 Concha octogona eſt . In cujus medio attollitur [illegible], cui inſidet ſimulacrum S. B. veſte pellicea, a Laurentio de Azzurja Templi Gubernatore erectum.

nonis [1], Parmenſi [2], Vrbevetano [3], Novarienſi [4], Tergeſtino [5], ceteriſque notis famae celebritate, ſtructuraeque praeſtantia. Titulus praeterea inſculptus quandoquoque viſitur aut gradibus, quibus Concha impoſita eſt, vel in ipſo Pelvis ambitu, vel parietibus, qui admonet S. Johannem Baptiſtam aedibus illis, ſive fabricae datum eſſe patronum. Luculentiſſimum exemplum ſuppeditat mutila Inſcriptio Veneto marmoreo Baptiſterio apud Monachos *Cappucinos* inſculpta, & a Friderico Comite Altano typis edita, in hunc modum [6].

... I..... PTISTAE VT INTERCEDAT PRO EO
... .NTVLOQVE SVO.

Quibus verbis intelligitur *Baptiſterii* conditorem, illud dedicaſſe Sancto Johanni *BaPTISTAE*, ut bona deprecaretur *PRO EO*, *InfaNTVLOQVE SVO*, cujus gratia opus fortaſſe fabricatum, quum hic eſſet ſacro fonte abluendus [7]. Alterum protulit Muratorius in novo Theſauro, ubi Epigraphen Baptiſterii cujuſdam Hadrienſis ſibi a Bochio communicatam vulgavit, quae eſt ejuſmodi [7].

IN N̄ DNI DINI IHV XPI
TEMPORIBVS DOMNO BONO EPISC ☩
Sic ET ROMALDOS LVPIC PRB
ET SOACTO IOHANI
MAC IVLIANVS IVLIANVS MARTINVS
☧ INO XV RENOVATA FONES

Epi-

1 Biancolini *M. S. delle Chieſe di Verona* Tom. 1. 1749.

2 Bonaventura Angelli *Storia di Parma l.* 10 1591. *Fu fabbricato nella Città un magnifico Battiſtero, il quale contende con qualunque altro ſi ſia di maggior nome in tutta Europa.*

3 Ex Tabulario Capituli.

4 Carolus a Baſilica Petri *De Eccleſia Novarienſi lib.* 1. *ibid.* 1612. *lib.* 1. Tit. Eccleſ. Cathedr. *contra januam Eccleſiae primariam Baptiſterium amplum. Templi rotundi forma, ubi nunc quoque ex univerſa Civitate, & ſuburbiis infantes baptizantur.*

5 F. Ireneo della Croce *Storia di Trieſte lib.* v. *cap.* 11. *Venezia* 1698 Bartholomaeus Burchelatus *Commentariorum mirabilium Hiſtoriae Tarviſinae. Ibidem* 1616. [illegible] *Baptiſterium, quod illic eſt, Templum S. Johannis a Baptiſmate appellatum fuiſſe*

6 *Lettera del Signor Ab. Conte Federico Altan contenente la ſpiegazione di un geroglifico Battesimale. Padova* 1749.

7 *Theſaur. Inſcript. tom.* IV. *claſſ.* 25. *pag.* MDCCCLXXVIII. *Mediolani* 1742.

Epigraphe tot mendis ſcatens, ſic inſtauranda, ac refingenda. *Temporibus Domni Boni Epiſcopi, Romualdo & Lupico Preſbyteris*, ſacerdotio Eccleſiae illius fungentibus, nempe *Indictione* XV, *renovata Fons eſt, & Sancto Iohanni* dedicata. Artifices, qui Baptiſterium fabricarunt, fuere *Iuliani* duo, quorum alter cognomento *Martinus*. Demum, ne quid eorum praeteream, quae indicavi, exſcribenda mihi ſunt verba Gregorii Turonenſis narrantis egregios conatus, & exantlatos a ſe labores, ut in Eccleſiam ſibi coelitus concreditam ſplendorem omnem conferret *Baptiſterium*, inquit, *ad ipſam Baſilicam fabricari praecepi, in quo S. Iohannis Reliquias . . . poſui* [1]. Sed quid opus eſt plura? Sive Baptiſteria a fundamentis excitarentur, ſive ſollemni caeremonia conſecrarentur, omnia patrocinio, amori, fideique Beatiſſimi Johannis commendabantur.

CAPVT QVARTVM.

Baptiſteria ſacris Donariis cumulata. Hilarus PP. in honorem B. Iohannis Baptiſterio Romano multa elargitur. Tholi duorum Baptiſteriorum Ravennatium opere vermiculato obducti. Graviſſimum in his picturis Muſivarii erratum. Pictura miro artificio teſſellata Baptiſterii Baſilicae Marcianae nunc primum typis data. Ejus emblemata, atque ſymbola ſingillatim explicantur:

SINGVLARI etiam laude ac praedicatione proſequendi ſapientes, bonique viri, quibus curae fuit Baptiſteria, loci majeſtati, religionique augendae, qua opere Muſivo, qua picturis monimentiſque exornare. Qua in re nihil propius factum eſt his, quam ut ejuſmodi ornamentis geſta S. Johannis exprimerentur, & illorum Baptiſteria adeuntibus ante oculos verſaretur imago. Quis ſtudioſior Beato Hilaro Papa, cui dignitas Pontificia demandata An. CCCCLXI.? Conſtantinus ſuam erga S. Baptiſtam pietatem Romae jam patefecerat, atque declaraverat exſtructo prope Baſilicam Salvatoris ingenti, ornatiſſimoque Baptiſterio. In eo S. Hilarus, quam eſſet nomini Praecurſoris devotus oſtendit perſpicue *Hic fecit tria Oratoria in Baptiſterio Baſilicae Conſtantinianae S. Iohannis Baptiſtae* [2]. Conſtantinum quoque imitatus eſt, multa ac pretioſa his aedibus liberaliſſime elargiens: quae Valvis aeneis argento vermicu-

1 *L. 2. c. XXXI. edit. Ruinart. Pariſiis 1699.* 2 *Anaſtaſ. in Hilaro.*

miculatis eam inſcriptionem caelari juſſerat [1].

Ad dexteram. IN HONOREM S JOANNIS BAPTISTAE.

Ad laevam. HILARVS EPISCOPVS DEI FAMVLVS OFFERT.

Iterum Ravennam libenter proficiſcimur, quo nos vocant vetera ornamenta duorum Baptiſteriorum, quorum alterum, ut dixi, Neonem Epiſcopum auctorem habet, alterum ab Arianis Theodorico regnante fabricatum perhibent: eſt enim peculiare quodam ingeniorum veluti pabulum conſideratio, contemplatioque antiquitatis. Vtriuſque Tholus [2] perelegantí opere Muſivo decoratur, in quo minutiſſimis calculis, lapilliſque coloratis expreſſa eſt imago S. JOHAN. BAPT. Jeſum Dei Filium in Flumine umbilico tenus immerſum baptizantis Vtrobique Praecurſor vaſculo, ſeu ſcypho aquam in caput Chriſti effundit: deſuper advolitat *Spiritus Sanctus in ſpecie columbae*. [3] At quae monſtra nuntiant ejuſmodi Emblemata? Numquid Chriſtus Dominus *adſperſione* baptizatus? Tantum abeſt a vero, ut nihil magis vero poſſit eſſe contrarium; ſed errori, & inſcientiae Pictorum tribuendum, qui quum hiſtoriarum ſaepe ſint ignari, vel quia quidlibet audendi poteſtatem ſibi factam credunt, res, quas effingunt, mirifice aliquando depravant. Ceterum id ipſum videre eſt in Valvis aeneis Templi principis Beneventani [4], opere anaglypho caela-

1 V. Caeſarem Raſponum de Baſilica, & Patriarchio Lateranenſi lib. III. cap. VIII. Romae 1656.

2 Ciampinus *Vetera Monumenta* Tom. I. cap. XXV. Tom. II. cap. II. *Romae* 1690. Utriuſque Baptiſterii Fabrica octagona docetur figura; nam etſi Ariani Tholus ad Crateris formam ſit, reliquum aedificii lateribus octo concluditur. Janus Gruterus in veterum Epigrammatum Collectaneis p. MCLXVI. n. 8. Amſt. 1707. Carmina illa Baptiſterio S. Theclae a S. Ambroſio appoſita nobis legenda exhibet, quae ad rem facere videntur.

OCTACHORUM SANCTOS TEMPLUM SURREXIT IN USUS
OCTAGONUS FONS EST MUNERE DIGNUS EO.
HOC NUMERO DECUIT SACRI BAPTISMATIS AULAM
SVRGERE QVO POPVLIS VERA SALUS REDIIT. &c.

3 Ibidem Ciampinius *V. M.* tom. II. cap. V.

4 Quid inter utrumque Muſivum interſit, paucis habe. In Neoniano Iohannes dextra crucem oblongam geſtat, in Ariano vero ſuſpendum paſtorale pedum: in primo Jordanus pallio violacei coloris, in altero [illegible] [illegible] pallium [illegible] induitur. In illo Opifex [illegible] humana forma figuravit e fluvio prominentem, arundinem paluſtrem gerentem [illegible], [illegible] Chriſto velut exhibentem, quo ſe abſtergeret; adjectis literis IORDANN; in hoc vero, [illegible] plane more, *Cornu Brachio* [illegible] capiti impoſiti, doliumque, ex quo effluit aqua, [illegible]. Turpiter errant hi, qui [illegible] de [illegible] *Cornuta Moyſi facie* [illegible]. Arundinem, & Urnam Fluviis veteres appinxiſſe anaglyphis, Gemmae, Numiſmata teſtantur. Quid ego colligam undeunde? Ex [illegible] pauca ſumam, quae [illegible] occurrunt. Ita Pellerin [illegible] in Nummo Sardianorum, Maeandro in altero Tripol [illegible] *Cornu Memoriae* additum eſt in [illegible], quod [illegible] Urbs eſſet, Nummum [illegible] antiquitatis peritiſſimus Eraſmus Froelich in *Appendicula ad Nummos ab Urbibus graece loquentibus cuſos Viennae* 1734. Jordani idem ſymbolum datum eſt, quod hoc [illegible] genere fortaſſe abundaret.

caelatis, aliiſque ſacrae vetuſtatis monumentis: nec mirum, quum in re pictoria hoc ſit opificum ingenium, ut alter ex altero exemplum ſumat, nec prioris errata poſterior apta correctione devitet.

Haec dum exequor, peropportunus mihi oblatus eſt locus, ut eam partem Muſivi Baptiſterii Marciani accurate exſcriptam, nunc primum oculis hominum ſubjiciam, quae geſta S. Johannis repraeſentat. Templum Divi Marci Venetiis non tam magnitudine & vaſtitate ſua, quam ornatu imprimis auguſtum eſt. Suprema pars in ſenos faſtigiatos ſe ſe explicat Fornices, qui puriſſimo renident auro, Muſivis Graecanici operis variegati. Praeclarum illud ſacrarum Veteris Novique Teſtamenti imaginum decus, quo Templi haemiſpheria exornantur, addi a Muſivariis artificibus coeptum eſt a Saeculo XI., ut tradit Ampliſſimus J. A. Furiettus, egregia ac penitiori doctrina Praeſul, deque litteratorum Rep. praeclare meritus [1] Baſilicae de more adjacet Baptiſterium, cujus Teſtudini, vermiculatis figuris exornandae, etſi effuſa beneficentia, & magno ſumptu plurimum allaboraverit Andreas Dandulus Dux An. MCCC. XLIII. [2], attamen a vero aberraret longiſſime quiſquis univerſum illud ſectilium opus ad eam referret aetatem. Plura ante annos ſeptingentos fabrefacta antiquitatum periti contuendo, conſpiciendoque animadvertent. Quamvis ergo per multa ſint in his Muſivis ad Evangelicam Hiſtoriam pertinentia, ac digniſſima, quae aliquando ſuis inſculpta Tabulis in eruditorum conſpectum prodeant, eam picturam delegimus, quae ne dum ad rem facit prae ceteris, ſed majorem etiam antiquitatem retinere videtur; vetuſtas enim omnibus in rebus incredibilem ſcientiam affert.

H Chri-

1 *Joſephi Alexandri Furietti egregium opus de Muſivis cap. 11. Romae 1752.*

2 *Venetia deſcritta da Franceſco Sanſovino lib. 11. Venet. 1581.*



EX MVSIVO BASILICAE S. MARCI

Chriſtum Dominum cernis, qui fluvio mergitur, & reclinato paulliſper ad pectus capite, ſe rem graviſſimam ac divinam facturum illuc veniſſe declarat. Adſtit in fluminis ripa JOHANNES Prodromus, macie & ſqualore confectus, promiſſis ſine lege capillis, hiſpida barba, ſetoſa veſte cute injecta, revoluto deſuper palliolo, muſellis nudipedius, ut hominem decebat aſperrimum vitae genus ducentem, & ex abditis receſſibus prodeuntem. Dexteram manum capiti Jeſu imponit, quod cum ſollemni precatione a Miniſtro Baptiſmatis ſemper factum ab ultima uſque antiquitate comperimus. Pone illum arbuſtum vides, ancipitemque ſecurim, ut Johannem loca ſilveſtribus ſepibus denſa, arboribuſque conſita incoluiſſe intelligas. Niſi id eo ſpectet, ut meminerimus allegoriae, qua Johannes ad Judaeos terrendos ſuis in concionibus utebatur: *dicebat eis, jam enim ad radicem arborum ſecuris poſita eſt. Matthaei* III. In adverſa fluminis ripa longo ordine ſtant maximi, veriſſimique Dei accenſi, & apparitores aſſidui ANGELI nitenti ad caput circulo, nimboque, longa veſte, cum dignitate ad talos profluente, Chriſto aſſectantur: humiles, ſupplices, demiſſi obſervantiam exhibent,

bent, & pia conſalutatione numen, majeſtatemque Filii Dei reverentur. Tum perpende inſolens illud ac novum pictoris inventum, qui puſionem formoſulum, ſive *Genium* in aqua ludentem, multumque piſcem lepide tranſnatantem effinxit, eo fortaſſe conſilio, animoque, ut exprimeret ſpectaculum illud nedum Angelis, & hominibus, ſed littoribus ipſis, undis, ac piſcibus fauſtum, jucundum, optatiſſimum accidiſſe. Candidus ales deſuper advolat, ſive ut Juvenci Presbyteri Hiſpani verbis utar,

Corpoream que gerens ſpeciem deſcendit ab alto
Spiritus, aeream ſimulans ex nube columbam [1].

Micat in ſummo vertice fulgidum Sydus, quod non ornatus tantum cauſſa illic poſitum dixerim, verum, ut meminerimus tunc lumen lucemque adparuiſſe, & *Coelos apertos eſſe* [2], non ſejunctione partium ampliſſimi fornicis, quo Tellus ambitur, ſed inopina quadam luce ex imo Coeli, vel nubis ſinu erupente. Inſcriptio actionem concludit: HIC Ē BAPTISMV̄ X̄P̄Ī. Omnia ergo Baptiſteriorum ornamenta, parietes ipſi veterem, perpetuamque S. Johannis Baptiſtae culturam honorifice praedicant, & vera cum gloria praeſeferunt [3].

1 Claruit Conſtantino, & Conſtante Imperantibus. *Historia Evangelica* l. 1. Bib. PP. t. IV.

2 *Matthaei* III. Vide infra.

3 Haec quidem fuerunt Picturae, quibus Baptiſteria exornabantur; & ſi quid S. Johannis Imaginibus conſecrandum fuerat, ſi qua ſtilo coloribus inducenda parieti, tectoque, curis diligentioribus majorum placuit, ut ad Baptiſmum pertineret. Praeſtat exemplum adferre ex libro *Geſta Pontificum Leodienſium collecta a Johanne Chapeavillo tom.* III. *cap.* XVIII. *Leodii* 1613. Anno MCXIII. Vir nobilis Hellinus Abbas S. Mariae in Eccleſia S. Lamberti

Fontes fecit opere fabrili
Arte vix comparabili.
Duodecim qui ſuſtinent
Boves, expreſſi gratiae continent.
Materia eſt de myſterio,
Quod tractatur in Baptiſterio.
Hic baptizat Johannes Dominum;
Hic gentilem Petrus Cornelium,
Baptizatur Craton Philoſophus;
Ad Johannem confluit populus.
Hoc quod fontes deſuper operit,
Apoſtolos, & Prophetas exerit.

V. etiam S. Paulin. *Epiſt.* XII, & Anaſtaſium in *Leone* III.

CAPVT QVINTVM

Supplicationes ad Fontes Baptiſmales in Feſto Praecurſoris Chriſti. Oratio, ſeu Collecta ad Fontes in vetuſtiſſimis Sacramentariis Sollemnibus Baptiſmi diebus additus eſt & Natalis S. Iohannis Bap. Ejuſdem Praecurſoris effigies inſculpta Vaſis potoriis, quibus veteres Chriſtiani utebantur in Conviviis eo die, quo ſacro atice expiati.

ETIAMNE parum dignitatis habere videntur honores, quos Johanni Eccleſia ſapientiſſime decrevit? Indicendae erant Supplicationes ad Fontes Baptiſmales in eius feſto? indixit. Adſcribendus hic dies erat ſollemnioribus, in quibus populi ad Sacros Latices lavatum veniebant? adſcripſit. Retinenda, celebrandaque perpetuo erat divini ejus Miniſterii memoria? retinuit, celebravit. Quod quam vere a me dicatur, neque longum, neque difficile eſt demonſtrare. Non uno in loco *Sacerdotes* ſollemnem ordine pompam ducere ſolent in die feſto Praecurſoris, & pia ſupplicatione Baptiſteria adire. Turonis id factum docet *Rituale* Eccleſiae S. Martini ante 500. annos ſcriptum, teſte Martenio [1]; quo auctore diſcimus etiam in vetuſtiſſimo codice Bibliothecae Regiae poſt Tertiae Miſſae *Orationes* in Natali S. Joh, haberi *Collectas ad Fontes*, ad quos agmine facto fere per totam Galliam Clerus ſupplex procedit. Rotomagi uſitatum declarat Primarii Templi ejuſdem Vrbis Gallica Hiſtoria [2]. Piſis narrat Joſeph Martinus in deſcriptione praeinſignis illius Baſilicae [3]. Praeteraea vix ullum Eccleſiaſticae eruditionis ita expertem, atque ignarum eſſe credam, qui neſciat ad Baptiſmum ſollemniori ritu, apparatuque peragendum, duo antiquitus fuiſſe aſſignata tempora, Paſchae ſcilicet, & Pentecoſtes, idque ad XII uſque Saeculum obtinuiſſe. Infinita pene ſunt, ac vulgatiſſima Patrum teſtimonia, quorum ſi unum vel alterum exſcribam, rem notiſſimam inculcabo. Sanctiſſimis hiſce diebus additum aliquan-

[1] *De antiquis Eccleſiae diſciplina in celebr. Divin. Offic.* Lugduni 1706.

[2] *Hiſtoire de l' Egliſe Cathedral de Rouen livre V Chap.* XXI à Rouen 1686. *La veille, & le jour de ſaint Jean Baptiſte, Proceſſions après Vêpres & matines à la Chapelle de ſaint Jean devant les Fonts.* Maſcovitae ſupplicationem, quam ad Baptiſmum pueros deducunt, longiorem S. Iohannis cum pompa praeficiunt. *Voyage d' Olearius traduit par Wicquefort* liv. III à Amſterdam 1727.

[3] *Theatr. Baſil. Piſ. pag.* LXXVIII. *In vigilia S. I. poſt Miſſam fit Proceſſio a toto Clero Piſano per Civitatem, quae primo ingreditur Baptiſterium. In eodem Baptiſterio canitur Miſſa ſolemnis in die Dedicationis.*

aliquando Feſtum S. Iohannis non omnino obſcure colligi poteſt ex illa Gregorii Turronenſis narratione *Hiſtor. lib.* VIII *cap.* IX. *Poſt haec Rex Gunthramnus* (ſive Guntchramnus vel Guntrannus Clotharii I. Filius [1]) *Pariſios venit, & coram omnibus loqui coepit dicens: Germanus meus Chilpericus moriens dicitur filium reliquiſſe, cujus nutritores Matre deprecante, petierunt, ut eum Sancto lavacro in Dominici Natalis ſolemnitate deberem excipere, & non venerunt. Rogaverunt deinde ut ſanctum Paſcha baptizaretur, ſed nec tunc allatus eſt infans: deprecati ſunt autem tertio ut* AD FESTVM S. JOHANNIS *exhiberetur* [2].

Diligens illud veterum Chriſtianorum ſtudium, quo praecavebant, ne in his, quae agerent, memoria rerum coeleſtium umquam diſcederet, efficiebat, ut etiam iis diebus, quos omnibus laetitiis concelebrandos rebantur, a quibusvis voluptatum oblectamentis ſibi temperarent, atque eorum inceſſus, accubatio, cibi, potuſque ſuſceptio decorum teneret. Hinc in conviviis, quae ſcimus eos modeſtiſſime agitaſſe, ſive in die Baptiſmatis, ſive in illius Anniverſario, inter epulas Baptiſmum Chriſti contemplandum recolendumque ſibi ob oculos ponebant. Quare in vaſculis potoriis imaginem S. BAPTISTAE mira arte pingi curabant. Fragmentum antiqui vitrei vaſis profert Bonarrotius Tab. VI. num. I [3], illudque partem Poculi eſſe exiſtimat, quo Chriſtiani ſollemnibus illis diebus, moderatiſque conviviis uterentur.

CAPVT

1 Plura de Gunthramno ibidem, tum in adnotationibus Dandini Altaſerrae ad libros Hiſtoricos Gregorii. *Toloſae* 1679.

2 Deſignatum etiam Diem Natalem Ieſu Chriſti ad ſollemnem Baptiſmatis celebrationem locus hic Gregorii, tum alius de *Gloria Confeſſorum cap.* LXIX. innuere videtur. Eodem die apud Orientales recolebatur Servatoris noſtri Nativitas, atque Baptiſmus. Ferunt S. Cyrillum Hieroſolymitanum, conſulto S. Iulio Papa, unum ab altero ſecreviſſe; verum Epiſtolas illas, quae circumferuntur, Cyrilli, & Iulii, ad adulterinas, dubiaeque fidei monumenta amandat Couſtantius *Epiſtolae Romanorum Pontificum in Appendice pag.* LXXXIII. *Pariſiis* 1721.

3 *Oſſervazioni ſopra alcuni Frammenti di Vaſi antichi di Vetro, Firenze* 1716.

CAPVT SEXTVM

Ritus Graecorum μέγας ἁγιασμὸς in die Sancto Theophaniae. Dum Sacerdos aquam Cruce lignea ſulcat, Iohannem invocat. In ejuſmodi Crucibus Imago, & nomen Baptiſtae. Buxeae plerumque ſunt, & anaglyphae, a Monachis Athoniticis fabrefactae. Schema Crucis Meſſanenſis ob oculos ponitur, totaque ejus affiguratio explicatur. Cur artifex Stellas fluvio tenus circumpoſuerit. Opinio de igne in Iordane accenſo, dum Iohannes baptizaret, quibus teſtibus ſubnitatur.

GRAECI quondam, quibus ſemper multiplex & varium etiam ſacris in rebus ingenium fuit, in memoriam Dominici Baptiſmatis, quod a Johanne datum die Sancto Theophaniae pro certo habemus, illud potiſſimum Feſtum pueris, aeque ac adultis ſacro fonte lavandis expiandiſque deſtinarunt [1]. Sed quum ea conſuetudo ſublata fuerit, altera in ejus locum ſubrogata, quae ad haec uſque tempora ſervata, retentaque eſt pluribus in Eccleſiis, quae vel origine ipſa Graecae ſunt, vel, ſi Latinae, Rom. Pontificis permiſſu Graecos aliquot Ritus ſibi cenſuerunt adoptandos. Igitur in die Epiphaniorum peragitur ibidem Μέγας ἁγιασμός, ut patet ex Menaeis, ex Typico S. Sabae, ex Anthologio, & Euchologio, ſcilicet ſacro ritu *Aqua exorcizatur, & benedicitur*, paratis ad id prae foribus Templi urnis amphoriſque; quarum loco, quandoque in Fontibus, Fluviis, vel ipſo in Mari ἁγιασμὸς *Benedictio* perficitur. Sunt haec abunde explicata a Goario [2] atque Gretſero [3], ſed longe enucleatius, & libro ſingulari, a Sebaſtiano Paulio [4], cujus ſtudiis expleta, cumulataque tractatio ad manus hominum pervenit. Age jam quid hic in honorem Praecurſoris? Protopapa, ſive Myſta alius Cruce lignea aquam ter ſulcat, Chriſtum deprecatur, Johannem invocat, ſuperos omnes obteſtatur, ut vis atque efficacitas his aquis e coelo immittatur pellendi daemones, morbos, incantationes,


1 Graeci in ea olim fuere haereſi Chriſtum die xxv. Decembris baptizatum: errore ſe liberarunt, & in die Theophaniae celebratur Baptiſma ab omnibus Orientis Chriſtianis, quamvis fide diſſidentibus.

2 *In Euchologio Graecorum Pariſiis* 1647.

3 *De Benedictionibus lib.* II. *cap.* VIII. *Ingolſtadii* 1615.

4 *De ritu Eccleſiae Neritinae exorcizandi aquam in Epiphania. Neapoli* 1719. Complorata mors ejus eſt a nobis Commentar. in Epiſtolam ad Scipionem Maffejum, qui Neapoli, deinde Romae 1751 excuſus eſt. *De geſtis Sebaſtiani Paulii*, *Neapl.* 1751. *Rom.* 1753.

tiones, veneficia averruncandi, & maligni ſpiritus infeſtationes ab agris propulſandi [1] Imo in ejuſmodi Crucis centro, ubi brachia decuſſantur, S Johannis effigies ſcalpro, cultrove expreſſa viſitur, ut ex adpoſito ſchemate palam fiet.



EX BVXO.

Libentius ob oculos propoſui, quod id genus anaglyphorum ſpecimen nullis hactenus in libris, quantum ſcio, prodierit. Cruces plerumque Buxeae ſunt inconcinno quidem, ſed difficili artificio caelatae, anaglyphae, & aliquantulum exſtantes. A Monachis Montis Atho fabre fiunt, qui, ut au tor eſt Johannes Comnenus [2], iis dono datis, ſive pecunia commutatis, victum, veſtitumque ſibi inde com-

1 Quod ex veteri Graecorum diſciplina *per Crucem* fieri conſuevit, id inſequutis temporibus factum legimus a nonnullis *Sterno Pueri Jeſu*, quae ter in Stagnum, vel Vrnam immergitur. V Pagium *Critic. Hiſtor. ad annum* xxix. §. vii *Antverpiae* 1727

2 *Deſcriptio Montis Atho* edita a Montfauconio in *Palaeographia lib.* vii. *Pariſiis* 1708.

comparant. Quandoque limbus foliis denticulis, arabicis meandris large exornatur, coronarium opus argenteis bracteis conſtat, extremae orae coelitum imaginibus decorantur, quandoque etiam exſcavatae ſunt, ut Sanctorum Pignora ac Reliquiae intus condi, aſſervarique poſſint [1]. Meſſanae quum eſſem, eam, quam hic aere inſculptam profero, penicillo deſcribi mihi feci ex Muſeolo Ignatii Orti mei Ordinis Alumni clariſſimi, qui vitam pie & laudabiliter ibidem contagio finivit, dum peſtilentia laborantibus Chriſtiana perfugia ac ſolatia praeberet. Aptiſſime cohaerent Johannis Chriſtum baptizantis efficies, & ſuperpoſita inſcriptio:

ΠΡΟΣΕΡΧΕΤΑΙ ΑΥΤΟΣ ΤΩ ΙΩΑΝΝΗ.

Acceſſit ipſe (Jeſus) *ad Johannem*.

Palmae utrinque aſſurgunt patulis foliis, non ad opacandum locum, ſed ad agri conditionem indicandam. Verum quonam conſilio ſex illas ſtellas non in ſublimi, ac quaſi coeleſti regione, ut decebat, effinxit artifex, ſed in ipſo Jordane collocavit? Imprudenter ne, inconſiderateque feciſſe dicemus? an vero ad eum reſpexiſſe Apocalypſeos locum, ubi dicitur Jeſum Chriſtum tenere *ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ ſtellas in dextera ſua*, hiſque miro modo circumdari ad numinis majeſtatem declarandam? Fortaſſe illorum aſſentiebat opinioni, quibus perſuaſum fuerat ex ipſo Jordane ignem tunc erupiſſe, maximumque effudiſſe ſplendorem. Nam etſi nihil ejuſmodi in noſtra Vulgata deprehendatur, auctoribus quidem ad iſtam ſententiam uti optimis poſſumus; quod in omnibus cauſſis & debet & ſolet valere plurimum. Codex Evangeliorum manu S. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi & Martyris exaratus, quem ante paucos annos maxima cum laude vulgavit doctiſſimus Johannes Andreas Iricus [2], in Evangelio Matthaei col. XXI. habet: *& cum baptizaretur lumen ingens circumfulſit de aqua*. Codex pervetuſtus SanGermanenſis a Johanne Millio in Prolegomenis ad N. Teſt. [3] citatus: *Cum baptizaretur lumen magnum fulgebat de aqua*. Ex quo percipi poteſt S. Juſtinum in dialogo cum Triphone Judaeo ſcribentem: *κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ*. *Deſcendente Ieſu in aquam etiam ignis accenſus eſt in Iordane* [4]: non id ex Nazaraeorum, Ebionitarumque Evangelio aliiſque

1 Palam hinc, ut in Codice Barberino Euchologii non [illegible] Graec, ſed τὰ ἅγια [illegible] legimus (Goar. l. c. Pauli [illegible]) [illegible] autem [illegible] eſt, Lipſius [illegible], V. Menardum, Suicerum, &c.

2 *Sacroſanctus Evangeliorum Codex S. Euſebii &c. ex autographo Baſilicae Vercellenſis opera I. A. Irici Mediolani* 1748.

3 Oxonii ex Theatro Sheld. 1707.

4 Opera ipſius edit. Pariſien. 1742.

que apocryphis libris delibaſſe, ſed ex optimis hauſiſſe fontibus. Haec quae a me ſummatim, ut res ipſa poſtulabat, ſcribuntur, incredibili ingenii felicitate in univerſum explicantur a Caſto Innocente Anſaldio O. P. Viro pluribus aliis, aureiſque ſcriptis clariſſimo, libro, *De Baptiſmate in Spiritu Sancto, & igne* [1]. Itaque hujus opinionis non ignarus fortaſſe Monachus ille, qui Crucis ornamenta ſcalpſit, ut omnia prodigia, quae in Jordane accidiſſe credebantur in unum congereret, flammea ſydera illic appoſuit, ratus hoc emblemate lucem illam apta ratione exprimi poſſe. Adverſae partis ſculptura Chriſtum exhibet quatuor clavis Cruci affixum, femoralibus ad genua uſque dependentibus circumveſtitum. Ab erecto ſtipite lignum eminet ſuppedaneum, cui totum corpus incumbit: manubrium inferne eſt, cui haſta immitteretur. Miraberis fortaſſe in hoc ſchemate Johannem aligerum, Angelique ſpeciem praeſeferentem, verum cur ita a Graecis pingeretur prolixe dicemus Diſſert. v. Illud etiam attendendum obvia eſſe haec ſacra κειμήλια in Sicilia, fortaſſe ob illam cauſſam, quod ea Provincia Graecorum Monaſteriis frequens fuerit, ubi Ritus *Aquae Benedicendae* Crucis immerſione diligentiſſime perfici ſolet. Crux elaboratiſſima inter ceteras exſtat Catanae in Muſeo Principis Biſcari, omnium veterum elegantiarum ſtudioſiſſimi.

CAPUT SEPTIMUM.

Hemerobaptiſtae, vulgo dicti Chriſtiani S. Johannis, *impium, ac ſuperſtitioſum cultum Praecurſori adhibent. Ejus exemplo perverſe abutuntur. Hermenianos, & Seleucianos verba Johannis in pejorem partem traduxiſſe. Sed Simonianos primos fuiſſe, qui pueros ferro candenti in Baptiſmo inurerent.*

SED quid eſt tam optimum, tam ſanctum, quod ſuperſtitione labefactari, violarique non poſſit? Vanis, corruptiſque caeremoniis quicquid a Johanne geſtum eſt, interpretantur & aemulari affectant HEMEROBAPTISTAE. Illos ajo homines, quibus alii *Zabiorum*, *Sabaitarum* alii nomen fecerunt, originationem vocis accerſentes vel a ſitu, quem incolunt, vel a conditore, quem ſe habere jactant, vel a ritibus, quos ex majorum inſtinctu retinent. De origine, conditione, ac religione illorum ita diligenti inquiſitione pertractarunt praeter alios, quos in Anteloquio indicavi, Herbelottus

1 *Commentarius ſacer. &c. Mediolani* 1752.

lottus in *Bibliotheca Orientali* [1], Spencerus *de Legibus Ritualibus Hebraeorum* [2], Hechelenſis in *Eutychio vindicato* [3], Pocockius in *notis ad Hiſtoriam Arabum* [4], Aſſemanus in *Diſſertatione de Syris Neſtorianis* [5], ut indicta, aut accuratiora proferendi omnis mihi ferme praereptus ſit locus. Eam Arabiae partem potiſſimum incolunt, quae Perſico adjacet Mari, & μέχρι τερηδόνος, καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ εὐφράτου *usque ad Teredonem & oſtium Euphratis* [6] protenditur, ea quae habitant Urbes, quae illa concluduntur regione [7] MANDAITAE, eorum lingua, vel *Mendai Iahia* appellantur: quod ſi verbum verbo appendas, *Diſcipuli Johannis* interpretandum, communi tamen popularique ſermone *Chriſtiani Sancti Johannis* vocantur. Sed tantum abeſt fore illos Chriſtianis annumerandos, ut merito Ethnicis, Haereticiſque accenſeat Maraccius in *Refutatione Alcorani*: tanta eorum animi tenentur ſuperſtitione, tot de S. Johanne loquuntur deliramenta [8]. Nonniſi in fluviis licere puerulos ad animi expiationem abluere firmiſſime tuentur, propterea quod S. Johannes Baptiſta exemplo ſuo aquam crimina lavaturam Jordane, aliiſque fluminibus contineri docuerit. Baptiſmum credunt *Die Dominico* tantummodo perfici poſſe. Anno redeunte *Haid Pegna*, ſive *Feſtum quinque dierum* Menſe Junio celebrant in honorem Praecurſoris. His autem ſollemnius flumina turmatim petunt, & unumquemque Mandaitarum ſuſcepta ſcelera *novo baptiſmate* abſtergere oportere dicunt: ſed haec & creduntur, & dicuntur ſtultiſſime, dumque S. Johannis cultores ſe profitentur, Chriſtianae Religionis manifeſto ſe probant deſertores, ſanctiſſima quaeque omni ſcelere contaminant, leges ac jura Chriſti labefactant, & exemplo Praecurſoris perverſe abutuntur [9]. Verum

1 *Bibliotheque Orientale de Mr. d'Herbelot pag.* 491. 530. 561. *à Paris* 1697.

2 *Cantabrigiae* 1685.

3 *Eutychius Patriarcha Alexandrinus vindicatus contra Abrahami Ecchellenſis par.* II. *cap.* XXVII. *Romae* 1661.

4 *Specimen Hiſtor. Arab. ſive de Arabum* [illegible] *& moribus Oxoniae* 1648.

5 *Bibliotheca Orientalis Joſephi Aſſemani Tom.* III. *P.* II. *Romae* 1728.

6 *Strabo* v. *Cellarii Geographiam antiquam lib.* III. *cap.* XV. *Lipſiae* 1731.

7 *Les Voyages & obſervations du Sieur de la Boullaye-le-Gouz. Partie* II. *Chap.* XXI. *& Chap.* XXIII. *à Paris* 1653. *Les ſix Voyages de Jean Baptiſte Tavernier. P. Partie à Verſailles* 1712.

8 *Refutationes in* [illegible] *Suram Alcorani pag.* XXXIII. *Patavii* 1698. *ſuperſtitione impulſi illos miſere* [illegible]*, evidentiſſime confirmant eorum* [illegible]*, Arcelli, & Gallinae ſacrificium, Solis, Lunae, Aſtrorumque cultus, aliaque complura.*

Deliramentum appello id omne, quod de S. Johanne fabulantur; fictitium nempe librum de [illegible] *Spiritu Sancto, ſive Chriſtus de Maria,* [illegible] *librum accepiſſe* [illegible] *ac divinationum librum, quem ſervant. Johannem teſtamento legaſſe juſſiſſeque diſcipulis, ut ſuum corpus, ipſi poſt obitum, in Crucem tollerent, & manibus pedibuſque affigerent &c.*

9 *Veteres fabulas ab Abubecher Mahumedis comite, & ſocio, ab Omare magnoque Tamerlano*

Verum enim vero, ſi geſta a Johanne ſecus Jordanem huic Pſeudobaptiſmo, his Mandaitarum deliriis, neſcio cur anſam dedere, verba ipſius tum perperam interpretati ſunt Hermiani, Seleucianique. Parcius de his ſermonem inferam, ne conjuncte cum alienis noſtra contexere videar. Quum itaque Judaeos concionibus teneret, eoſque apta oratione nunc a vitae pravitate ad Dei cultum convertere, nunc optimis inſtitutis informare ſatageret, in hunc modum teſtificatus eſt, ſuum cum Chriſti Baptiſmo comparans: ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι .. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. *Ego quidem baptizo vos in aqua ... ille vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni* (Matth. III.) Non defuere, qui haec in pejorem partem acciperent, indeque baptizandos igne utcumque urendos pugnaciſſime defenderent, & verbis Johannis ſuam illam tutarentur ſententiam. Novae hujus doctrinae auctorem, de ſecta Valentiniani, carpit Tertullianus in Marcionem:

Bis docuit tingui transducto corpore flamma [1]

quod Pamelius ſic explicat. *Intelligit Haereticos quoſdam, qui bis baptizarent, ſemel in aqua, ſemel in igne; quorum tamen nullam mentionem reperi praeter quam quod Philaſtrius, quamquam adhuc ſubobſcure lib. de Haeres. Hermenianis, & Seleucianis attribuere videatur, quod non in aqua, ſed in igne baptizarent, praetextu illius Johannis Baptiſtae Matthaei III.* [2] At ſi teſtimonia ſubobſcura quaerebat Pamelius, Philaſtrio S. Auguſtinum comitem adjungere poterat, qui de Haereſibus

tam ex locis Jordani finitimis pulſos, & ſolo natali extorres in Meſopotamiam, Chaldaeam, aliaſque regiones perfugiſſe, unde reliquiae eorum exſtant. Gloriantur illi velut a primo ſuo ex diſcipulis Johannis Baptiſtae originem duxiſſe; quod & ſi commentitium plerique ſcriptores cenſeant, ſunt tamen in Eccleſiaſticis monumentis argumenta, quae hanc gentium illarum opinionem ſolent vincere. Sed quid inde conficient habitae? Chriſtianae religionis deformatibus, [illegible] manifeſto prohibent. Non repugno quidem novam fabulam, ſed forte antiquam eſſe dicendo ex mendis, quae de Tertiana Johannis Diſcipulis narrantur in libro, quem ex Bibliotheca Regia edidit Joh. Bapt. Cotelerius (*Sanctorum Patrum qui temporibus apoſtolorum floruerunt opera vera & ſuppoſititia Tom. 1 Pariſiis 1672.*) qui liber quem vulgo S. Clementi adjudicantur, vel Recognitionum inſcriptus fuerat. Totum id quod *Homilia* 11. §. xxiii. legitur, fido, ne fallantur exemplarium. Ceterum D. Praecurſorem ſuos habuiſſe diſcipulos colligitur ex libro *Recognitionum*, quas etſi a S. Clemente perſcriptas non affirmem, vetuſtiſſimi tamen auctoris ſtudio, & opera ſecundo Eccleſiae ſaeculo concinnatas, non diſſentiens viri eruditiſſimi. *V. Patres Apoſtolici curante Johanne Clerico* tom. 1. *Amſtelodami* 1724. Cujus rei famam ad quintum uſque ſaeculum manaſſe cognoſci poteſt ex verbis Vigilii Epiſcopi Tapſenſis in Provincia Byzacena adverſus Arrium, Sabellium, atque Photinum. Vide *Opera Vigilii Tapſenſis* edita a *Georgio Caſſandro Coloniae* 1555. Ita, ſi ab ejuſmodi hominibus ſe originem trahere ajunt Sabaei, ut probare illis objici poteſt, quod ſibi gloriandum arbitrantur.

1 *Carmina in Marcionem lib.* 1. *Pariſiis* 1695.

2 *Notae in eum locum.*

bus LIX. ait *Baptiſmum in aqua non accipiunt* quibus verbis Seleucianos vituperaſſe creditur [1].

Quamquam paullo antiquior fortaſſe cenſenda ea haereſis eſt. Incertus, & ſine nomine auctor *de Baptiſmo Haereticorum*, qui Vrſinus Monachus Afer creditur, & II vertente Saeculo ſcripſiſſe perhibetur, cujus opus primum e latebris eduxit Sirmondus, & Nicolao Rigaltio communicavit, pravae hujus opinionis reos poſtulat Simonianos. *Nam quia Iohannes dixit nos baptizandos eſſe in ſpiritu, & igne, eo quod addiderit dicens, & igni, idcirco quidam deſperati homines naſutiſſimi quaerunt quomodo Sanctitatis Baptiſma ita corrumpant, ac violent, ut etiam evacuent, qui originem jam inde extrahunt a Simone Mago multiformi perverſitate per varios errores exercentes* [2]. Ad quem locum ſi animum advertiſſet Grabius, cognitum habuiſſet, quinam ante Seleucianos, Hermianoſque hunc morem invexerint; ſcribit enim ſe id prorſus ignorare [3]. At dimittamus malum hoc genus hominum, qui non aſſeclae S. Johannis, non illius doctrinae interpretes, ſed cultus corruptores ſunt habendi.

CAPVT

1 *Operum tom.* VIII. *num.* LVIII. *edit. Pariſin.* 1688.

2 *Conciliorum Labbaei tom.* I. *pag.* 770. *Pariſiis* 1671.


3 *Spicilegium SS. Patrum, & Haereticorum tom.* II *ſaeculo* II. *Oxoniae* 1700. Habeſſinos itaque Aethiopes igne, cauteriiſque infantes inurere, ſeque baptizare, tradunt [illegible] Philippus Pigafetta, *Vera deſcriptio Regni Africani ex Eduardo Lopez* [illegible] *Lusitano* [illegible] *Latine reddita ab Augustino Caſſiodoro Reinio Francofurti* 1598. Leonardus Rauchwolfius, *Itinerarium Orientale lib.* III. *cap.* XVI. *Francofurti* 1610. Thomas a Iesu, *De procuranda ſalute omnium gentium lib.* VII. *cap.* III. *Antverpiae* 1613. Nicolaus Godignus, *de Abyſſinorum rebus, deque Aethiopiae Patriarchis lib.* I. *cap.* XXVIII. *Lugduni* 1615. Alexander Ross, *Demonſtration de toutes les Religions, & Hereſies traduit par Thomas la Grue, à Amſterdam* 1666. J. B. Thiers des *ſuperſtitions tom.* II. *Chap.* [illegible] *à Paris* 1679. [illegible]

[illegible] Notas illas (inquit) in omnium oculis verſantur, quae [illegible] *Hiſtoire de l'Abiſſinie traduite du Portugais par Mr. le Grand*. [illegible] *Diſſertation du Baptême à Paris* 1730. & Cl. Renaudotium *Perpetuité de la Foy tom.* [illegible] *Chapitre* [illegible] *à Paris* 1709.

CAPVT OCTAVVM.

Pictura Codicis Bibliothecae Regiae Taurinenſis in publicum edita, atque illuſtrata. An Iohannes a Chriſto aquis perfuſus? Iohannem non fluvio, ſed ſanguine baptizatum cenſuit Nazianzenus. Egregius Auguſtini locus, qui priori ſententiae ſuffragatur. Menda, quae hic Pictori exciderunt.

QVONIAM vero toto hoc libro Antiquitates Chriſtianas potiſſimum conſectamur, non incommodum hic oblatum locum cenſuimus, quo a nobis in publicum ederetur haud recens Pictura, licet opera, & artificio ineleganti, ex qua lux aliqua affulgere poteſt veteri controverſiae ſin minus dirimendae, ſaltem declarandae. Exſcribi fecimus ex Codice Bibliothecae Regii Taurinenſis Athe-



EX. COD. REGIAE BIBL. TAVR

1709. pluribus demonſtraſſe falſo Aethyopas de Baptiſmate igneo expoſtulari. Quibus adde Iobum Ludolphum, *Hiſtoria Aethyopica, ſive brevis, & ſuccincta deſcriptio Regni Habeſſinorum, quod vulgo male Presbyteri Iohannis vocatur*, lib. III. cap. VI. Francofurti 1671.

Athenaei manu exarato Saeculo XII. Membranaceus is eſt, ſignatuſque D.V 39, continet autem Veteris, Novique Teſtamenti hiſtoriam apocryphis tamen narratiunculis intermixtam, figuris rudiori penicillo, pro ut aetatis illius ferebat ingenium, expreſſis [1].

Difficilis ac multum, & ſaepe quaeſita res eſt, num poſtquam Johannes Chriſtum baptizavit, ab illo invicem iiſdem aquis fuerit perfuſus; nam quum in Chriſto excellentem, praeſtantemque Dei naturam probe diſpiceret, cumque principem auctoremque humanae ſalutis de coelo, ad delenda primae contagia culpae, delapſum cognoſceret, intelligebat apprime nulla illi lavatione eſſe opus, quare modeſte abnuebat, dicens ſe illum eſſe, qui a Chriſto nova purificatione elui deberet *Venit Ieſus a Galilaea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo; Iohannes autem prohibebat eum dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me* [2]. Eſt controverſia inter ſcriptores num id contigerit. Gregorius Nazianzenus Oratione in *Sancta Lumina*, ait Praecurſorem loqui de nobiliſſima ac honeſtiſſima morte, quam ſe obire debere praevidebat. *ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι πρόσθες καὶ τὸ ὑπὲρ σοῦ. ᾔδει γὰρ τῷ μαρτυρίῳ βαπτισθησόμενος. Ego a Te baptizari debeo Adde & pro Te. Exploratum enim habebat fore ut martyrio baptizaretur* [3]. Chryſoſtomus, aliique, quos ſequitur Tillemontius [4], Johannem a Chriſto non aquae perfuſione, ſed immortalium omnium donorum largitione, ac *in Spiritu* baptizatum affirmant. Verum noſtrae picturae inſcriptio;

VBI CHRISTVS ET IOHAN
NES IN IORDANE
FLVMINE TINCTI
FVERVNT

judicio, magni Auguſtini ſuffragatur, qui Sermone CCXCIII. in Natal. S Johannis inquit: *Ego a Te debeo baptizari opus eſt mihi, neceſſarium eſt mihi: Et hoc* ILLI IBI PRAESTITVM EST, *quando enim Dominus in aqua, non ille praeter aquam* [5]. Atque utinam, ſi quantum accurationis in pictore fuit in deſcribendo quemadmodum Fluvius ex duobus Fontibus YOR, & DAN haud procul diſſitis, bicornis

1 *Codices Mss. Biblioth. Regii Taurinensis Athenaei tom. II. pag. XXV. Taurini 1749.*
2 *Matth. III.*
3 *Oratione XXXIX. edit Pariſien. 1609.*
4 *Memoires pour ſervir à l' Hiſtoire Eccleſiaſtique des ſix Premiers Siecles tom. I. à Veniſe 1732.*
5 *Operum tom. V. Pariſiis 1683.*

nis erumpit; utque SPIRITUS Sanctus ſuperne in Chriſtum illabitur, tantum ſtudii fuiſſet in Imaginibus effigendis! At quid ſibi vult Jeſus ſpecie pueri depictus, in pelvi ſtylobatae incumbente poſitus? Quid Praecurſor adeo imberbis? Totum id inconſulte, & mendoſe factum, ut ſi cetera non aliunde conſtarent, omnem fidem monumento demeret. Permultae aliae quaeſtiones ſunt, quae cum his, quas retulimus, videntur conjunctae, de quibus nihil noſtra refert diſputare; ſed ſi quis earum cognitionem, ſcientiamque requirat, ad egregium librum SS. D. N. BENEDICTI XIV. *De Feſtis Domini Noſtri Jeſu Chriſti*[1], tamquam ad Sacrarum diſciplinarum fontem, eum delegamus, quo in libro omnia, quae de Baptiſmo Johannis in diſceptationem veniunt, mira diligentia doctrinaeque copia diſſeruntur.

DISSER-

[1] *Romae* 1751. *cap.* 1L. *de Epiphania Domini &c.*

DISSERTATIO TERTIA

DE FESTIS IN HONOREM S. PRAECVRSORIS AB ECCLESIA VNIVERSA PERACTIS.

CAPVT PRIMVM.

Feſtum S. Iohannis implicite olim indictum. Ordo, qui a Graecis ſervatur in celebrandis Feſtis S. Baptiſtae. Is Zachariam patrem habuit Sanctiſſimum. Pontificatum Maximum haud geſſiſſe demonſtratur. Laterculus Pontificum Haebreorum a Seldeno, & Capello deſcriptus. Altare Suffitus in ſecunda Templi parte extitiſſe. Zachariam Sacerdotio functum ſortitione facta. Binae Picturae ex Codicibus Vaticanis proponuntur, atque explicantur.

QVAMQVAM publicis monimentis ac litteris conſignatam memoriam prorſus nullam habeamus, qua definite conſtet tribus prioribus Eccleſiae ſaeculis Feſtos dies nomine Sancti Johannis Baptiſtae fuiſſe celebratos; attamen id facile aſſentiar Thomaſinio praeſcriptum fuiſſe implicite eo Canone, quo illuſtrium Martyrum *Paſſionis*, aut *Natalis* dies, ſolemnes eſſe jubebantur. Illum ajo Canonem contentum atque concluſum *Apoſtolicis Conſtitutionibus*, quas ex variis ſacrorum ſcriptorum ſententiis undique conraſis ſecundo, non vero quarto ineunte ſaeculo, conflatas nonnullis veroſimile videtur [1]. Eſt autem hujuſmodi: τὴν ἡμέραν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἀργείτωσαν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων μαρτύρων *In die Stephani primi Martyris ferientur, atque in die ceterorum Sanctorum Martyrum* [2]. Verum brevi temporis intervallo ne dum Natalis Dies S. I. B. ita feſtus eſt habitus, ut maximam praeſeferret ſpeciem ac digni-

1 *Traité des Feſtes de l'Egliſe du P. Thomaſſin ſeconde edition lib.* III. *cap.* XXIII. *à Paris* 1697.

2 *Johannis Philippi Baraterii Diſſertationes* II. ad calcem operis *Diſquiſitio de ſucceſſione antiquiſſima Epiſcoporum Romanorum. Ultrajecti* 1740.

3 *Lib.* VIII. *Cap.* XXXIII. *edit. PP. Apoſtol. Cotelerii*. Etſi Beatiſſimus Johannes ab immuneris fere Patribus Martyr appelleretur, & a Johanne Chryſoſtomo τῶν μαρτύρων πρῶτος *Martyrum primus*, ſi cui tamen ea vox negotium faceſſeret, adeat opus SS. D. N. BENEDICTI XIV. *de Canoniz. edit. Rom. lib.* III. c. XXIV. num. IV. atque ab eo opportune diſcet, S. Johannem ex conſtanti diſciplina veluti Martyrem coli, *etſi non directe pro fide, ſed pro exercitio virtutis ad fidem relatae vitam fuderit*.

dignitatem, ſed plures alii, vertente anno, cum omni cultu tranſacti, ad varia ipſius geſta in Eccleſia commemoranda. Dicturus igitur de ejuſmodi feſtis, qui ordo a Graecis in his celebrandis ſervari ſolet, eumdem tenebo: videtur enim diſpoſitio rei longe conveniens, & natura ipſa accommodatior. Sic itaque in eorum libris ſunt deſcripta.

Ἡ σύλληψις τῆς ἁγίας Ἐλισάβετ.	*Conceptio Sanctae Eliſabet.*
Τὸ γενέθλιον τοῦ ἁγίου τοῦ Ἰωάννου	*Natale Sancti Iohannis.*
Ἡ σύναξις τοῦ ἐνδόξου προφήτου	*Congregatio glorioſi Prophetae.*
Ἡ ἀποτομὴ τῆς τιμίας κεφαλῆς	*Detruncatio venerandi capitis.*
Ἡ ἀνάμνησις τῆς εὑρέσεως κεφαλῆς.	*Commemor. inventionis capitis.*

Fieri minime poſſe intelligo, ut de primo iſtorum feſto acturus, cuivis faciam ſatis, & diligentiſſimum antiquitatis, verique inveſtigatorem me probem, niſi in anteceſſum oſtendero, quibus parentibus in lucem editus fuerit Sanctus Praecurſor, & quam praeſtanti Dei munere atque conceſſu progenitus. Pellantur primum, atque irrideantur illorum ineptiae, qui Johannem citra virilem ſatum conceptum fabulati ſunt [1]. Optimum, ſanctiſſimumque parentem [2] habuit Zachariam Prophetam, & Sacerdotem Domini, de claſſe Abiae [3]; qui quum diu prole careret, eamque ab Eliſabet uxore deſperatae ſterilitatis non expectaret, precibus cum Deo immortali agebat, ut dexter ac volens adeſſet, exoptatamque ei ſobolem daret. Accidit ergo, ut quum Templum ingreſſus thus adoleret, Angelus Gabriel juxta altare thymiamatis ſe illi objiceret, & eum his verbis compellaret: exaudita eſt oratio tua, & uxor Eliſabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Johannem [4]. Priuſquam cetera explico, illud quaeri, & diſcep-

1 Vide quae diximus Diſſert. II. cap. VIII. in notis.

2 Quid ſi in coeleſtium numero collocem virum illum, quem ſanctis novi Teſtamenti adjungendum graviſſimis verbis docuit SS. D. N. BENEDICTVS XIV.? (vide *de ſerv. Dei Beatificat. &c. lib. IV. part. II. cap. 12. num. 2. edit. Roman.*) Latini feſtum Zachariae recolunt quinto Novembris, Graeci vero quinto Septembris. Adi Baronium, & Georgium, illum in notis ad Martyrologium Romanum, hunc in Adonem.

3 Univerſum Aaronis genus Sacerdotio fruebatur; Pontificatus tamen ex iis familiae ſervabatur; ceteri Sacerdotes, ne quid turbarum contingeret, in claſſes quatuor, & viginti diſtribuebantur. Nunc cujuſvis Sabbathi certus Sacerdotum numerus in miniſterio ſuccedebat, aliis tunc abeuntibus; qui ordo a Davide ad extremum uſque excidium per Romanos ſervatus eſt. Abiae autem claſſis octava fuerat. Joſephus *Antiquit. Judaic. lib. VII. cap. 11. edit. Havercampi Lugduni Batav.* 1726.

4 *Lucae cap.* 1.

ptando elici oportere video, num his verbis oſtendatur nec ne, Zachariam *Pontificem Maximum* Hebraeorum fuiſſe. Et quamquam Scaliger *Canonum Iſagogicorum lib.* III[1] confidentiſſime ſcribat otio & litteris abuti, imo de aliorum judicio ludere, qui probare contendunt ſummam ſacrarum rerum poteſtatem non fuiſſe Zachariae collatam, tamen quia maximis patronis ea opinio commendatur, non conviciis, ſed rationibus agenda res eſt. Maximos utique patronos appello Auguſtinum[2], Ambroſium[3], Chryſoſtomum[4], Euthymium[5], atque Bedam[6], ceteroſque illos veteres Eccleſiae Patres, qui unanimi ſenſu ſcripſere Pontificatus Maximi ſacerdotio Zachariam fuiſſe praeditum. Multa attamen ſunt, ex quibus intelligas ſcriptores hujuſmodi, ceteroquin venerandos, minus ſtudioſe, & accurate de hac re exploraſſe.

Sane in Laterculo Pontificum Hebraeorum, quem ſumma diligentia ex Joſepho contexuit Seldenus[7], itemque Ludovicus Capellus, nullus circa haec tempora exſtat Zacharias, cui ſacrorum poteſtas tributa fuerit. Quid ergo illos in hunc impegit errorem? Praecipua,[8] qua nituntur, ratio eſt, quod arbitrentur Zachariam cum ſuffitu introiſſe in ipſa adyta, quo pedem inferre, praeter Pontificem, nulli mortalium licuiſſe conſtat. Verum ſi Templi ſtructuram, atque formam cogites, ſi ritus, praeſcriptaque expendas, utrumque a Pontificatu illum excludit. Nam primo auctor eſt Joſephus *de Bello Judaico*[9] Altare ſuffitus fuiſſe extra ἅγια ἁγίων *Sancta Sanctorum*, atque in ſecunda Templi parte, cui non Pontifex, ſed gregarius Sacerdos inſerviret. Quamobrem, quum S. Lucas affirmet Zachariam Templum adiiſſe, ut arabico, gratoque thure Deum coleret, eique juxta θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος Angelum apparuiſſe, nihil cauſſae eſt, cur dicamus introgreſſum fuiſſe ſummum, & ſecretius Sanctuarii penetrale. Illud praeterea dehortatur, quominus credamus Pontificatum Maximum aliquando coepiſſe, quod ei forte obtigerit, *ut incenſum poneret*[10]; ſi quidem erat

1 *V. De Emend. Tempor. Coloniae Allob.* 16[illegible].
2 *Tractat.* XXXII. *in Johannem. Inter opera tom.* III. *part.* II. *Pariſiis* 1680.
3 *Ambroſ. in Luc.* I *oper. T.* I. *Pariſiis* 1686.
4 *De oraculo & incredulitate Zachariae* Combefiſius [illegible] *Pariſiis* 1667 [illegible] *abſoluta opinio Summi Sacerdotii Zachariae*.
5 *In Luc. Pariſiis* 1561.
6 *In Luc. Baſileae* 1563.
7 *De ſucceſſ. Pontific. c.* [illegible] *Francofurti* 1673.
8 *Series Sum. Pontif. Hieroſolymit. Salmurii* 1683.
9 *De Bello Judaico lib.* 1. *cap.* [illegible]
10 *Lucas* I. [illegible] in intimo Sacrario ſemel quotannis ex aromatibus fragrantiſſimis ſuffitum confici a Pontifice, & bis quotidie in ſacrario exteriori a Sacerdote. Vide Lightfootum *De Miniſterio Templi cap.* 10. *ſect.* [illegible] *Roterodami* 1686.

erat haec vulgarium tantummodo Sacerdotum conditio, ut ſortitione facta, rei divinae operarentur, non vero ſummi ſacrarum caeremoniarum Antiſtitis, qui certo, ſtatutoque die, vel quum opus eſſet, per hoſtias Deo ſolemniter ſupplicabat. Nunc inſtituti operis ratio me ad antiquitates revocat, admonetque, ut ſi quae eſſe poſſunt huc pertinentia ſacrae vetuſtatis monumenta, ad rem confirmandam proferantur. Binas Picturas, eaſque aetate quaſi ſupares, quas Vaticani Codices ſuppeditant, quorum alter celeberrimum Baſilii Imperatoris MENOLOGIUM [1], alter LECTIONARIUM [2] continet, aerea tabula inſculptas ſubjicio.



EX MENOLOGIO BASILII

EX LECTIONARIO VATICANO DEPICTO

Ex his, niſi omnia me fallunt, conjectare licet veterum Patrum opi-

1 Deſcriptum fuit juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris, editumque una cum picturis Urbini an. 1727.

2 *Cod. Palatin.* CCCCXXVII. vix poſt ſeculo XI. ſcriptus, in cujus calce charta, aliena manu ſcripta, aſſuta eſt, quae ad hunc librum nullo modo pertinet, hiſce verbis. *Sunt hi praeſentes duo Epiſtolarum, & Evangeliorum libri cura Prioris Wernheri de Tuxheym ſumptu non modico, puta ottoginta pene Florenorum in Imperiali Civitate Hagenowe manu cujuſdam Gabrielis opere argenteo (veluti cernis) perpoliti, & ſubre facti & reformati.*

opinionem de Zachariae Pontificatu ad ſequiora ſaecula manaſſe; nam etſi Pontificalia Hebraeorum indumenta hic minime exhibeantur; quod Braunium vix legenti patebit [1]; attamen a Pictoribus indicia appoſita ſunt, quibus inſpectis Pontifex cenſeretur Graecus artifex Pileum turbinatum ad inſtar modii capiti Zachariae impoſuit, quod pro *Cidari*, ſeu Tiara haberi poſſe exiſtimaverim. Equidem id Simeoni Theſſalonicenſi [2], & Curopolatae [3] concedam, Graecos Mitra non eſſe uſos, nudatoque capite ſacris fungi conſuevisse, eamque ob cauſſam reor accidiſſe, ut in Baſilii Menologio Epiſcopi abſque Infula perpetuo depingantur: ſed quum pictor fama accepiſſet Pontificem Hebraeorum longiuſculum capitis integumentum adhibuiſſe, nihilque in hoc praeter auditionem haberet, neſcio quid paullo aſſurgens effinxit, quo ſatis rem exprimi poſſe putabat. Contra vero Latinus artifex Mitram oblongam, & bifidam pinxit, qualem ſua aetate Epiſcopos geſtare conſpexerat. Vterque ab his ornamentis pingendis abſtinuiſſet, niſi utrique ea animo inſediſſet opinio Zachariam Pontificatum Max. geſſiſſe. Neque vero haec oratio ideo a me ſuſcepta eſt, quod velim obſcuris hiſce teſtibus, levique hoc argumentationis genere firmiſſimam ſententiam convellere; ſed ut quicquid de hac controverſia in libris antiquorum deprehenderam, veluti in unum locum comportarem.

CA-

1 *De Veſt. Sacerdot. Hebraeorum tom.* II. *cap.* XXI. *Amſtelodami* 1680.

2 *De Templo. Ingolſtadii* 1603.

3 *De Officiis magnae Curiae cap.* I. Ad obſervationes Gretſeri *cap.* XVI. *Pariſiis* 1614. Andreas Sauſſayus in *Panoplia Epiſcopali lib.* I. *Pariſiis* 1646 agit uberrime de Mitrae antiquitate, conquiſitis undique exemplis, diligentiſſime diſputat, eamque Latinis Epiſcopis antiquitus datam oſtendit, ineptaſque Molinaei ſcurrilitates adverſus ſacrum hoc capitis ornamentum egregie refellit.

CAPVT SECVNDVM

Quo anni tempore conceptus S. Baptiſta. Iohannis Archiepiſcopi Nicaeni teſtimonium. Conſentit cum Eccleſiaſticis Graecorum Faſtis, ubi de feſto Conceptionis S. I. B. *Menologium Baſilii minus accurate latine redditum ab Arcudio. Stephanus Tritheita Conceptionem adnotat Menſe Novembri. Syri in hunc ipſum inclinatum menſem rejiciunt. Latini Feſtum celebrant* VIII. *Kal. Octob. Baronius a Caſauboni criminationibus vindicatus. Martyrologia, & Kalendaria vetuſtiſſima MSS. Bibliothecae C. R. recenſentur. Cur cultus aliquando peractum. Locus difficilis ex Epiſtola Auguſtini explicatur. Cur hac aetate Feſtum illud obſoleverit.*

QVo potiſſimum anni tempore maximus ille Dei internuntius Zachariae repente apparuerit, inquirendum eſt; hinc enim cetera, quae de conceptione Baptiſtae, & de feſto, qui ejus memoriae cauſſae anno redeunte celebratur, dicenda ſunt, quaſi ex uno fonte profluunt. Ex antiquis, ſacriſque ſcriptoribus, haud vetuſtiorem, vel diligentiorem alium reperies Johanne Archiepiſcopo Nicaeno, qui de conceptione Praecurſoris in ſuis libris mentionem ſollerter adeo, & definite injecerit. Floruit is ſaeculo Chriſti VII., atque in Oratione de Nativitate Domini ad Zachariam Catholicum Majoris Armeniae ad hunc modum, Combefiſio interprete, ſcriptum reliquit: *Porro menſe* VII. *die menſis* X. *erat expiationis dies,* XV *autem erat ſolemnitas Scenopegiae. Ipſo menſe concepit Eliſabet,* X. *menſis Teſirim, in die expiationis fuit* XXIII. *Septembris conceptio Iohannis*[1]. Conſentit cum Eccleſiaſticis Graecorum Faſtis, in quibus hoc die ea celebritas communiter adnotatur. Revera in eorum Menaeis ſic inſcribitur: **Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κ. γ. ἡ σύλληψις τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου.** *Menſis Septembris* XXIII. *conceptio venerandi, & glorioſi Prophetae Iohannis Baptiſtae*[2]. & in metricis Ephemeridis hoc item die litteris conſignatum legimus:

> Εἰκάδι δὲ τρίτῃ γαστὴρ λάβε Πρόδρομον ἔσω.
> *Prodromum includit Vigeſima tertia in alvum*[3].

Simi-

1 *In Bibliotheca Patrum Lugdunenſi* tom. 12.
2 *Venetiis apud Pinellum* 1639.
3 Proſtant [illegible] 23. Menſis Maii Bollandiſtarum.

Similiter Kalendarium Graecum a Gilberto Genebrardo praefixum Commentario Pſalmorum [1], atque Baſilii Menologium [2] *de conceptione Johannis Baptiſtae* agunt IX. Kalendas Octobris. In quo ſi quiſpiam Vghellum reprehenderit, quod pro XXIII. pridie illius adſcripſerit, ſatis juſta exſcuſatio videtur, Menologium edidiſſe non ex autographo deſumptum, ſed quale ex Graeco latine redditum a Petro Arcudio acceperat [3]. At poſtquam Graecus textus, hortante maxime Venerabili, & ſupra fidem doctiſſimo Cardinali Thomaſio, typis excuſus, in omnium oculis verſabatur, parum diligenter fecit Clariſs. Sabbatinius qui in Vghelli erratum incidit, diemque XXII (pro nota K Γ., quae eſt in Menologio) haberi affirmavit [4]. Sed haec feſtinationi, & occupationibus, quibus diſtinebatur dum ſcriberet, ignoſcenda. Quamquam non ita apud Graecos ſine varietate conſtitutum eſt per id tempus accidiſſe conceptionem Johannis, ut eadem omnium opinio fuerit. Acute ad id diſputat apud Photium Stephanus Tritheita, cognomento Gobar, homo vere perpugnax, eo libro, quo plura refellere aggreditur per oppoſitionem. Photius capitum ſeriem atque ſynopſin ſic orditur: Ἔστι δὲ τὰ κεφάλαια, περὶ ὧν ἡ διὰ τῶν χρήσεων διπλῆ καὶ ἀντικειμένη σπουδάζει κατασκευὴ ταῦτα. *Haec autem ſunt capita, de quibus per teſtimonia duplex & contraria ſententia proponitur* [5]. Sed quid proferat de conceptione Baptiſtae magnus hic trico audiamus. Ὡς ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ὀκτωβρίῳ μηνὶ συνελήφθη. οὗ τὸ ἀντικείμενον, ὡς οὐκ ἐν τούτῳ, ἀλλ' ἐν τῷ νοεμβρίῳ. *Iohannes Baptiſta Octobri menſe conceptus eſt; cujus contrarium, non in hoc, ſed Novembri.* Verum quum Photius argumenta non protulerit, quibus ad haec affirmanda adducebatur Gobar, fieri non poteſt, ut dicta ipſius a nobis refutentur. Credibile ceterum eſt, haec ſua παράδοξα vel ab aliis convicta & fracta, vel diuturnitate neglecta extabuiſſe, quandoquidem nullum in tota Graecia ſuperſtes eſt veſtigium. Neque tamen Syrorum morem audeo vituperare, qui quum ſacra anni tempora ad calculum revocent ratione a noſtra prorſus diſſimili, hoc feſtum in inclinatum jam Novembrem rejecerunt. Adferam quod de ea re habet eruditus Duretus.

An-

1 *Venetiis 1606.*

2 *Ubi ſupra.*

3 *Videſis Praefationem ejuſdem Menologii, nec non aureum opus* BENEDICTI XIV. *de Canoniz. SS. lib. IV. parte II. cap. 29. Novae edition.*

4 *Il Vetuſto Calendario Napolitano di D. Lodovico Sabbatini tom. II. Napoli 1747.*

5 *Biblioth. Cod. CCXXXII. edition. Stephani 1611.*

[1] *Anni Ritualis initium circiter Kalendas Novembres ita ſtatuunt Syri ut Natalem Chriſti Domini dies octo antecedant. Primo dominico die dedicationem Templi celebrant . . . . Tertio adnuntiationem Zachariae Patri de Iohannis Baptiſtae filii ortu factam . . . . Sexto Nativitatem Iohannis &c.*

Quaerendum modo, quae fuerit Latinorum ſententia, quidve hi conſtituerint. Ille quidem princeps ingenii, & doctrinae Baronius, cujus tam propria fuit veri inquiſitio, atque inveſtigatio, ſic tradit. *Anno ab Vrbe condita* DCCL. *Coſſ. Sabino, & Rufo, Olympiadis* CXCIV *anno* I. *Auguſti Imp. a Triumviratu initio* XXXIX. *octavo Kalendas Octobris poſt aequinoctium ſolemnis jejunii tempore Sanctus Iohannes Baptiſta in utero materno conceptus eſt* [2]. Nec mihi quicquam occurrit, cur non illius ſit vera ſententia, nam quae contra afferuntur a Cauſaubono [3] ad invidiam illi conflandam, ea ſubtiliter magis, quam vere dicuntur, ac nemo eſt in litteris mediocriter verſatus, qui iſtius judicium non repudiet, & non pernegat, quod Caſaubonus contendit, Joh. conceptum fuiſſe *ſub finem Julii*. An non magnus Annalium Eccleſiaſticorum conditor, & parens id unum ex vetuſtiſſimis eruit Kalendariis? An non majorum inſtitit veſtigiis? Quod ne quis a me inconſiderate dictum putet, ſpecimen eſto. *Feſtum conceptionis S. Iohannis Baptiſtae* deſcriptum legitur *Octavo Kalen. Octobris*, nedum in Kalendariis Wandelberti, Rabani, Adonis, Vſuardi, Notkeri, ſed in Martyrologio ante annos mille exarato ſub nomine S. Hieronymi, quod ex MSS. S. Germani Autiſiodorenſis protulit Martene in Theſauro Anecdoctorum[4], in Morbacenſi, in Corbejenſi, in Fragmento per vetu-

1 In *Theſaur. Hiſtor. Linguar.* cap. 11. *de Lingua Syriaca apud Thierſium de Feſtor. dier. Dominic.* c. xxvi. *Lugduni* 1668. Syriam quamdam ſupputationem profert Cl. Aſſemanus (in *Bibliotheca Orientali* tom. III. cap. 11. *Romae* 1725.) ex Gregorio Abrela Metropolita, quam hic libenter exſcribendam relinquo. *Quando, & qua die contigit annuntiatio Johannis, & quando natus eſt? Anno Alexandri* ccc. *annuntiatus, natuſque eſt Johannes* . . . . . *Annuntiatus autem fuit Johannes die decima Lunae ſeptimae, hoc eſt menſis Octobris Lunaris, qui in Solarem Kal. Septembrem incidit, die vigeſima ſexta, feria quinta* . . . *Conceptus eſt Johannes initio Lunae menſis Novembris, quo idem erat ac Solaris Octobr. die hujus decima ſeptima, feria ſexta &c.*

2 *In Apparatu ad Hiſtor. edit. Vaticanae.*

3 *Exercit. Baronian. Londini* 1614. Vir hic, qui tantum ſibi arrogat, turpiter ſane labitur quum *Exercit.* 1. §. 25. Homiliam quamdam S. Cyrilli teſtem advocat, qua doceri aſſumit apud Aegyptios feſtum hoc celebrari conſueviſſe die xxiii. Aprilis. Merito carpitur a Tillemontio, quia revera nulla extat Cyrilli oratio, in qua de conceptione S. Johannis Baptiſtae diſpuret. *Mémoires pour ſervir à l'Hiſtoire Eccléſiaſtique* tom. 1. not. 1. *à Paris* 1732.

4 *Tom.* III. *Pariſiis* 1717.

vetuſti Martyrologii Tornacenſis[1], in antiquiſſimo Eccleſiae Germanicae ex Bibliotheca Matthiae Friderici Beckii[2], in Meſſanenſi Franciſci Maurolici[3], in Kalendario Capuano praefixo Pſalterio litteris Langobardicis[4], itemque in alio in fronte *Miſſalis* Eccleſiae Panormitanae[5]. Et ſi qua auctoritas, ſi qua fides tribuenda libello a Rufino Monaco an. MCCLIII. manu exarato, cujus potiſſimum meminit Campius in Hiſtoria Placentina[6], poſtquam *elevationem* corporis S. Sabini Vrbis illius Antiſtitis a S. Mauro peractam deſcripſit, ſubdit: *Ad pedes Beati Sabini eſt altare S. Martini Confeſſoris, & S. Euſebii Monachi, cujus Feſtivitas eſt in conceptione S. Ioh. Baptiſt.*

Sed ut in re ceteroquin apertiſſima novi aliquid promam, his adjungo Martyrologium *S. Mariae de Pleſco* (quod fuit Monaſterium in Liris Peninſula, prope Soram). Membranaceum eſt & litteris Langobardicis ſcriptum ante Saeculum VIII. Addo Martyrologium *Eccleſiae Pulſanenſis* in Monte Gargano, ejuſdem omnino notae, & antiquitatis. Duo item alia, quorum unum fuerat ad uſum *Monaſterii S. Mariae Magdalenae*, ſcriptumque initio Saeculi noni; alterum *Sancti Stephani Meſſanenſis* Dioeceſis, exaratum An. MCX. Item Kalendaria Eccleſiae Matheranae, & Acheruntinae, S. Sophiae de Benevento, *Kalendar. Officii Eccleſiaſtici Eccleſiae S. Eligii de Neapoli*. Hos quot quot enumeravi, libros Rituales, Neapoli in conſilium adhibui, quum noſtri Ordinis Bibliothecam SS. Apoſtolorum omnibus litterariis divitiis ornatam, atque refertam, diligens luſtrarem[7]. In his autem feſtum conceptionis diei XXIV. Septembris conſtanter affigitur. Quod ſi in Eccleſiaſticis Latinorum Tabulis aliquando adnotatum reperies die XXIII. ut in Marmoreo Neapolitanae Eccleſiae, vel etiam XXII., factum id ſcias (inquit Bailletus[8]) quod illae *Annuntiationem* Zachariae potius, quam Conceptionem Eliſabet, quae aliquos poſt dies conſecuta eſt, recolendam propoſuerunt. Sed dum in vado rem eſſe credimus, erunt qui nobis objiciant Auguſtinum in epiſtola ad Bibianum ſcri-

1 Ms. Vide Claudium Jolium ad Cardinalem Bettium & Bolonium pro Uſuardo. Martene de Antiquis. Eccleſ. Diſciplina in Divin. Offic. celebr. Lugduni 1706. Tornacenſis Eccleſia olim feſtum hoc celebrabat, ut ſcribit Johannes ... Epiſt. ad Anton. Sabloninum Rotomagi 1672.

2 Auguſtae Vindelicorum 1687.

3 Venetiis 1568.

4 Sanctuarium Capuanum Neapoli 1630.

5 V. Johannem de Johanne de Divinis Siculorum Officiis Panormi 1736.

6 Tom. 1. lib. v Placentiae. 1651.

7 Plut. X. num. 2. Cod. 3. 20. 35. Plut. V. num. 21. Cod. 1.

8 Les Vies des Saints tom. 3. 24. Juin à Paris 1715.

ſcribentem. *Johannes eodem die traditur conceptus, & Herodis funeſto gladio trucidatus*. Epiſtolam laudat Mabillonius lib. II Liturgiae Gallicanae [1], & in vetuſto Codice Monaſterii S. Petri Cartonenſis ſe vidiſſe aſſerit Schultingius [2]. Caedem autem Johannis prope ad ſanctum Paſcha contigiſſe nemo non novit. Igitur & conceptio tunc accidit. Verum eccur adhuc incompertum epiſtolam illam ad ſpuria Auguſtini opera a viris doctiſſimis amandari? Nihilominus genuinus foetus eſto, per me licet, quid inde conficient? Auguſtinus ait *tradi*, videlicet ab aliis perhiberi, & dici, non ipſe *tradit*, vel affirmat; imo quia ab aliis *traditum* tantummodo ſcribit, nec opinionis illius ſponſor accedit, argumento eſt, ipſum etiam de ea ſuſpicari, atque dubitare.

Hoc loco fortaſſe ex me ſciſcitabitur lector, quare ergo feſtum hoc apud nos pene obſoleverit, ut etiam a Romano Martyrologio expunctum fuerit? Nam etſi legatur in veteri Roſveidano [3], & in eo quod edidit Alexander de Peregrinis An. MDIX. [4], ſilent cetera a Lubino [5], Galeſinio [6], aliiſque vulgata. Cauſſam inde repetunt pleriqque apud Franciſcum Florentinium [7], & Hydruntinum Pontificem de Aſte [8]; cenſuiſſe Romanos Proceres, caeremoniarum, religionumque cuſtodes, diem hunc feſtum, & ſollemnem non habendum, ne quis putaret Johannem labis, & maculae ab origine ſuſceptae fuiſſe expertem, cum prima ſceleris contagio ad omne pertineat genus humanum, ſi integerrimam Dei Matrem excipias, cujus conceptus, & vita omni vitio prorſus caruit. Ut ut ſit, ſero a noſtris feſtum hoc ſublatum eſt.

L CA-

1 *Liturgia Gallicana Pariſiis 1685.*

2 *Biblioth. Eccleſiaſt. ſive Commentarior. ſacror. expoſit. Miſſal. &c. Coloniae Agrippinae 1590.*

3 *Antuerpiae 1613.*

4 *Martyrologium ſecundum morem ſacroſanctae Rom. & univerſalis Eccleſiae ſcriptum & emendatum &c. Venetiis.*

5 *Martyrologium Romanum Pariſiis 1661.*

6 *Martyrolog. S. R. E. auctore Petro Galeſinio Romae 1638.*

7 *Vetus Eccleſiae Occidentalis Martyrologium, Lucae 1668.*

8 *Diſceptationes in Martyrologium Roman. Franciſci M. de Aſte ex Clericis Regularibus Beneventi 1716.*

CAPVT TERTIVM

Quo loco Johannes conceptus. Non Emeſae, non Bethlem, neque in Caſtro Macheruntis. Florentinium minus accurate feliciterque pro ultimo pugnaſſe. Papebrochii conjectura proponitur. In agro Hebron praeclarum facinus accidiſſe. Quandonam Praecurſor ſanctitatem fuerit adeptus. Feſtum Sanctificationis S. Johannis *in Martyrologio Caſtellani adnotatum. Patres exultationem Baptiſtae cognitionis minime expertem cenſuere. Quae a Baſnagio contra afferuntur, infirma omnia ac labantia.*

SEQVITVR diſputatio copioſa illa quidem, ſed paullo abſtruſior, quo tandem loco praeclariſſimi Baptiſtae conceptio acciderit. Eſt de eo inter magnos homines ſumma diſſenſio; Vrbem enim in qua Johannes conceptus, natuſque eſt, alii Emeſam fuiſſe, alii Macheruntem, Jeroſolymam alii, nonnulli Bethelemum, plerique Hebronem exiſtimant. Noſtra ſcriptio quidquam aliud non aget niſi, ut eliciat, & tamquam exprimat aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id proxime accedit. Sed huc omnis redit quaeſtio, ubi certo, ac diſinite exiſtiterit celebris illa Zachariae domus, in qua Johannem primo conceptum, deinde in communem hominum vitam introiiſſe fatendum eſt; nam in ipſiſſimis aedibus utrumque non contigiſſe quis addubitat? Igitur quid vero ſimilius ſit videamus. Principio id mihi dari, atque ab omnibus concedi reor, quod legitur in Lucae Evangelio domum illam fuiſſe ad Vrbem quamdam Judaeae in regione aſpera & montoſa [1]. Jam vero Emeſa, quam Johannis natale ſolum nullus facit, praeter apographum quoddam Martyrologii Hieronymi, & Euſebii [2]; neque montibus incumbit, neque Vrbs Judaeae, ſed Phoeniciae dicitur in ipſomet Codice. Pro Macherunte pugnat Florentinius ſingulari exercitatione [3], omnibuſque enititur viribus, ut probet in ſuo Lucenſi Hieronymiani Martyrologii exemplo, veriſſime, & ſumma cum fide affirmari Johannem *In Caſtello Macheruntis* fuiſſe conceptum. Non invitus illi concedam Macheruntem arcem fuiſſe, quam Herodes Aſcalonita in procera altitudine praeruptis vallibus circumſepta, ut ait Joſephus [4], munierat, atque exornaverat, idem-

1 *Cap.* 1
2 Confule Papebrochium
3 *Libro jam citato.*
4 *De Bello Judaico lib. VII. cap.* XXV.

idemque Caſtrum, ſecundum novos Romanorum conſtitutos limites, inter Judaeae Vrbes accenſeri poſſe. Quis tamen eſt, qui non intelligat quam tenue, & infirmum ſit, quod a ſitus ſimilitudine petitur argumentum? Praeterea Lucenſes Tabulae ad diem XXIV Junii habent: *In Provincia Paleſtina Civitate Sebaſtia Natalis S. Johannis Baptiſtae*, quumque fateatur Florentinius Eliſabetam filium ſuum peperiſſe ubi eam Beatiſſima Dei Mater ſalutatum adivit, quid ni dicamus ex Hieronymiano Martyrologio duo haec Sebaſte accidiſſe? At, inquit, eo loco, vel erratum deſcriptoris indiligentia irrepſiſſe, vel Sebaſtem ceteris Vrbibus praeponi, quod illic potiſſimum S. Johannes coleretur. Ita ne vero? Sed haec in ipſum promptiſſe intorqueri poſſe quis non videt? nam quod ille de Sebaſte, nos de Macherunte pari ratione affirmabimus.

Interim videant alii an aliquid valeat Papebrochii conjectura, qui non *Conceptio*, ſed *Captio* eſſe fortaſſe legendum ſuſpicabatur[1]. Equidem in antiquis Codicibus plura compendiario ſcribi conſueviſſe norunt eruditi, proindeque ſi ab amanuenſi notatum fuiſſet ſic *Cptio*, facile ea vox potuit accipi pro *Conceptione*, quum revera *Captio*, ſive prima conjectio in carcerem deſignetur, quando nempe Johannes in oppido Macheruntis prima vice vinculis mancipatus eſt[2]. Firmiſſimum illud praeterea afferri poteſt, quod Macherus non fuerit ex Vrbibus in partitione Terrae Sanctae ſacerdotibus ad habitandum attributis, quod item de Bethleem dicendum eſt. Tandem Jeroſolyma non ad Juda, ſed ad Tribum Beniamin pertinebat. Reliquum igitur, ut Hebrone, quae in montanis, in Tribu Juda, ac ſacerdotalis Vrbs erat, conceptionem Praecurſoris contigiſſe credamus. Nihil autem aſſentiri vetat Johannem in Hebron conceptum propriiſſime dici, etſi Zachariae domus non intra Vrbis ambitum fuerit, ſed in ſuburbanis illius, quae latiſſime circumquaque protendebantur. Sane in libro Joſve commendantur Cap. XXI. *Hebron in monte Judae, & ſuburbana ipſius per circuitum*, at quae bello Iſraelitico in circumpoſitis agris accidiſſe ſcimus, perinde ac ſi in ipſa Hebron eveniſſent, narrantur. Dum ergo in Vrbis illius territorio Zachariae aedem ſtatuimus,[3] jure in Hagiologiis laus, & gloria rerum in ea geſtarum, uni Vrbi adſcribitur[4].

L 2 Johan-

1 Vid ſupra.

2 Ad Collationem de Duplici Interpretatione, Lucae Commentar. ſive Harmoniam Evangel. Pariſiis 1689.

3 Confer Diſſert. I. capite ultimo.

4 Vide opus SS. D. N. BENEDICTI XIV. de Feſtis B. Mariae Virginis cap. V. de Viſitatione edit. Romae 1751.

Johannem in utero Eliſabet, quum a Virgine ex Spiritu Sancto gravida ſalutata eſt, exiliiſſe gaudio, & motibus inſolitis cieri agitarique coepiſſe narrat Lucas in Evangelio[1]. Non alio ſane, quam hoc uno auſpicatiſſimo die originis labe deterſa, ſanctitatem fuiſſe adeptum, eamque uberrimam, & Spiritu Sancto repletum[2], egregie evincit Sapientiſſimus BENEDICTVS XIV. De Johannis autem Sanctificatione feſtum aliquod in Eccleſia fuiſſe peractum indicio eſt, quod Clariſſimus Caſtellanus in *Martyrologio Vniverſali* adnotat his verbis. *I. Avril a Hebron en la Iudée la Sanctification de Saint Iean[3] Baptiſte*. Vtinam vir eruditiſſimus, magno auſu coeptum opus perfeciſſet, deque hoc feſto aliquid dilucidius propoſuiſſet, ne dubii & incerti haerere cogeremur. Verum ſi *gaudio exultaſſe* traditur Johannes[4], gaudium a cognitione proficiſcitur, ſine qua nihil laetitiae eſſe poteſt, quare apud Eccleſiae Patres inveteravit opinio exultationem illam ne dum ſupra naturam, ſed neque cognitionis expertem fuiſſe[5]. Nolo in illis nominatim recenſendis immorari, quum in omnium oculis ſint evulgata praeſertim a duobus noſtri aevi Theologis praeclariſſimis, Cardinali Gotto[6] & Jacobo H. Serry[7], monumenta ex omni litterarum memoria collecta, quibus ea opinio invictiſſime probatur.

Sed convellenda obiter mihi eſſe video Samuelis Baſnagii argumenta, quibus eam oppugnare contendit; non quod fallaciis ſuis, & nugaci diſputatione quicquam nobis officiat, ſed ut evidenter deprehendatur, quam ſaepe ineptiant hujuſmodi homines, contentionis cupidiores, quam veritatis, dum noſtra quaeque in ſuis libris vellicant, & maledico dente carpunt. Primo igitur ait[8]: *Vix patitur ſapientiſſimus ille ordo a Deo conſtitutus, ut Iohannes divinarum priuſquam humanarum rerum notitia fuerit imbutus*. At quis eſt quaeſo hic ordo, ubi, & a quo indictus? Ergo ne omnes notiones ab externarum rerum ſpecie ducimus? coeleſtium omnium ſcientiam ab humanis emendicamus? repugnabit omnis Platonicorum ſchola. Equi-

1 *Lucae* 1. 2 *Loc. cit.*

3 *Martyrologe univerſel, & deux additions a chaque jour par l'Abbé Chaſtelain à Paris* 1709. 4 *Lucae* 1.

5 Patres omnis aetatis, qui verbis ampliſſimis id unum [illegible], recitat Jacobus Hyacint. Serry *Exercitationes de Christo, ejuſque Matre exercit.* XXVIII. n. VIII. *Venetiis* 1717.

6 *Veritas Religionis Christianae tom.* IV. *cap.* VI. *Romae* 1736.

7 *Loc. cit.*

8 *Annales Politico Eccleſiaſtici tom.* 1. *ad an.* 2. *ante Dom.* [illegible] & [illegible] *Roterodami* 1706.

quidem Deum agnoſcimus ex operibus illius, at qui Johannem adhuc in utero clauſum ſuo numine implevit, & leges naturae antevertit, non potuit ſui Ideam menti illius inſculpere, & apta ad id cerebro imprimere veſtigia? Qui ordo attendendus, ubi omnia miraculis adnumeranda ſunt, & portenta portentis ſuccedunt? Eſt igitur longe alia Johannis, quam reliquorum credentium habenda ratio, qui per auditum fidem ſibi parant, multiſque adjumentis egent, ut in fide excitentur. In illis enim numerandus, qui non humanitus, ſed per magiſterium Spiritus intrinſecus edocentur[1] Pergit Baſnagius ad hunc modum *Sapientior materno in utero evaſiſſet, quam in aetate infantili, in qua vagiebat, & de ſolis alimentis, non de divinis myſteriis cogitabat* O ſingularem argumentationem! O mirum hominis ingenium! quaſi coeleſti monitu reſciret Johannem nihil uſpiam de divinis myſteriis in animo verſaſſe. A quo illi patefactae ſunt intimae Praecurſoris cogitationes? Illud primum nobis probet non eundem animi ſenſum, mentiſque intelligentiam perpetuo habuiſſe a patrati miraculi die. Praeterea ad illud Evangelii Johannis Cap. I. verſ. XXXIII. ſic provocat. Dei monitu opus fuit ut Johannes Jeſum ad Baptiſmum venientem agnoſceret; nam ait, *Ego neſciebam eum*. Ergo Chriſtum Domini tunc primo cognovit, quum Spiritum Sanctum columbae ſpecie capiti illius incumbentem vidit. Pudeat jam litteratum hominem millies depulſam accuſationem inſtaurare; & ſi Patres Eccleſiae Chryſoſtomum, Cyrillum, Theophylactum[2] in poſtremis teſtibus habet, ſuum audiat Bucerum[3] *Veriſimile eſt quum Johannes in Deſerto Judaeae, Chriſtus in Galilaea uſque egiſſent, ut de facie alter alterum humanitus non noverit* Igitur externa oris lineamenta neſciebat, vel cujus figurae, habituſque eſſet, id tantum ignorabat. Ceterum quae illi de Chriſto notitia animo inerat, perfecta confirmataque eſt, viſis ſignis atque prodigiis. Quod autem poſtremo Baſnagius poſtulat, eccur Deus, qui Johanni in matris viſceribus uſum rationis impertivit, linguae verba, fandique facultatem non ſuppeditarit? adeo mihi imprudens & ridiculum videtur, ut contemnendum potius, quam refutandum exiſtimem. Quamobrem ad feſtos dies noſtra iterum ſe referat oratio.

CA-

1 S. Gregorius Magnus lib. I. Dialog. c. I. Pariſiis.

2 V. Petrum Caniſium de Johanne Baptiſt. lib. I. cap. VII. Lugduni 1584.

3 Commentar. in I. Johannis apud Caniſium.

CAPVT QVARTVM.

Feſtum Nativitatis S. I. B. omnium praeclariſſimum. Ejus antiquitas haud petenda a Concilio Agathenſi. Schmidius refutatus. Eccleſiae PP cujuſvis aetatis ſumma cum caeremonia hunc diem curandum edixerunt. Quare Natale *aliquando inſcribatur. Maxima feſti hujus apparatu. Pervigiliorum origo a Kortolto, Bohemero, & Schurzfleiſchio perperam traditur. Rituale Lateranenſe Coeleſtini* II. *temporibus ſcriptum. Iejunium* XIV *dierum ante Nativitatem S. Iohannis indicitur a Concilio Salegunſtadienſi Fragmenta Concilii Ilerdenſis maximis Feſtis Domini exaequant. Pontifices, & Imperatores omnibus pietatis ſignificationibus celebrant. Diſciplina Farfenſis quid mandet eo die. Ab ipſis Mahometanis coli.*

AD ſplendidiſſimum omnium, de quibus agimus, feſtum accedimus, in quo uno argumento, ne rerum copia, & varietate veluti obruamur, perturbateque idcirco dicamus, illud in tria capita diſcerpimus. Diſputabimus igitur I. De feſti Nativitatis S. Johannis antiquitate, II. De vario hujus feſti nomine, III. De maxima illius celebritate, ſanctiſſimoque apparatu. Quae tria poſtquam explicavero, id unum cuique patebit, conſulto & jure S. Bernardum ſcripſiſſe. *Merito Eccleſia, quae ceterorum non Nativitatem, ſed mortem Sanctorum judicat, & praedicat pretioſam, ſingulari quadam exceptione feſtis praeſefert gaudiis veneraturque illius natalem, de quo, nuntiante Angelo, ſingulariter legitur: Et multi in Nativitate ejus gaudebunt.* [1]

Feſti hujus antiquitatem plerique repetunt a Canone XXI. Concilii Agathenſis, habiti a XXXV Epiſcopis, Anno reparati Orbis DVI, Alarici Gothorum in Gallia Regis Anno XXII., & Symmachi Papae An VIII. Canon praecipit, Oratorium in agro haberi non licere in maximis Feſtivitatibus, in his autem adnumerat *Natalem S. Iohannis Baptiſtae* [2]. Vetuſtiſſimum id omnium ex tota retro antiquitate eſſe cenſent monumentum, quod hac in re afferri poſſit. Quare Jo. Andreas Schmidius in Hiſtoria feſtorum ſine dubita-

1 Epiſtola CLXXIV. Sanctus Auguſtinus cauſſam affert cur nullius Sanctorum, praeter Johannis Natalitia ab Eccleſia celebrentur, quia nullus alterum matribus (niſi Johannis) Domino militavit. Serm. CCXCII. operum tom. V. Pariſiis 16 5.

2 Labbe Concil. tom. IV. Pariſiis 1671.

bitatione ſcribit. *Die Vigeſimo quarto Iunii Iohannis Baptiſtae Feſtum, ſaeculo quinto, vel ſaeculo ſexto jam obtinuiſſe nonnulli volunt, quod partim ex Maximi Turonenſis* (corrige *Taurinenſis*) *Homilia hodie habita; partim ex Concilio Agathenſi patet, quod pro reſtitutione diſciplinae Eccleſiaſticae anno* DVI *celebratum fuit, & Iohannis Feſtum inter maximas Feſtivitates connumeravit* [1] Verum quantum illum haec fallat opinio, duo potiſſimum demonſtrant. Alterum eſt Sermo CCXCII, quem S. Auguſtinus ad populum habuit, longe ante Concilium Agathenſe, in quo aſſerit non a ſe invectum eſſe hoc feſtum, ſed coli tamquam a majoribus tranſmiſſum, verbiſque diſertiſſimis inquit: *Hoc majorum traditione ſuſcepimus* [2]. Neque enim conſuevisſet, quotannis, concione in templum advocata, de laudibus Praecurſoris hoc die ex edito loco dicere [3], niſi ex vetere inſtituto hanc ſollemnitatem retineri didiciſſet. Alterum eſt Kalendarium Eccleſiae Chartaginenſis, omnium editorum antiquiſſimum, ſcriptum litteris majuſculis, ubi legitur VIII. *Kal. Iul. Sancti Iohannis Baptiſtae*. nam & ſi Mabillonius, qui illud edidit Tomo III. Analectorum [4], cenſeat membranam illam calamo exaratam ſaeculo VII.; plerique tamen pro certo habent multo citius fuiſſe deſcriptam, videlicet labente ſaeculo V. [5] Verum poſt haec divino quodam numine factum eſt, ut ſapientiſſimi Eccleſiae Patres, quum de feſtis excolendis quicquam decernerent, & dierum ſollemnium elenchum proponerent, Natalem S. Johannis ſumma cum caeremonia ſervandum concordi conſtantique ſententia ſancirent. Tempora, ſi lubet, percurramus. Ita ſaeculo VII Concilium Remenſe An. DCXXX. Can. XX. Saeculo VIII. vir egregius Codegrandus EpiſcopusMetenſis, Pipini Francorum Regis Referendarius, ejuſque ad PP. Stephanum II, atque Aiſtulphum Langobardum legatus, quum feſtorum tabulas pia accuratione recenſeret, ac deſcriberet, placita Patrum Agathenſium, & Remenſium confirmavit [6]. Saeculo IX. id ipſum prudentiſſime cavit Con-

1 *Hiſtoria Feſtorum, & Dominicarum, denuo reviſa, & aucta Helmſtadii* 1719.

2 Vbi ſupra.

3 Plures in eo volumine Auguſtini Orationes inveniet, habitas in *Nativitate S. Jo. Baptiſtae.*

4 *Pariſiis* 1682.

5 *Baillet les vies des Saints tom. II. Juin à Paris* 1715 *l'ancien Calendrier de Carthage que l'on croit dreſſé au plus tard vers la fin du cinquième Siecle.*

6 De Codegrando, ſive Crodogando V. Ducheſnium *Hiſtor. Francorum Scriptores t.* I. *Lutetiae* 1641. Le Cointe *Annales Eccleſiaſtici Francorum Pariſiis* 1675. De Feſto Sancti Johannis loquitur Codegrandus in *Regula Canonicorum c.* LXXIV. quam ediderunt Labbe *Concil. t.* VII. Dacherius *Spicilegii t.* I. *Pariſiis* 1655. Holſtenius in *Codice Regularum Rom.* 1661.

Concilium Moguntinum primum An. DCCCXIII. Can. XXXVI. cui ſuffragantur Capitularia Caroli Magni, non minus rei bellicae gloria, quam eccleſiaſticae diſciplinae ſtudio commendatiſſimi Imperatoris [1], Ludovici Pii [2], Herardi Epiſcopi Turonenſis [3]. Compellatus per haec tempora Nicolaus I Eccleſiae Catholicae Epiſcopus a Bulgaris, quinam dies feſti eſſent agitandi, eorum conſultis reſpondens, imprimis hunc diem conſtituit [4]. Saeculo X. inter maximas Feſtivitates adſcriptum legimus a Concilio Lugdunenſi [5]. Saeculo XI. ab Aenhamenſi [6], & Salegunſtadienſi [7]. Cetera quid perſequar quum a primis Eccleſiae temporibus ad hanc uſque aetatem apertiſſima de feſti hujus antiquitate in libris Eccleſiaſticis documenta cuivis legenti occurrant? Exſtant quidem Thierſii [8], Thomaſinii [9], Guyeti [10] commentaria, e quibus mira haec gentium, atque aetatum omnium conſenſio in Natalitiis Praecurſoris celebrandis copioſius, ſi fas eſſet, demonſtretur.

Haec diſputanti nodus ille, vindice dignus, mihi expediendus videtur, cur hoc feſtum non modo *Nativitas*, ſed *Natale*, ut in Martyrologio Morbacenſi, vel *Natalis*, ut in Corbejenſi [11], aliiſque vetuſtiſſimis inſcribatur. Romanis, quum adhuc ſuperſtitione tenerentur, unus prae ceteris feſtivus, ſollemnis, laetiſſimus erat Natalitius dies, eumque ne dum Deorum, ſed Imperatorum, illuſtrium virorum, parentum, liberorum, & amicorum cauſſa omni cum hilaritate celebrabant [12]. Natalem diem illum etiam vocabant, quo Urbes conditae, Templa dedicata, vel quo ab impendenti periculo eſſent liberati [13]. Morem hunc Natalitiorum celebrandorum Chriſtianos etiam retinuiſſe facile perſpici poteſt ex Johannis Frontonis Diſſertatione *de diebus Feſtivis* [14]. Is vero feliciſſimus dies conſtanter appellabatur *Natalis*, *Natale*, *Natalitius*. Atqui in Faſtis Eccleſiaſticis haec vox *Natale*, ex receptiſſima conſuetudine ad aliam prorſus diſſimilem trahitur ſignificationem; nimirum inveteravit mos, ut in Kalendariis, aliiſque ſacris Tabulis

1 *Lib. II. cap. XXV. V. Capitularia Regum Francorum* a Baluzio collecta Pariſiis 1677.
2 Ibidem 3 Ibidem.
4 *In Spicilegio Dacherii tom. XIII. Pariſiis 1677.* 5 *V. Thierſium.*
6 *Labbe tom. IX. Pariſiis 1671.*
7 Ibidem.
8 *De Feſtorum Dierum Imminutione Lugduni 1668.*
9 Ubi ſupra.
10 *HEORTOLOGIA, ſive de Feſtis l. I. Venetiis 1729.*
11 *Martene Theſaurus Anecdotorum tom. III. Pariſiis 1717.*
12 Cenſorinus *de die Natali.*
13 Cicero *ad Atticum* III. 20. *editione Verburgii.*
14 *Veronae 1733.*

lis nota illa *Natale*, pro *Die Emortuali* accipiatur. Epiſtola Eccleſiae Smyrnenſis (cujus meminit Euſebius [1]) ab Vſſerio Armachano Archiep. & Joachimo Johan. Maders [2] iterum edita, diem, quo S. Polycarpus crudelitate excogitata ad tortorem raptus eſt, vocat τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, *diem martyrii ejus Natalem*. Neque id ſolum de iis, qui vitam cum morte pro Chriſto commutaverant, ſed de iis quoque, qui cum doctrina, moribuſque confeſſi ſunt, ideoque *Confeſſores* vocantur, eſſe dicendum admonet PP. Nicolaus I. [3] Haec quae a me ſummatim exponuntur, prolixe cumulateque tradit Caſpar Sagittarius in Diatribe *De Natalitiis Martyrum* [4]. Jam vero credendumne in Morbacenſi, Corbejenſi, aliiſque Martyrologiis die XXIV. Junii mortem potius, quam ortum S. Johannis proponi? Id neque in mentem cadit, quandoquidem ſuo die adnotatur *Decollatio*, ſive *Paſſio*. Ergo eae Tabulae dum *Natale* habent pro *Nativitate*, vel a communi uſu receſſerunt, vel quia rudioribus, & illiteratis temporibus exaratae, diem emortualem, rejecto veteri vocabulo, altero *Paſſionis*, aut *Depoſitionis* deſignarunt, & *Natale*, cui paullo obſcurior ſuberat ſignificatio, ad diem ortus exprimendum traduxerunt, ut omnis ambiguitas tolleretur.

Quanta vero eſſet diligens, & piiſſima veterum Chriſtianorum feſti hujus apparatio, quanta cum pompa, & quam ſollemni ritu concelebraretur, modo eſt demonſtrandum. A Pervigiliis rem exordior. Ven. Cardinalis Bellarminus illud recte admonet. *In Profeſtis magnorum dierum conſueverat Eccleſia vigilare & jejunare .... Ceterum quoniam paullatim occaſione nocturnarum Vigiliarum abuſus quidam irrepere coeperunt, vel potius flagitia non raro committi; placuit Eccleſiae nocturnos Conventus, & Vigilias proprie dictas intermittere, ac ſolum in eiſdem diebus celebrare jejunia* [5]. Reprehendendi tamen atque caſtigandi Kortolthus [6], Böhmerus [7], Schurzfleiſchius [8], qui antelucanorum conventuum cauſſam unice repetunt a temporum illorum conditione, quibus Chriſtiani nominis oppugnatores judiciis iniquiſſimis majores noſtros perſe-

M quebant-

1 *H. E. lib. vi. cap. v.*

2 *Collect. Epiſtol. S. Smyrn. Eccleſ. Oxonii 1644. Martyrium S. Polycarpi, Helmſtadii 1653.*

3 *Vid ſupra.*

4 *In Syntagmate I. Diſſert. Philologicar. Roterdami 1699.*

5 *De Eccleſia Triumphante lib. III. c. XVII. edit. Romae.*

6 *De ſacris publicis celebrandis, Kilon. 1693.*

7 *Diſſertationes juris Eccleſiaſtici, Diſſ. II. Lipſiae 1711.*

8 *Compendium Antiq. Eccleſiaſt. Lipſ. 1738.*

quebantur, ut ſine vitae diſcrimine *plena luce* ſacris vacare non poſſent. Aut ergo turpiter ignorant, aut ſubdole diſſimulant veteres Chriſtianos non modo diurnis precibus intentos fuiſſe, ſed nocturni temporis partem precationibus dedicaſſe, non metu tantum, & periculis adductos, ſed quia vere inter cultus ſacri actus nocturnas preces ſtatuerunt Tertullianus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Baſilius; quia vere ad pias pernoctationes Jeſus Chriſtus exemplo ſuo nos excitavit, quia vere noctu gratias eſſe agendas ei, qui exſomni providentia ſua nos tuetur, nedum ii, qui eſſent altaris miniſterio mancipati, ſed etiam *Laici*, & profani conſtantiſſime cenſuerunt [1]. Neque illud Johanni Nicolai facile concedam nocturnos conventus Saeculo V penitus deſiiſſe [2], quorum VI. & VII. clariſſima veſtigia in libris Eccleſiaſticis reperiuntur. Vt jam ad propoſitum deveniam, in antiquo Rituali Baſilicae Lateranenſis tempore Coeleſtini PP. II. conſcripto habetur: *Curiam* (id eſt Clerum ſacelli Pontificii) *in pervigiliis S. Iohannis Baptiſtae ad illum Sacrum Fontem veſpertinis horis vacare, ſequentiſque deinde noctis Vigilias celebrare conſuevisse* [3]. De Jejuniis autem nihil praeclarius afferri poteſt Canone Concilii Salegunſtadienſis, habiti Anno MXXII. Pontificatum Max. gerente Benedicto VIII., & Henrico II. Imperante, quo Canone non unius, ſed plurium dierum jejunia indicuntur his verbis: *Vt quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtivitatem S. Iohannis Baptiſtae in abſtinentia ſint carnis, & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicujus feſti ſollemnitate, quae in illo Epiſcopio celebris habetur, intercedente* [4]. Sollemnitatis celeberrimae indicium luculentiſſimum item eſt, quod ex auctoritate Concilii Ilerdenſis maximis feſtis Paſchatis, & Natalitiorum Domini ferme exaequetur, nam in fragmentis ejuſdem Concilii cap. III. legitur: *Non oportet a Septuageſima uſque in Octavas Paſchae & tribus Hebdomadibus ante feſtivitatem S. Iohannis Baptiſtae, & ab Adventu Domini uſque poſt Epiphaniam nuptias celebrare* [5]. Eum autem diem, poſtquam illuxerat, omnibus pie-

1 *Thomaſſinus de Diſciplina Eccleſ. Tomo* 1. *lib.* II. *cap.* LXXXII *& ſequ. Pariſiis* 1688.

2 *Selectae quaedam Antiq. Eccleſiaſt.* c. 1. *Tubingae* 1701. Ad Cl. J. [illegible] Chriſtophorum Trombellium *de Cultu Sanctorum Diſſ.* VI. *cap.* XXI *& ſeq. Bononiae* 1740. Vid. de Vigiliis ante feſta Sanctorum dies ſic diligenter diſputat, ut vix ullam ceteris laudem relinquerit, eaſque ultra x. ſaeculum viguiſſe oſtendit, tum argumenta diſſolvit, quae ex Concilio Illiberitano, & Altiſiodorenſi maxime peti ſolent.

3 Apud Raſponum *de Patriarchali Lateranenſi* l. 1. cap. 17. *Romae* 1656.

4 Labbe tomo IX.

5 Labbe tom. IX. *Pariſiis* 1671.

pietatis, laetiſque ſignificationibus curandum tum Pontifices, cum Imperatores rebantur. Porro de illis Chriſtophorus Marcellus Archiepiſcopus Corcyrae in libro Caeremoniarum S. R. E. *In Vigilia S. Iohannis Bapt. ordinarie fiunt Veſperae Papales; & in die Miſſa pubblica ſollemnis per Presbyterum Cardinalem in paramentis albis, & fit ſermo* [1]. De iſtis vero Codinus de Officiis Aulae Conſtantinopolitanae κατὰ τὸ γενέσιον τοῦ τιμίου προδρόμου εἰς τὸν ἐπ' ὀνόματι τιμώμενον σεβασμίαν μονὴν αὐτοῦ τῆς Πέτρας. *In Nativitate Venerandi Praecurſoris confert ſe* (Imperator) *ad Venerabile Monaſterium Petrae, quod ipſius nomine honoratur* [2]. Quid dicam de Hieromonachis, quorum in ſacris obeundis tanta religio, & accuratio? Vetus *Diſciplina Farfenſis* edita a Cl. Marquardo Hergotto [3] mandat eo feſto Templum, & altaria omni ornatu circumveſtiri, aes campanum laete pulſari, Sacrum, & preces horarias ad certos modos decantari, obſonia lautius Fratribus dari. Non inferior celebritas, qua Lutetiae hoc Feſtum peragitur, quemadmodum narrat Sauſſayus. *Porro in Vrbe hodie, & pervigilio feſti* (inquit) *ob fauſtum nati divini Baptiſtae auſpicium publica eduntur ſigna laetitiae. Decurionibus ipſis magnifico procedentibus apparatu, & inſigni trophaeo cohoneſtantibus optatae adeo Nativitatis ſollemnia, quae partis, quoties recolitur, ut coeleſtis nuntius praedixerat, magnam hominibus quibuſque piis exultationem* [4]. Dies me citius quam oratio deficiet, ſi plura id genus enumerare velim. Exemplum igitur gentium barbararum argumento robur, & fidem, idemque diſputationi terminum dabit. Ipſos etiam Mahometanos tanta inceſſit erga Baptiſtam obſervantia, ut in eorum Ephemeridis feſtum hujuſmodi, teſte Herbelotio [5], adnotatum conſpiciatur.

M 2 CA-

1 *Rituum Eccleſiaſticorum, & Caeremoniarum S.R.E. l. 1. cap. xxvii. Coloniae 1557.*

2 *Cap. xi.*

3 *Vetus Diſciplina Monaſtica, Diſciplina Guidonis cap. xliii. Pariſiis 1726. His omnibus praeſcriptionibus verſiculus praefigitur, quo tantae ſollemnitatis cauſſa indicatur.* [illegible] TOT MORES SANCTVS BAPTISTA IOHANNES.

4 *Martyrolog. Gallican. tom. 1. Pariſiis 1637.*

5 *Bibliotheque Orientale de Mr. D'Herbelot à Paris 1697. pag. 473.*

CAPVT QVINTVM.

Feſtum Synaxis S. Iohannis apud Graecos quodnam. Quae in Baſilii Menologio traduntur nimis vaga, & obſcura. Hoc feſto coluntur Conciones, quibus Iohannes populum ad virtutem inflammabat. Impudentiſſimae in Iohannem Gnoſticorum calumniae: item Catharorum deliramenta. Ioh. ex locis ab omni conviEtu remotis prodiiſſe. Cellarii, & Walchii ingenua confeſſio. Magdeburgenſes alioſque de voce Ἰερῆας inepta commiſiſſe. An Iohannes apud Inſeros Chriſtum venturum praenunciarit. Id ne dum a Nicephoro Xanthopulo, & Philotheo P. CP., ſed a PP. ὀρθοδόξοις perhiberi. Ea tamen opinio videtur abjicienda.

GRAECI, qui ad augendam religionem, in jugi quadam pietatis exercitatione homines verſari oportere exiſtimabant, VII. Id. Januarii feſtum inſtituerunt, quod *Synaxim glorioſi Praecurſoris* appellarunt, ſcilicet *Congregationem*, ſive *Collectam*. Reperitur hoc feſtum in eorum Menaeis, atque Anthologio. At, quaeſo, quidnam eo die recolebant, quum acciti conveniebant, omnibuſque ſacri cultus officiis ſe ſe dedicabant? Menologium Baſilii ita feſti cauſſam declarat. *Διὸ πάντα τιμῶσα τὸν Βαπτιστὴν ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἐπιτελεῖ κατὰ καιρὸν ἑορτὴν καὶ ὀνομάζει αὐτὴν Σύναξιν. διότι συνάγεται ὁ λαὸς ἐν αὐτῇ δοξολογῶν τὸν Θεὸν, καὶ τὸν αὐτοῦ πρόδρομον. Quare Baptiſtam Eccleſia Dei honorans, feſtum hunc, & ſtatutum diem celebrat, quem Synaxim, hoc eſt collectam appellat, quod populus in ipſa conveniat ad laudes Deo, ejuſque Praecurſori dicendas* [1]. Haec tamen nimis vaga, ambigua, & obſcura, non enim percipitur, qui eſſet hujus feſti ſcopus. Numquid non ceteris omnibus feſtis id ipſum Chriſtianis propoſitum eſt, ut Deum caſte adeant, ejuſque Praecurſorem honorent? Numquid non in Nativitate, aut Paſſione S. Johannis ſimili prorſus de cauſſa conventus celebrant? Videtur igitur his verbis nec ſatis apte, nec definite feſti rationem deſſignari. Quam ob cauſſam vox illa *σύναξις* alio eſt referenda, nempe non ad *Collectam* populi, qui frequens in Templum conveniat, votiſque auxilium Johannis ſibi paret, ſed ad gentes illas, quae ad Praecurſorem caele-

1 *Edit. Urbinat.*

caeleſtis ipſius virtutis fama, & admiratione commotae, turmatim confluebant, ut ab eo Baptiſmum poenitentiae peterent. Proinde ſollemnitas haec indicta potius fuit ad celebrandam memoriam illarum Concionum, in quibus divinae veritatis praeco hominum animos graviſſima oratione a vitiis revocabat, & ad virtutem ardenter inflammabat. Quae enim, quaeſo, alia cauſſa facit, ut in ipſo Menologio atque in Menaeis Bibliothecae Cryptoferratenſis, quae ad illum diem adduntur picturae, non populum preces ad Deum fundentem, ſed Johannem, vel populum voce plena gravitatis, plena ſalutis adhortantem, vel Jeſum humani generis ſervatorem digito monſtrantem praeſeferant? Mira ergo, & caelitus indita Johannis eloquentiae vis, ſumma cum ſapientia, & probitate conjuncta, qua tot hominum ſaluti proſpexit, hoc uno feſto colitur.

Non poſſum itaque non exhorreſcere, quum mente reputo peſſimum illud hominum genus, Gnoſticos dico, tanta impudentia fuiſſe, ut affirmarint Johannem vario impetu jactatum, atque agitatum (quemadmodum eſt apud Epiphanium [1]) modo pro Judaeorum ſecta, modo pro Chriſti Religione diſputaſſe, nunc illorum legem, nunc iſtius dogmata in concione docuiſſe. Hinc factum, ajebant, ut Chriſtus illum arundini aſſimilaret, quae leniſſimo quovis flante vento hac, & illac agitatur. Sed quam turpiſſime abuterentur Gnoſtici ſacrarum litterarum teſtimonio, in oculos, ut ita dicam, incurrit: nam quis neſciat Chriſtum imo aperte dixiſſe, non eſſe Johannem inconſtantem, ut levi zephyro gracilis vibratur arundo, ſed Protoprophetam, & Angelum eſſe a Deo miſſum, qui humanae ſalutis auctori viam ſterneret, atque pararet [2]? Ex quo illud etiam intelligitur miſere deſipere, delirare, dementes eſſe Catharos, qui ore ſacrilego ajunt Johannem *Miniſtrum Diaboli exſtitiſſe* [3] Proh ſceleſtam ac nefariam gentem!

Sed qua ex palaeſtra maximus hic orator ad multitudinem hominum in unum cogendam erudiendamque, in publicum prodiit? Ex locis deſertis, inhoſpitis, atque ab hominum convictu remotis quo pietatis ergo ſeceſſerat. Non hic ego ſingillatim exſcribam verba Cyrilli, Chryſoſtomi, Hieronymi, Euſebii, Origenis, Gre-

1 *Haereſ. xxvi. p. 88. edit. Pariſien.* 1622.
2 *Johannis I.*
3 *V. Ven. Monetae Opus adverſus Catharos & Valdenſes lib. xx. cap. de Praecurſ. Chriſti adnotationibus perpetuis eruditiſſimi P. Ricchinii adornatum. Romae* 1743.

Gregorii Nazianzeni [1], quibus accinit Chriſtianus Poeta Juvencus:

Et hunc ſecretis in Vallibus abdita ſemper
Vita fuit puero, donec pubeſcentibus annis
Vatis ad officium pleno pubeſceret aevo [2].

Nam omnes ad unum idem ſentiunt Eccleſiae Patres. Sed quid ajo viros pietate & ſcientia florentes? Aperte, & ingenue confitentur ſcriptores acatholici. Chriſtophorus Cellarius Diſſertatio VIII. ita ſcribit: *Adoleſcentiae annos non in paterna domo Iohannes, ſed in Deſertis exegit, ut minus impedimenti virtus, cui adſuefaciendus erat ex urbanis deliciis haberet..... Equum, & conveniens erat ut ſeveriorem vitam ſectaretur, qui a mollitie homines & voluptatum deliciis avocaturus erat* [3]. Alias cauſſas affert Johannes Georgius Walchius ex Teophylacto, in Hiſtoria Eccleſiaſtica, cur deceret Praecurſorem Chriſti longe ab hominum congreſſu vitam agere: „ hac enim „ ratione doctorum Judaicorum conſuetudine haud utebatur, „ ſcholas illorum haud frequentabat, ne mens illius divino lu„ mine perfuſa, Rabbinorum traditionibus atque erroribus cor„ rumperetur, atque omnis ſuſpicio tolleretur, ac ſi Johannes „ & Chriſtus de nova doctrina adnuntianda, deque laudibus, „ quibus alter alterum exornare deberet, antea deliberatione „ inſtituta, inter ſe conſenſiſſent, id quod omnino Johannis te„ ſtimoniis de Chriſto auctoritatem conciliabat [4]„. Nihilo tamen minus de voce *Deſerti* plurimum cavillantur, & locum minus cultum, vel & habitatoribus minus frequentem deſertoque adjacentem interpretantur Magdeburgenſes [5], Fridericus Spanhemius [6], Montacutius [7], Herbenſtreitius [8], Bruchertus [9], Rechenbergius [10], Detlingius, Haſſaeus [11], totique in eo ſunt, ut probent ἔρημον ab Evangeliſta nonniſi *improprie, relative, συνεκδοχικῶς* uſurpari. Sed haec mentita, falſa, plenaque erroris eſſe attenta quaedam Evangelicae Hiſtoriae conſideratio demonſtrabit. Et ſane ſi ad hunc modum, ut iſti faciunt, in Scriptura ludimus, & deſerti

1 Conſule Caniſium l. c.

2 *Hiſtor. Evangel. ſuperius laudata.*

3 Inter Diſſert. Academicas *Diſſert.* VIII. *Lipſiae* 1712.

4 *Hiſtoria Eccleſiaſtica N. T. variis obſervationibus illuſtrata. Saecul.* I. *cap.* I. *ſect.* I. *Jenae* 1744.

5 *Centuria* I. *lib.* I. *cap.* 2.

6 *Dubia Evang. part.* II. *dub.* XXVII. *n.* VIII.

7 *Origines Eccleſiaſticae t.* I. *part.* I. *p.* 156.

8 Joh. Herbenſtreit. *de Johanne Eremita Jenae* 1696.

9 Friderici Bruchetii *antiquitates biblicae, ad Lucae* III. *Vittebergae* 1729.

10 Adam Rechenberg *de voce* Ἔρημος *in Diſſert. Academicis Lipſiae* 1698.

11 Apud Walchium l. c.

ſerti verbo tam temere & inſolenter abutimur, falſo illud Apoſtoli ad Chriſtum dixerint. *Deſertus eſt locus hic* (*Matthaei* XIV.) Imo etiam Chriſti deſertum licebit eludere; quaſi ille neque in ſolitudine, neque *inter Beſtias*, ut Marcus addit (Cap. VI.) ab omni cibo abſtinens & jejunans fuerit quo quid vanius, & indignius excogitari, ac dici poteſt? Noverat certe Evangeliſta inter deſertum, & loca deſerto finitima multum intereſſe; quare quum haec opus habuit deſcribere, verbis perſpicuis dixit: *abiit in regionem juxta deſertum* (*Johannis* XI.) Itaque ſolis luce videtur clarius, ubi τὸ *Deſertum* ponitur, intima & ſecreta vaſtae ſolitudinis loca intelligi oportere. Quapropter S. Nilus Abbas, qui claruit An. CCCCXLII. in inſtitutione, quae inſcribitur λόγος ἀσκητικός, Johannem contemplandum proponit iis, qui ſe ſe Urbi ſurripientes, ut ait Propheta, inter ſaxa domicilium quaerunt[1].

Quando enim me in hunc locum deduxit oratio, illud etiam expendam merito, nec ne hoc die colatur Johannis *apud Inferos Praedicatio*: nam ſi Graecis concedendum Johannem poſt mortem ad inferos migraſſe, nunciaſſeque Patribus illic degentibus prope jam eſſe Servatoris adventum; ad hoc feſtum procul dubio pertinet. Equidem in TRIODIO, (quod eſt Eccleſiaſticus Hymnorum, Precumque liber, plura etiam tempori haud convenientia exhibens) pag. XII legitur: νεκροῖς τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐλευσομένην ἐκήρυξας πρόδρομε. *Mortuis vitam noſtram futuram praedicaſti Praecurſor*. Deinde pag. LIX τὴν ζωὴν τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύματι θείῳ ἐγγίζουσαν προμηνύσας προφῆτα, ζώωσον τὴν ἐμὴν νενεκρωμένην ψυχήν. *Qui vitam iis, qui apud Inferos erant, divino ſpiritu jam proximam denunciaſti, meam vivifica animam demortuam*[2]. Non diſſimulo Nicephorum Xanthopuli, & Philotheum Patriarcham C. P., qui Triodio concinnando allaborarunt, Schiſmaticos fuiſſe & ſacros libros novis acceſſionibus foedaſſe, verum haec opinio multo eſt antiquior, atque a ſanctiſſimis, & ὀρθοδόξοις viris profecta, quorum auctoritas illam reddit probabiliorem. Gregorius cognomento Theologus Oratione XX. τίς Ἰησοῦ πρόδρομος. Ἰωάννην, ὡς φωνὴ λόγου καὶ ὡς λύχνος φωτός· οὗ καὶ προεσκίρτησεν ἐν γαστρὶ, καὶ προδραμὼν εἰς ᾅδην, διὰ τὴν Ἡρώδου μανίας

1 *Cap. XX. de Exercitatione Monaſtica inter opuſcula collecta a L. M. Suareſio Romae* 1673.
2 *Venetiis* 1620.

οἷας παραπεμφθείς, ἵνα κηρύξῃ ἐκεῖ τὸν ἐρχόμενον. Quis Praecurſor Jeſus? Johannes ut vox ſermonis, & ut lucerna luminis, ante quem & in virtute exiliit, & ad inferos per Herodis furorem transmiſſus eſt, ut illic quoque mox venturum praedicaret [1]. Origenes item in I. librum Regum libere ſcribit: *μὴ φοβοῦ λέγειν ὅτι εἰς ᾅδου καταβέβηκε προκηρύσσων τὸν κύριον, ἵνα προείπῃ αὐτὸν κατελευσόμενον. Neque timeas id affirmare: deſcendit ad inferos praenuncians Dominum, ut illum deſcenſurum praedicaret.* [2] Neque ab hac ſententia diſcedit Leo Allatius [3], homo, ſi qui alius, veri rectique defenſor. Nihiloſecius permulta dehortantur, quo minus huic opinioni aquieſcam. Nam praeterquamquod de re tam gravi in ſacris litteris eſt altum ſilentium; hoc unum omnes Theologi Chriſto attribuunt, primum fuiſſe, qui in *Limbum*, quo veterum juſtorum animae continebantur, deſcendens, peractum humanae Redemptionis opus patefecit, illaſque propediem in caeleſtem patriam deducendas ſignificavit: hoc pro certo habent, ante Chriſti deſcenſum, in eo carcere tenebricoſo nihil praeter gravem ſollicitudinem, ſqualorem, luctumque fuiſſe. Facile ergo me in ſuas partes traducet diſertiſſimus Johannes Chryſoſtomus, qui homilia XXXVI. in Matthaeum conſulto, ac dedita opera eam opinionem perpendens, ad vulgarem, popularemque ſenſum potius, quam ad veritatem accommodatam eſſe ſcribit.

CA-

1 *De Laudibus Baſilii Pariſiis 1609.*
2 *Operum tom. 1. edit. Danielis Huetii Coloniae 1685.*
3 *De libris Eccleſiaſticis Diſſert. I. Pariſiis 1645.*

CAPUT SEXTUM.

Feſtum Detruncationis non ſuo die celebrari, & cur variis nominibus appellatum In vetus Eccleſiae Lugdunenſis Breviarium obſervationes. Feſti hujus celebritas. Kalendarium Rinhovienſe Mss ſaeculi VIII. *Conſtitutio Emmanuelis Imp. huc pertinens. Verba Macarii Chryſocephali in Oratione adhuc inedita. Johannes in Oppido Macherunte in carcerem truſus, mortique datus. Locus S. Gaudentii, qui contra afferri poſſet, expeditur. Memoranda interfectorum ſupplicia. Anaglyphum exſectum caput S. Iohannis exhibens, unde Venetias delatum. Num rubentes in eo maculae ex ſanguine Praecurſoris.*

SUPREMUM illum & infauſtum diem, quo Johannes, annos natus duos & triginta, Herodis juſſu capite caeſus eſt, fuiſſe vigeſimum nonum Auguſti perhibet Chronicon Alexandrinum: ex quo ſequeretur, *Decollationem* illius ſuo die ab Eccleſia coli. Sed varia eſt ejus rei memoria, nam vix dubitatur imminente feſtivitate Paſchali fuiſſe obtruncatum [1]; quia tamen cautum fuerat a Concilio Laodiceno, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλιον ἐπιτελεῖν, *quod non oportet in quadrageſima Martyrum Natales celebrare* [2], idcirco in aliud tempus memoria hujus obtruncationis tranſlata eſt, delectuſque eſt hic dies, VI Kal. Septembris, utpote ille, quo caput ipſius ſecundo inventum fuit. quod tamen non ita conſtans eſt, ut aliquando in ſequentem diem, nempe XXX. Auguſti, in Latinorum faſtis rejectum non conſpiciatur. Eam ob rem etſi in antiquis Martyrologiis, & Kalendariis variatim hoc feſtum adnotetur, & modo *Paſſio*, modo *Detruncatio*, vel *Decollatio* inſcribatur, ſaepe numero admonetur lector, non hunc eſſe emortualem diem Praecurſoris, his, aut ſimilibus verbis: *Decollatio, ſeu potius Inventio Capitis S. Johannis* [3]. Vetus Breviarium Eccleſiae Lugdunenſis An. MCCCCXCVIII. *ad diem Feſtivitatis Decollationis*, novem habet lectiones, quarum prima haec eſt [4].

1 S. Auguſtinus lib. 2. de Conſenſ. Evangel. cap. XLV. edit. Pariſien. 1680.

2 Canone 51. habitum ſub Silveſtro I.

3 Martyrolog. Bedae operum tom. 3. Coloniae 1688. Uſuardi.

4 Breviarium Camerae ad uſum Eccleſiae Lugdunenſis Lugduni 1498 apud Joh. Cantenier. Exemplum hujus libri membranaceum eſt in celebri Bibliotheca EM. CARD. PASSIONEI; in fronte autem operis carmina haec idiomate Gallico obſoleto exarata leguntur.

Mes chers Freres en dieu & amys
Je vous pry tous que je puys
Que priez pour Benoiſt de Collas
Qui l'a donné qui chiers luy couſte
Ce Breviere. Regardez a vobis
Dare ejus animae da nobis.

LECTIO PRIMA.

Decollatio Beati Iohannis Baptiſtae quatuor de cauſſis invenitur in libro de mirabili officio inſtituta. Primo propter ejus Decollationem. Secundo propter oſſium ſuorum concremationem. Tertio propter ejus Capitis inventionem, & quarto propter Digiti ejus tranſlationem ac Eccleſiae dedicationem. Et ſecundum hoc iſtud Feſtum a quibuſdam dicitur, Decollatio, Collectio, Inventio, Dedicatio.

In ceteris lectionibus fuſe narratur quomodo ademptum ſit a ſpiculatore Johanni caput, Reliquiae ipſius qua ratione, dum cremarentur, a piis hominibus collectae, quando nam caput repertum, abditoque ex loco eductum, & a S. Thecla digitus Praecurſoris e regionibus tranſmarinis in Normanniam delatum: hinc factum, ut veteri Eccleſiae inſtituto hic dies his omnibus commemorandis ſit dedicatus. Quae ideo retuli, ut Lectori interdum in mentem veniat, nihil a Chriſtianis eſſe praetermiſſum, quo plurimus cultus Sancto Johanni tribueretur, omniumque gentium devotus animus certiſſimis ſignis proderetur. Quamquam autem feſtum ejuſmodi dignitate, antiquitateque alterum Nativitatis non exaequet, multa tamen ſunt, quae de veteri ejus celebritate teſtantur. Siquidem reperitur in Sacramentario Gregorii Magni, in Martyrologiis Sancti Hieronymi, Bedae, Vſuardi, Notkeri, Hrabani, aliorumque,[1] tum etiam in Kalendario praefixo Sacramentario Monaſtico Rinhovienſi, Saeculi ad minimum VIII., quod olim ſua manu ex autographo exſcripſit Vir omnibus artibus, quae ſunt libero dignae, perpolitus, EMINENTISS. CARD. PASSIONEVS[2]. Exſtat praeterea conſtitutio Emmanuelis Imperatoris in Photii Nomocanone Tit. VII. ubi feſta imperantur · τῷ αὐγούςῳ κθ. Διὰ τὴν τοῦ τιμίου προδρόμου ἀποτομήν. *Auguſti Vndetrigeſimus propter venerabilis Praecurſoris Decollationem*[3]. Sunt denique maximi ad fidem faciendam ponderis SS. PP. Auguſtini, Johannis Chryſoſtomi, Ambroſii, Petri Chryſologi Orationes habitae in feſto obtruncationis S. Johannis. Praeclare igitur Macarius Chryſocephalus Metropolita Philadelphiae, laudationem hujus diei ita exorditur: πάλιν Ἰωάν-

νης

1 Adiſis noſtri de Aſſe Diſſertationes, & Georgium ad Adonem, ceteraque martyrologia, quae ſupra indicavimus.

2 Ejus permiſſu legimus in Adverſariis Se[illegible] Mss. Ipſius Legationis Helveticae.

3 Cum Commentariis Theodori Balſamonis Pariſiis 16[illegible].

νης ὁ μέγας ὁ πρόδρομος τοῦ λόγου φωνή. καὶ πάλιν ἑορτὴ πανένδοξος, καὶ πάλιν σεβασμία. *Rurſus Iohannes magnus Praecurſor, Verbi vox, & rurſus feſtum omni ex parte glorioſum, & ſollemnitas veneranda* [1].

Sequitur ut doceam in Oppido Macherunte in carcerem detruſum, mortique datum fuiſſe, non autem Sebaſte; videntur enim refragari Martyrologia, quae dum feſtum adnotant, ea verborum circuitione utuntur, quaſi haec in Vrbe illa accidiſſent. Ita Corbejenſe [2], aliaque nonnulla, quae viros etiam ſummos in errorem adduxerunt. Sed quod pluris eſt, S. Gaudentius Brixianae Eccleſiae poſt Philaſtrium Antiſtes, qui Orientis Provincias circa An. CCCLXXXVII. religionis ergo peragrarat, tantoque cultu Johannis nomen proſequutus fuerat, ut ejuſdem Reliquias Brixiam detulerit, maximumque in his praeſidium ſitum eſſe gloriaretur, ait: *Horum quatuor habemus Reliquias qui regnum Dei & juſtitiam ejus praedicantes, ab incredulis occiſi ſunt. Iohannes Sebaſte Palaeſtinae, Thomas apud Indos, Andreas, & Lucas apud Patras Achajae Civitatem conſummati referuntur* [3]. Vnde majus petendum eſt teſtimonium? Grave id fateor, ſed quum Gaudentius tantummodo *referri*, & rumore nuntio jactari ſcribat, nonne indicio eſt ſequutum eſſe vulgi opinionem? Vulgus autem, quia Sebaſte (ad quam Vrbem tranſlatum fuerat exanime Praecurſoris corpus, ibique conditum [4]) miranda divinitus patrari, ſepulcrum illius piorum hominum frequentia decorari, & Reliquias maximam venerationem habere videbat, facile in animum induxit illic etiam morte affectum fuiſſe. At quantum id abeſt a vero! Quum Herodes Antipas Caput Johanni demi amputarique praecepit, Sebaſtes Romanorum imperio, legibuſque parebat: igitur Herodes nulla illic poterat exercere judicia, nullos illuc mittere apparitores, nec in quemquam gladio animadvertere. Ex quo fit, ut cum Joſepho Flavio hominem juſtum, & ſanctum Macherunte, ubi impius Tetrarca poteſtatem dominationemque rerum omnium habebat, morte multatum [5] credamus. Sed Deus vindex terribiles exarſit in iras, breviqne flagitioſiſſimum illud ſcelus ultus eſt, &

1 Ex Codice Vaticano, cujus in Praefatione meminimus.
2 *Anecdot. Martene tom. VI. Pariſiis* 1717.
3 *Serm. dedicat. Baſilicae.* In collectione Veterum PP. Eccleſiae Brixianae, auſpiciis Eminentiſs. Card. A. M. Quirini. Brixiae 1738.
4 V. Severdanium. Conglom. ... *Monum. Apoſtolic. Patavii* 1744.
5 *Lib.* XVIII. *cap.* VII.

de improbis interfectoribus memoranda ſumpſit ſupplicia [1].

Jam vero alio me vocat venerandae antiquitatis monumentum, cujus explicatio inſtar coronidis huc accedet. ſunt enim haec erudita praeſidia, quibus noſtra tractatio inſtruitur, & quaſi ſplendidiſſimis ornamentis augetur. Venetiis in aedicula Baptiſterii Marciani, de qua affatim diximus ſuperiori Diſſertatione, exſtat vetus Marmor, cujus ſpeciem initio hujus libri aere incidi, & littera grandiori Q includi fecimus. Adjacet Arae ejuſdem aediculae ſiniſtrorſum, loco edito & conſpicuo. Diſcum refert cui conglutinatum eſt caput immiſſa barba, majeſtateque praeditum. totum opus duobus conſtat marmoribus eleganti artificio compactis, ut pene dixeris in *Cameí* formam elaboratum. Lapis orbicularis ποικίλος, cineritii nempe coloris, maculis purpureis variatus, & ex marmore Caryſtio, vel Lunenſi exciſus videtur. Fama popularis jam dudum excitata eſt, rubentes maculas, neque natura ipſa cum marmore obortas, neque novo marmorationis genere [2], cruſtarum ope inſertas; ſed defluente ſanguine ab exſecto capite S. Johannis marmori ſuperſperſas, inditaſque fuiſſe; ac perhibetur diſcum hujuſmodi ſcalpro caeſum ex ſaxo, quod capiti Praecurſoris carnifex ſuppoſuit, quum illud gladio detruncare juſſus eſt. Ex carcere piorum hominum cura ſubductus fertur, indeque Venetias religioſe delatus ab illuſtri Duce Vitali Michaele [3] cujus prodigii memoria, ut in omnium oculis defigeretur, marmoream effigiem capitis Beatiſſimi Johannis eidem diſco majorum pietas copulari, affabreque jungi imperavit. Erunt ſane, qui tamquam fabularis hiſtoriae commentum narrationem hanc traducant, atque illudant, quibus ego non ita obſiſtere decrevi, ut miraculum velim a quavis ſuſpicionis nota aſſerere, ac vindicare; verumtamen non inſolens hoc eſſet portenti genus. Recordemur, ſi placet, quin longius argumenta rei con-

1 Conſtans fuerat Judaeorum opinio Herodis exercitum in bello cum Areta Rege profligatum, deletumque fuiſſe in poenam nefarii criminis, atque ob eam cauſſam, Deo aſpirante, ac volente, a Cajo Tetrarcha privatum. Porro etiam Salomen Herodiadis filiam, violenta, & morte una ſua luiſſe. *Niceph. lib.* 1. c. 20. V. etiam *Martyrologium, ſeu teſtimonia veritatis* mortis cura excerpta ab *Hermanno Meyero. Magdeburgi* 1638.

2 V. Blaſii Caryophili *de Antiquis Marmoribus, Trajecti ad Rhenum* 1743.

3 Franciſcus Sanſovinus *Venetia deſcritta lib.* 1. *pag.* 90. *edit.* 1581. *E dentro fra dell' Altare* (ſcilicet Baptiſterii) *ſi vede una teſta di pietra in alto, ſu ſono due ſaſsi inſieme congiunti; ſopra eſſa teſta, che furon della Prigione, dove S. Gio. Battiſta fu decollato, e ancora vi ſi ſcorgono alcune gocce di ſangue portate anche eſſi dal Doge.*

confirmandae cauſſa conquiramus, hoc ipſum ſenſiſſe Tertullianum, virum certe in dijudicando acris ingenio & peracuto, de Zacharia Propheta: *Zacharias intra altare & aedem trucidatur, perennes ſui cruoris maculas ſilicibus aſſignans* [1] Eadem mens ſtetit veteri auctori Homiliae in Nativitate S. Johannis Baptiſtae, inter opera Chryſoſtomi Tom. II. editionis Pariſienſis MDLXXXI *Zacharias Propheta, cujus cruor ſanguinis templi marmore infecto ſempiternus vivit* Quod igitur Dei conſilio, & voluntate de ſanguine Zachariae accidiſſe tradunt graviſſimi ſcriptores, incongruum ne, & abſurdum, ſi uni omnium Divum maximo conceſſum dicamus?

CAPVT SEPTIMVM.

Tribus potiſſimum anni diebus peragi feſtum Inventionis Capitis. *Tota haec hiſtoria multis maximiſque ambagibus obvoluta. Prima Inventio ſub Theodoſio Euripi, & Pſeudo-Cypriani narrationes de Capite Iohannis Decreto Gelaſii PP in Concilio Romano excluſae. Secunda Inventio Vincomalo, & Opilione Coſs. ſub Marcello Archimandrita Spelaei ea eſt, quam praeſeferunt Latinorum Martyrologia. Eadem picta in Kalendario Graeco Moſco, & in Tabulis Capponianis. Miniatulae harum Ephemeridum figurae partite deſcribuntur. De Analabo, ejuſque antiquitate nonnihil affertur Fictitiam Grati Auguſtenſis hiſtoriam hic non exhiberi Pontificis veſtes in Tabulis Capponianis graeco more depictae. Tertia Inventio ſub Michaele Imperatore, & Ignatio Patriarcha* [3]*. Quae in ea acciderint teſte anonymo Combefiſiano. Ceterae, quae circumferuntur Inventiones, quanta laborent ſuſpicione. Feſtum* Receptionis Faciei *in Eccleſia Ambianenſi. Alterum Pariſiis peractum,* Suſceptionis Reliquiarum. *De his auctoris conſilium ac monitum.*

SAPIENTISSIMVS Baronius ad Annum Chriſti CCCXCI acturus de Inventione Venerandi Capitis S. Baptiſtae, ultro fatetur, nullam fere eſſe hiſtoriam, quae tot obvolvatur ambagibus, tantiſque variarum diſputationum nodis ſit complicata. Quod ſi virum hunc doctrina, & exercitatione ſpectatiſſimum rei difficultas pene abſterruit; non ego tenuiſſimo meo ingenio tantum tribuam, ut obſcurae adeo quaeſtioni penitus dilucidandae pares vires

1 *In Scorpiace, Edit. Pamel.*

res me nactum eſſe confidam. Verum laetandum mihi eſſe video, quod hoc tempore non id a me poſtulari debeat; nullamque reprehenſionem oporteat me vereri, ſi ea tantum producam, quae ſuſceptae tractationi lumen afferant; de feſtis enim modo agimus, non integram ſcribimus hiſtoriam: in quo uno haud erravero, ut opinor, ſi hominem inveſtigandae veritatis diligentiſſimum, Carolum Dufreſnium pone ſequar [1]. Itaque Tribus potiſſimum diebus, quemadmodum ſacrae perhibent ephemerides, nempe XXIV. Februarii, XXV. Maii, & XXIX. Auguſti feſtum inventionis Venerandi Capitis tum a Graecis, cum Latinis celebratur. Tres ergo Inventiones videntur in tanta rerum varietate conſtituendae; & quum in ſingulis rem non eodem modo ſed diverſo contigiſſe tradatur, ſatis quaeſtioni, ſatis muneri meo feciſſe arbitrabor, ſi apta ad id monumenta, eorumdemque explanationem ſubjiciam.

Prima, ut circumfertur, Inventio accidit an. CCCXCI., quum Rempub. univerſam Valens & Thedoſius adminiſtrarent. Altera Valentiniano, & Marciano Imperantibus, Vincomalo, & Opilione Coſſ. ſub Vranio Epiſcopo Emeſae, anno CCCCLII. Poſtrema vero, dum Michael Balbus eximia Imperatoris dignitate in Oriente fungeretur, & res ſacras Conſtantinopoli procuraret Ignatius Patriarcha, poſt Annum DCCCCXXIV. praeter propter. Jam ad primam. Sozomenus H. E. lib. VII. [2] memoriae prodidit Monachos de ſecta Macedonii [3], qui Conſtantinopoli morabantur, ſacrum caput reperiſſe, ſed inde in Ciliciam migrantes, venerandum pignus ſecum detuliſſe. At Mardonius Eunuchorum Praefectus rem Valenti Imp. aperuit, qui caput quantocius CPolim referri mandavit. Itaque illi, qui in hoc miſſi erant publico vehiculo impoſitum caput agebant, ſed ubi ad Pantichium (qui locus eſt Chalcedonis) perveniſſent, non ulterius procedere valuerunt muli, qui vehiculum trahebant, & quidem auriga flagris acriter inſtigante; quumque omnibus videretur eam rem non ſine miraculo, & numine divino geri, ſacrum hocce caput in Coſlai pago de-

1 *Traité Historique du Chef de Saint Jean Baptiſte par Charles du Freſne à Paris. 1665.*

2 *Edit. Cantabrig. cap. XXI.*

3 Quot turbas excitarit, quot animos opinionum pravitate infecerit Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus nulli ignotum. Impiae illius factioni ſeſe adjunxerant Monachi, de quibus nunc ſermo eſt; & quamvis jam ab octo annis Haereſis illa damnata eſſet in Synodo CPolitana, omneſque [illegible] fuiſſent, adhuc in eo Monaſterio perditam illam ſectam perduraſſe locus hic patefacit.

depoſuerunt. Huc per id tempus acceſſit M. Theodoſius, & qua blandis pollicitationibus, qua imperatoria auctoritate contendit, effecitque, ut in ſui poteſtatem Reliquiae contraderentur; quas in Templo in Hebdomo, de quo Diſſertatione prima late diximus, ſumma cum pompa, pietateque collocavit. Sit ne totum id tamquam fictam, & commentitiam fabulam poſthabendum, non ita confidentiſſime, quod plerique ſolent, auſerim affirmare. ſed illud concedam in Graecorum Officiis, qui ſuperſunt, nullam hujus tranſlationis inferri mentionem. Neque etiam Gelaſium Papam in Concilio Romano I. ad An. CCCCXCIV. ſuis litteris hanc hiſtoriam eſſe inſectatum, eique cenſoriam inurere notam voluiſſe, certum, perſpicuumque eſt [1]; quandoquidem Gelaſii aetate circumferebantur nunc Euripi [2], nunc Cypriani [3] nomine narrationes de Inventione capitis S. Praecurſoris, perdignae ſane, quae a Pontifice proſcriberentur.

Altera Inventio non ita nutans, ſed majori probabilitate, auctoritateque fulta communiter cenſetur. Hujus hiſtoriam litteris mandavit Marcellus Abbas Monaſterii Urbis Emiſenae, vulgo ad *Spelaeum*, vir, ut in Chronico Marcellini Comitis a Sirmondo recuſo [4] legitur, *vita irreprehenſibili*. Hanc Saeculo VI. ineunte Dionyſius Exiguus ſui temporis doctiſſimus [5] latinam fecit, rogatu Gaudentii Abbatis. Ex Dionyſio itaque narrationem mutuabimur, qualem Codex Vaticanus prae multis ſuppeditat [6]. ,, Duo ,, Monachi ex Oriente Hieroſolymam ad orandum apud Chriſti ,, Reſurrectionem profecti ſunt. Eorum uni revelavit S. Johannes Baptiſta, ut domum Herodis adirent, ubi caput invenirent ,, in terra defoſſum. Hoc itaque ex humo efferentes in ſacco *ἐν* ,, *τριχῶν καμήλω ex pilis cameli* repoſuerunt. Dum ad propria re- ,, mearent, figulus quidam Emiſenae Civitatis ſe illis itineris co- ,, mitem dedit, cui ſaccum deportandum tradiderunt. Hic noctu ,, admonitus a S. Johanne fugam arripuit, & caput Emeſam de- ,, tulit, illudque, quoad vixit, veneratus eſt. Quum mortem ,, adventare vidiſſet, ſorori ſuae hydriam dedit, in qua caput ,, adſervatum habebat, admonuitque, ut ſe theſaurum habere ,, ſci-

1 V. *Labbe tom. IV. Pariſiis* 1671.
2 Obſcurus ſane homo cujus *Relatio* erroribus ſcatet, totaque mendoſa eſt.
3 Inter opera ſuppoſititia accenſenda.
4 Operum Jacobi Sirmondi t. II. *Pariſ.* 1696.
5 Maximis illis praeconiis effertur a Caſſiodoro *Inſtitut. ad divinas lectiones cap.* XXIII. *Operum tom.* II. *Rotomagi ſtudio Garetii* 1679.
6 *Cod. Palatin.* 1224. [illegible] libus &c.

„ ſciret. Poſtea Euſtachius occultus quidam Arianae perfidiae Pre-
„ sbyter illud obtinuit, qui quia miracula a Deo hoc capite pera-
„ cta ſibi tribuebat, civitate expulſus eſt. Spelaeum quoddam, ubi
„ ille fugiens ſacrum Caput in vaſculo abdiderat, quidam pii
„ Monachi ad habitandum obtinuerunt: & variis ſibi ſucceden-
„ tibus, tandem ſub Marcello Archimandrita ſollemnis detectio
„ facta eſt[1] „ Celeberrima haec illa *Inventio*, quam praeſeferunt Latinorum Martyrologia, Bedae, Vſuardi, Adonis, Notkeri, Wandelberti, Fuldenſe, Tabulae aliquot Graecorum, Synaxarium Arabicum, Ephemerides Moſcovitarum, &c. Vt autem pro inſtituti, ſuſceptique operis ratione monumentum aliquod ejus rei ob oculos proponerem, duo potiſſimum ſelegi.



Duo-

[1] Haec eadem a pluribus aliis ſcriptoribus traduntur. Conſule Duſreſnium, Papebrochium ad diem xxiv. Junii *Acta Sanctorum Antverpiae* 1707. Georgium ad Adonem die xxiv. Februarii, *Martyrolog.* Romae 1745.

Duobus hujus tabellae laterculis tota, niſi fallor, ſecundae Inventionis hiſtoria exhibetur. Primus deſcriptus eſt ex Kalendario Graeco-Moſco depicto, quod Papebrochius dono acceperat, & ſubinde evulgavit in Prolegomenis ad acta Sanctorum Menſis Maii, cujus titulos iterum Romae excudi fecit P. Ignatius Kulczynskius [1] Hieromonachus S. Baſilii. Alterum delineari curavi ex Tabulis cedrinis, ſive Ephemeridis Ruthenicis pictis, quas ex Marino Phoca Geraſimi Frate olim emit tercentis aureis vir illuſtris Alexander Marchio Capponius, & Vaticanae Bibliothecae teſtamento legavit [2]. In priore quidem laterculo duo hi Monachi proſpiciuntur, qui Sacrum Caput, ubi olim Herodis domus fuerat, ligonibus effoderunt, & eruderatum palam intulerunt. Horum veſtes pictor aptiſſime penicillo effinxit, nam, quod praeceperat S. Dorotheus Archimandrita Palaeſtinus [3], tunicam habent *τὴν ἀχειροδὼταν ſine manicis*, cucullum ampliorem deſuper gerunt cum *Capitio*, & in brachia defluentem. Illi vero, qui ad laevam ſpelaei eſt, dependet e collo *Analabus*, ſive, ut vocant, ſcapulare, cujus extremae orae cruces appingere ſciens artifex non praetermiſit. Sane hic ritus, ſi vere narrat Palladius in Hiſtoria Lauſiaca [4], a S. Pacomio Monachorum in Aegypto parente videtur repetendus, is namque primus fuit, qui *figuram Crucis* Aſcetarum veſtibus conſuendam imperavit. Ad ceteros deinde Orientales Monachos mos eſt propagatus, qui illum religioſe, ac fideliter retinere conſueviſſe a Caſſiano perhibentur [5]. *Crucigerum Analabum* memorat etiam Johannes Damaſcenus in vita Stephani Junioris [6]. Altero vero laterculo hiſtoriae exitus, reique abſolutio continetur. In quo tamen pictor duo inter ſe diſſociata, nec brevi intervallo disjuncta, in unum copulavit, ſcilicet mulierem Figuli ſororem, vaſculum cum Capite Praecurſoris exhibentem, & Uranium Epiſcopum illud poſitis genibus excipientem; niſi errati ea proponatur excuſatio, quod in aliquibus hujus Inventionis

 nis

1 *Specimen Eccleſiae Ruthenicae. Append.* *Romae* 1733.

2 Italicam harum Tabularum narratiunculam edidit Romae Julius Pontanus 1731. Cumulatiſſimam vero explicationem tradere pollicitus eſt Joſeph Aſſemanus. V. *Kalendaria Eccleſiae Univerſae*, tom. 1. Romae 1750.

3 *Doctr. I. de renunc. Biblioth. PP.* tom. v. *Lugduni* 1677.

4 *Sect.* xxxv. *Lutetiae* 1680.

5 *Lib.* 1. *cap.* v. *De Inſtitutis Coenobior.* tom. 1. *Duaci* 1616. *cum Commentar.* Alardi Gazaei.

6 *Pariſiis* 1619. In plura opera, ubi libellum *Apologia dell' uſo della Crocetta d'Argento delle Monache Baſiliane di Eliseo Agricola*, *Napoli* 1725.

nis narrationibus legatur, feminam Emiſenam viris ſanctis divinum pignus tradidiſſe [1]. Fortaſſe artifici ſat viſum eſt ſi duas perſonas pictura exprimeret, quae fuerant ſupremi facti hujus actores. Neque vero mihi perſuadeam pictori fuiſſe propoſitum, ut hic delinearet Gratum Epiſcopum Auguſtenſem, & mulierem illam, quibus altera quaedam Inventio tribuitur [2], ſacrumque Caput e puteo dum aqua a muliere hauriretur, eductum fingitur; adeo enim dubia, & incerta, adeo pauciſſimis hominibus commentitia haec hiſtoria probata eſt, ut eam non poſſim his tabulis conſignatam exiſtimare. Praeterea veſtis, qua ornatur Epiſcopus, nedum variata Phrygio opere, ſed conſtrictis manicis, qualem Graecis Pontificibus tribui videmus in Graecorum picturis, muſivis, anaglyphis, Πολυσταύριον, ſive *Pallium*, quo cingitur collum, & ante pectus infra genua defluens, multiſque intertextum crucibus, nonne de Vranio Emiſeno potius, quam de Grato Auguſtenſi hic cogitandum admonent apertiſſime? Nec quicquam negotii faceſſit Vranium Patriarchae Alexandrini, quod vocant, Suffraganeum fuiſſe [3]: jam alias, praeeuntibus Mabillonio, Zeiglero, Garnerio, Sauſſayo, Cantellio, Pertſchio, demonſtravimus [4] ad *Pallium* obtinendum haud opus fuiſſe Metropolitana dignitate, & tum Graecis, cum Latinis Epiſcopis fuiſſe conceſſum. Reſtat, ut de orbiculo, ſeu *Nimbo*, quo Vranii caput redimitur, dicam. Non ideo in Divorum numerum relatum fuiſſe cenſendum eſt; licet enim primitus Superum tantummodo Imagines hoc diademate ornarentur, viris illuſtribus deinde appoſitum eſt, ut non tam virtutis, quam dignitatis indicium exhiberet. Exempla in rei fidem, ex inferioris aevi numis, ex codicum picturis, aliiſque antiquitatibus Chriſtianis accerſere ſuperſedeo; & ſi cui haud praeſto ſunt Conradi Stiglizii, & Johannis Reiskii [5] libelli, unum adeat Anſelmum Conſtadonium in explicatione Tabulae Graecanicae, Iconem S. Crucis referentis [6].

Tertius denique noſtrae tabellae laterculus poſtremam detectionem

1 Apud Metaphraſt.

2 V. Papebrochium loc. cit.

3 V. Carolum a S. Paulo, *Chronologia Sacra*, *Pariſiis* 1641, Michaelem Le Quien, *Oriens Christianus*, *Pariſiis* 1740.

4 *De Sacris Chriſtianorum Balneis*, cap. IV. *Venetiis* 1750. Conſule ſi lubet Joh. Georgium Pertſch. *de origine, uſu, & auctoritate Pallii*, *Helmſtadii* 1754. Joh. Caſparem Barthel, *Diſſertatio Hiſtorico-canonica de Pallio*, *Romae* 1753.

5 *De Lunulis Veterum Gentilium Inſignibus*, *Erfordiae* 1740. *De Nimbo dictum in ſecundo Faſciculo Diſſertationum* ..., *Helmſtadii* 1741.

6 *lib. cit. ad pag.* 33.

ctionem commonſtrat, qualem tradit Anonymus a Cangio editus, interprete Combefiſio. Quum Deus arcano ſuae voluntatis conſilio Emeſam a barbaris expugnari ſiviſſet, minime tamen paſſus eſt illic remanere ſacrum Johannis Caput, ſed hanc mentem, voluntatemque pio cuidam cultori indidit, ut in exiguam, obſcuramque Vrbem *Comanam* vaſculo concluſum transferret. Res ad Michaëlem Imperatorem Theophili filium delata eſt, vel potius coeleſti monitu patefacta, qui Byzantium juſſit aſportari. Michaelem hic cernere eſt paludamento auriphryſio indutum, diademate regio, nimboque ornatum, Ignatium thymiaterium gerentem, & piorum hominum turma ſtipatum. Quam belle haec ab anonymo Combefiſiano narrantur! ἀλλὰ γὰρ ἅμα ἐπεγνώκεσαν καὶ Βασιλεὺς ἅμα καὶ Πατριάρχης, ὅσοι περὶ τὰ Βασίλεια, καὶ ὅσοι ἱερῶνται καὶ μονάζουσι, τῆς Πόλεως προεξῄεσαν, μύροις καὶ λαμπάσιν ὑπαντήσαντες, καὶ σὺν πολλῇ δορυφορίᾳ τῇ κεφαλῇ τὴν εἴσοδον ἀξιώσαντες, ᾗ ὄμματα καὶ χείλη, καὶ μέτωπα, καὶ πρὸ τούτων καρδίας προσάψαντες. *Vix dum autem id intellexerant Imperator ſimul, & Patriarcha, ac quot in aula Proceres, quotquot Clerici, ac Monachi erant, extra civitatem effuſi, cum ſuffitibus, ac lampadibus obviam proceſſerunt, multoque cum apparatu, & pompa Caput deduxerunt, cui & oculos & labia, & frontem praeque aliis corda admoverunt.* O mira in ſacras Reliquias veneratio! O ſingularis ex divorum patrocinio ſalutis expectatio! Irrideri equidem ſolet a peſſimo hominum grege tot in his rebus jactari oſtenta & revelationes. Sed iſtiuſmodi invidos viſorum vituperatores commodiſſimis verbis perſtringit magnus Auguſtinus ſermone CCCXVIII, ubi de S. Stephano ait: *Hujus corpus ex illo uſque ad iſta tempora latuit; nuper autem apparuit, ſicut* SOLENT *apparere corpora ſanctorum Martyrum,* REVELATIONE DEI [1]. Cujus enim, niſi divini Numinis admonitu, ductuque reſciri poterunt, quae latent craſſis occultata, & circumfuſa tenebris, & caligine undique tecta?

Nemo hic nos aut rerum ignorationis, aut in ſcribendo indiligentiae inſimulet, ſi ceteras Venerandi Capitis detectiones, quae circumferuntur, ſilentio praetermiſſas animadvertet. Non ignorabam profecto, quae de Inventione Angeriacienſi tempore Willelmi Aquitaniae Ducis ab Ademaro Chabannenſi [2], Radulpho [3] Glabro

1 Operum tom. v. Pariſiis 1683.
2 *Labbe Bibliotheca Nova MSS. tom. II. Pariſiis 1657.*
3 Inter Scriptores Francicos Ducheſnii tom. IV. Lutetiae 1641

Glabro, aliiſque traduntur. Non clam me erat *Charta* Landulphi noſtri Taurinenſis Antiſtitis, qui *partem Capitis digniſſimi Praecurſoris Domini impetravit* ab eodem Willelmo [1]. In manibus ſunt, quae de Ambianenſi, deque Romana Lipſanotheca perhibentur. Sed haec erant ne hoc loco refutanda, an vero ab omni ſuſpicione liberanda? Utrumque difficile, & aleae plenum. Itaque, quia nonniſi vetuſtiſſima complecti inſtitueram, ceteris ſuperſedendum exiſtimavi. vix enim fieri poterat, ut res tam caute, moderateque tractaretur, quin magnam ſubirem invidiam, & niſi temeritatis, at imprudentiae certe coarguerer. Sed quandoquidem a *Feſtis* dicendi exordium cepi, ab iiſdem exitum acceſſam. Ambiani die XIII. Decembris feſtum peragitur hoc titulo: *Receptio Faciei S. Iohannis Baptiſtae*. Omni apparatu, ſtatiſque per horas precibus concelebratur, ut ex *Breviario* ejuſdem Eccleſiae, edito Ambiani MDCCXLVI. cuivis patebit. Feſtum alterum *Suſceptionis Reliquiarum* Pariſienſem Eccleſiam ſollemne habuiſſe a Sauſſayo ſcribitur, cujus verba hic apponam: *In antiquo Martyrologio Eccleſiae Pariſienſis edito anno 1538. ex vetuſtis codicibus legitur. Pridie nonas Decembris ſuſceptae ſunt in Eccleſia Beatae Mariae Reliquiae, ſcilicet pars capillorum Beatae Mariae & tres Dentes S. Iohannis Baptiſtae: Feſtum hinc ortum Pariſiis tota Urbe & Dioeceſi celebre* [2]. Equidem feſtum hoc, etſi deſit in noviſſimo Breviario Pariſienſi Caroli Archiep. de Ventimille An. MDCCXXXVI, reperitur in altero Franciſci de Harlay edito An. MDCLXXX. Quia tamen turpe eſt in veri inquiſitione quae dubia ſunt, pro certis decernere, in tanta Lipſanorum copia, in tanta ſibi invicem diſſidentium ſcriptorum varietate, illud Gelaſii decretum animo erit mihi perpetuo infixum, omniumque mentibus infigi par eſt: *Scripta de Inventione Capitis S. Iohannis Baptiſtae, novellae quidem relationes ſunt, ſed quum haec ad Catholicorum manus pervenerint, Beati Apoſtoli ſententia praecedat*: omnia probate, quod bonum eſt tenete [3].

CAPVT

1 *Stephani Baluzii Miſcellaneorum lib.* IV. *pag.* 445. *Pariſiis* 1683. Ex Codice Colbertino 1366. Vide inſuper inter Joh. Mabillonii Analecta tom. IV. *Pariſiis* 1685. Urbis Romae deſcriptionem pag. 514. Tit. S. Joannis Caput.

2 *De Gloria S. Andreae Apoſtoli lib.* III. *pag.* 451. *Pariſiis* 1658.

3 *Ubi ſupra*

CAPVT OCTAVVM.

Faſti Bimeſtres Eccleſiae Ruthenicae ex Muſeo Cl. M. Locatellii nunc primo eruditorum oculis proponuntur. Mos pingendorum Kalendariorum Kalendarium Furii Dionyſii Alterum opere Muſivo repertum extra Portam Capenam. Ephemerides depictae in Periſtylio Monaſterii S. Athanaſii, & in Odeo Eccleſiae Simonis Petrae. Qua aetate noſtrae Tabulae conſtructae Earundem copioſa deſcriptio. Quicquid eae habent notatu dignius, vel ad S. Iohannem Baptiſtam pertinens, explicatur, multaque veteribus Eccleſiae ritibus illuſtrandis eliciuntur.

DIVTVRNAM maximamque ſibi famam adſciſcere, & Reipb. litterariae ſummopere prodeſſe, nemo inficiabitur, viros illos qui eruditae vetuſtatis reliquias hac illac disjectas, & ineluctabili rerum fato, temporiſque edacitate brevi interituras, ab impendenti vaſtitate ac ruina ſtudioſe prohibent, & illis tuendis, conſervandiſque curas, ſumptus, incommoda libentiſſime impendunt. Nam ex liberalium diſciplinarum cognitione, quae ſunt partim ad vitae uſum, partim ad oblectationem animi neceſſariae, quae major utilitas, aut jucundior voluptas percipi poteſt, quam verſari in contemplatione monumentorum, ex quibus rerum geſtarum memoria omnis elicitur, fortiſſimorum virorum glorioſa, & illuſtria facta in conſpectu proponuntur; publica aeque ac privata vivendi agendique ratio, longe a noſtra memoria remota, intelligitur; & quae a ſcriptoribus ambigue, aut intercisa oratione tradita ſunt, clariſſimis veſtigiis, nulloque monſtrante, omnium oculis uſurpantur? Sed horum pars maxima in tenebris jacuiſſet, jaceretque ad hunc diem, niſi praeſto eſſent homines, qui honeſta quadam eruditionis amplificandae voluntate incenſi, praeclara illa monumenta aere ſuo redimerent, eaque vel tuto loco poſita, vel libris edita immortalitati quodammodo commendarent. Quo in genere omni laude cumulandus ſane eſt ſpectatiſſimus Joh. Petrus Marchio Locatellius, cujus in antiquitatibus undique conquirendis diligentia, in illis explicandis doctrina, in Muſeo tum Capitolino, cui praeeſt, cum domeſtico locupletando ſolertia, in eruditorum hominum ſtudiis juvandis liberalitas, ſi politiorum litterarum cultoribus

toribus jamdudum innotuit, mihi nuper mirum in modum patefacta eſt. Commodum, fortunateque accidit, ut dum magna ex parte typis jam eſſet excuſa tertia haec Diſſertatio, idem V. Cl. Tabulas Bimeſtres Faſtorum Eccleſiae Ruthenicae Muſeo ſuo olim inlatas mihi contuendas exhiberet, atque ſingulari benevolentiae ſignificatione eaſdem jam aeri inciſas commodaret. Inſpicienti, omnique accuratione contemplanti peropportunae viſae ſunt, quae ceteris hujus libri monumentis optimo jure accenſerentur; nam quum in altera tabella Feſtum *Conſociationis* S. Johannis, in altera *Inventionis Capitis* ejuſdem deprehendatur, noſtrae tractationi hinc uberior, novuſque ſplendor accedere videtur. Integras autem dabo, & utriuſque explanationem ſubjiciam, ut laterculos hac una acceſſione ornationes nobili poſſeſſori, officii non immemor, reſtituam, tum etiam quia rerum Liturgicarum ſtudioſis id gratum, acceptumque eſſe habendum exiſtimavi.

Quonam potiſſimum nomine ſint appellandae nihil moror: Menologia, Ephemerides, Kalendaria alii dicant, per me licet; quocumque utantur vocabulo, a veterum dictionibus non aberrabunt. Neque illud mihi arrogabo, Kalendariorum originem, vetuſtatem, varietatemque aptius poſſe me demonſtrare, quam haec a Fulvio Vrſino, Petro Ciaconio, Dionyſio Petavio, Sibrando Siccama, Petro Gaſſendo, Thoma Dempſtero, Jacobo Chriſtmanno, Davide Blondello, nuperrime vero a Federico Althano[1] demonſtrata ſint. Sed quia in hoc elegantiſſimo litteraturae genere novitas rerum debet nos excitare ad eas intime cognoſcendas ac ponderandas, de veterum Kalendariorum Faſtorumque pictura aliqua praeloqui libet. Romanos litteras coloribus pinxiſſe, ac membranas imaginibus perornaſſe pluribus evincit Funcius[2], idemque in Kalendariis deſcribendis factitatum indicio eſt illud Ovidii,

Quaeque ferunt illi pictos ſignantia Faſtos[3].

Nihil hic tamen indicati praeter morem illum, dies faſtos a nefaſtis minio ac rubrico diſtinguendi, interpretes opinantur. At non fuerat certe ille omnis Kalendariorum ornatus. Figurae initio cujuſvis Menſis addebantur, quibus uno conſpectu intelligeretur, quae eſſent eo temporis ſpatio coeli, ſolique mutationes, quae tunc terra marique gignerentur. Kalendarium duodecim his ſchematis effigiatum, exara-

1 *De Calendariis &c. Venetiis 1755.* 2 *De Scriptura Veterum cap. 17. Hamburgi 1743.*
3 *Faſtor. 1.*

exaratumque prope ad An. CCCLIV & Valentino a Furio Dionyſio dedicatum, ex Bibliotheca Vindobonenſi in lucem extulit Lambecius [1]. Sed hujuſce moris antiquior ſuppetit teſtificatio; nam non multos antea annos repertum fuit extra Portam Capenam veteris aedificii pavimentum, in quo mira concinnitate, affabreque depictae viſebantur opere muſivo XII. Anni Menſium figurae. At, quae eſt harum rerum fortuna, fieri minime potuit, quin lapilli diſſociarentur, totumque pene muſivum foſſorum negligentia perſtringeretur ac deperiret. Integer unus ſupereſt laterculus in aedibus ejuſdem eximii viri Locatellii, exhibens hominem ruſtica penula indutum, lancem cum fructibus manu gerentem, & eleganti piſcium, herbarum, fruticum comitatu aptis coloribus expreſſo, appoſita deſuper inſcriptione, IVNIVS. Balthei ſtellati, ſeu Zodiaci ſigna Kalendario marmoreo, quo vicani utebantur, exſculpta conſpicimus [2], quid ni in depictis eadem appoſita credamus?

Verum ſingulis Anni diebus, aut his ſaltem, qui ſollemniores habebantur, figuras penicillo adnectere, Chriſtianis primum, quantum ego arbitror, uſitatum fuit. Hi nempe ſuas Ephemerides in luce atque omnium oculis conſtituebant perpetuis Sanctorum imaginibus ornatas, quibus & feſta peragenda indicerentur, & coelicolarum virtus geſtaque facilius in animos contuentium imprimerentur, diutiuſque infixa manerent [3]. Vidit olim Mabillonius Romae in periſtylio Monaſterii *ad Guttam manantem* depictum Kalendarium feſtorum, quae per totum annum in ordine celebrari mos erat [4]. Graecis tamen uſitatius hoc fuerat, qui id genus Kalendaria in Odeo, & ſtatione Canentium depingebant. Johannes Comnenus eo libro, quem pagina 63 allegavimus, deſcribens Monaſterium ab Aſceta Simone fundatum, inquit [5]. *εἰσὶ δὲ καὶ εἰς τὸν δεξιὸν χορὸν δώδεκα εἰκονίσματα Μοσχόβικα περιέχοντα τοὺς ἑορταζομένους ἁγίους ἑκάστου μηνός. In dextro Choro ſunt duodecim Tabulae effigiatae Moſcoviticae, quae Sanctos, qui ſingulis menſibus coli ſolent, repraeſentant.* Imagines ejuſmodi quamvis exſtarent in uno ex Coenobiis magni illius Thraciae montis Atho, & ad Graecum morem eſſent depictae, *μοσχόβικα* dicuntur, tum quia Moſchi, Ruſſi, Slavi,

1 *Comment. Biblioth. Vindobon. lib. IV. Vindobonae* 1671.
2 *Gruter. CXXXV. tom. I. Amſtelod.* 1707.
3 *Propoſitum id etiam Rabulis, quam illuſtrium Virorum imagines pingi faciebant. V. Fr. Junium de Pictura Veter. lib. 3. Roterod.* 1694.
4 *Iter Italicum pag. 142. Pariſiis* 1687.
5 *Pag.* 417.

Slavi, Bulgari, Servi illic habebant, habentque etiam num ſuae nationis Aſceteria, teſte Viro ſummo, & perdocto Aſſemano [1]; tum quia Moſcovitae, & Rutheni Graecos potiſſimum ſequuntur, eodemque fere utrique in feſtis peragendis utuntur inſtituto.

Nunc ad Bimeſtres noſtras Tabulas dicendo convertar. Ligneae ſunt, & ſubatra illitae tinctura: figurae uno quaſi luteolo pigmento ſuperinductae atque deſcriptae, aliis coloribus vix levi manu admixtis, ut pictura μονοχρώματος dici poſſit. In quodnam expreſſe tempus harum Tabularum conſtructio ſit conferenda, dictu difficile eſt, nihilominus receſſus umbrarum ac depreſſiones, ab his reſilientes luminum eminentiae, partium ordo ac ſymmetria, aedificiorum ſtructura, veſtium ratio, totiuſque operis ingenium facile me in eam ducunt ſententiam, ut illas Kalendario Graeco-Moſco Papebrochii antiquiores certiſſime credam, & vetuſtioribus Aſcetis Graeco-Ruſſis acceptas referri oportere non ſit ambigendum. Jam vero ſingulas illarum imagines perpendam, earumque adjuncta explicabo; cum Menologio Baſilii, Ephemeridis Bollandianis, Kalendario Poſſevini (2), aliiſque conferam, ut quicquid continent notatione dignius, quicquid de Johanne Prodromo habent, perſpicue eliciatur.

TABV-

1 *Kalend. Eccleſ. Univerſae tom. 1. cap. 71.*
2 Kalendarium Ruthenicum edidit Poſſevinus In *Apparatu Sacro tom.* III. *pag.* 174. *Venetiis* 1606.



TABVLAE PRIMAE EXPLICATIO.

IANVARIVS.

DIE I. S. BASILIVS MAGNVS.

NON a Circumciſione Domini, ut ceteri Faſti Kalendares, ſed a Baſilio Caeſareae Cappadociae Epiſcopo incipiunt noſtrae Ephemerides. Quum Monachorum inſtitutum magnopere amplificaverit, ideo a Monachis praecipuo cultu affectus fuit: non tamen a Ruthenis Aſcetis vetuſtiſſimum feſtum Circumciſionis praetermiſſum credam. In Kalendario Marmoreo Eccleſiae Neapolitanae [1] praefigitur nota *Depoſitionis*, ut hunc fuiſſe Baſilii emortualem diem intelligamus. Icon refert S. Antiſtitem habitu Pontificali indutum, & Palliatum. Non quaero exſtiterit nec ne Archiepiſcopus; ſatis de uſu Pallii dixi capite ſuperiore. Manu librum gerit, deſcriptaque in eo verba indigitat: locum fortaſſe Bibliorum perdifficilem ab eo mirifice illuſtratum, in quo ſapientiae genere excelluit. Vide laudationem a Philotheo Patriarcha CP. conſcriptam [2].

DIE VI. THEOPHANIA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

In Eccleſiaſticis Graecorum libris Baptiſmus Chriſti, vel Epiphania hic dies plerumque inſcribitur. Icon quidem Johannem commonſtrat Jeſum in Jordane baptizantem, fere ut in Muſivo, quod protulimus Diſſert. II. cap. IV. pag. 58. Ceterum quae in Baptiſmo acciderunt, optime congruunt cum inſcriptione; manifeſto enim de Chriſti divinitate maxima, & ſplendidiſſima teſtimonia tunc ſe prodiderunt.

DIE VII. CONSOCIATIO IVSTI PROPHETAE PRAECVRSORIS BAPTIZATORIS DOMINI IOHANNIS.

Quid vere Icon proponat, anceps haereo. Antrum videtur, inferne exciſum, caecum ac metuendum, in cujus ora ſe ſiſtit Johannes, hominesque illic clauſos alloquitur. Num hic forte Baptiſta in *Limbum* deſcendens, ibique Patriarchis deliteſcentibus Chriſtum praenutians? Fuerat hoc Graecis valde perſuaſum, ut

P dixi-

1 Interprete Mazochio *tom.* 1. *Neapoli* 1744. 2 *Cave de Script. Eccleſ.* t. 1. *Baſileae* 1741.

diximus Cap. V., quare credendum apud Slavos Alcetas, ad quos hoc pertinebat Kalendarium, feſtum *Synaxis* fuiſſe commemorationem deſcenſus Johannis ad inferos, quod optimo jure *Conſociatio* inſcriberetur, quia ad ſanctiſſimos illius Patres ſe adjunxerit. Nova igitur illius feſti interpretatio hinc colligitur. At proximi ſchematis delineatio fluvium potius exhiberi ſuadet, qui hominum turbam ad ſuram uſque lambit, & Johannem in ripa ſtantem, qui homines felici lavatione abluit, juſtiſque *conſodat*. Sane imagines Menologii Baſilii, & Kalendarii Bollandiani ad hunc diem, Johannem referunt Judaeos in Jordane baptizantem.

DIE XI. S. THEODOSIVS MAGNVS. ET S. MICHAEL KLOPSCENSIS.

Ex duobus Theodoſiis inſtituto τοῖς κοινοβιάρχαις illum hic notiorem, & celebriorem intelligi debere admonet nota adpoſita μέγας. Fuit is ortu Cappadox, multorumque Monachorum in Palaeſtina auctor & parens: ubi expletis CV. aetatis annis, e cuſtodia, vinculiſque corporis in coelum evolavit. Colitur hoc die in Menologio Baſilii, ceteriſque Kalendariis vetuſtioribus, itemque in Menaeis, in Horologio, Anthologioque Graecorum. Qua vixerit aetate alter Sanctus Coenobiarcha Ruthenus, qui hoc eodem die vitam cum morte commutavit, non audeo definire. Icon utroſque habitu Graeco Monaſtico indutos exhibet. Palliolum breve, & anguſtum, quod Caſſianus *Maforten*[1] appellat, *Ricinum* vero Servius[2], quod poſt tergum facile rejiceretur, uterque geſtat. Capitis tegmen an ſit *Camelaucion*, ſive pileolus, an vero *Capitium* tunicae, vel pallio aſſutum, haud probe diſpicio. Fuit olim tempus, quo Monaſtae Camaleucio tantum uterentur, eoque ſi valetudo, vel coeli intempeſtas poſtularet: Pileus illis certe inuſitatus, niſi velis loco illius ad arcenda incommoda, *Birro* caput protexiſſe, de quo adiſis *Typum Veſtis Religioſae &c.*[3] Praeterea librum deferunt, quem legendo, ac pervolutando coeleſti voluptate eorum animi expleantur, atque ad percipiendam, colendamque virtutem jugiter excitentur. Quid tam ſollemnibus verbis cautum in Regula Pachomii & Baſilii, quam ut Monachi ſacrorum

1 *Caſſianus De Coenobiorum Inſtitutis* l. 1. cap. VIII. *De Mafortibus* Duaci 1616.
2 *In* 1. *Aeneid.* *Pariſiis* 1600.

3 Qua antiquorum Monachorum multiplex habitus repraeſentatur, auctore Leone a S. Johanne *ſect.* 118. *pag.* 81. *Pariſiis* 1645.

crorum librorum lectioni diutiſſime vacent[1]? Librorum integumenta nullo ornatu pinxit artifex, fortaſſe ut oſtenderet nihil ſplendidum viros illos habuiſſe.

DIE XIV. S. SABA SERVIAE.

Johannes Tomcus Marnavitius Boſnenſis, libro, qui inſcribitur *Sanctitatis Illyricianae Foecunditas*[2], tres hujus nominis ſanctitate praeclaros, coeloque inlatos memorat viros. Primus eſt Saba Cappadox in Palaeſtina Monachorum moderator, qui ſaeculo v. poſt ſuſceptam Concilii Chalcedonenſis defenſionem ſupremum obiit diem. II. Saba Gothus, qui ſub finem ejuſdem ſaeculi v poſt ſuppliciorum acerbitatem, Gothorum Rege Athanarico imperante, Martyr mortem oppetiit. III. Saba Simeonis Stephani Raſciae Regis Filius, & Serbiae, ſive Serviae Archiepiſcopus; is nempe, qui in noſtris Tabulis Pontificalibus indumentis ad oculos accurrit. Fuit is ſecundus Serviae Metropolita, obiitque Le Quienio auctore[3], An. MCCL.

DIE XVI. ADORATIO VENERANDARUM CATENARUM APOSTOLI PETRI.

Sacra hic cernitur aedes pinnis, faſtigiis, turriculis ornata; eamque eſſe facile crediderim, quam CPoli Juſtinianus Imp. in honorem S. Petri intra ſepta S. Sophiae condi mandavit, quamque magnificentius auxit, quum in ea Catenas Beatiſſimi Apoſtoli, ab Hormiſda Papa ſibi dono miſſas, ſollemni apparatione, ſacra popularique laetitia collocavit[4]. In ipſa Templi facie ad laevum oſtii latus Protome viſitur S. Petri, opere ſculptili, aut pictorio, tabellae quadratae incluſa. Pars Catenarum ſub ipſa tabella ad modum encarpi, ſeu lemniſci ſuſpenſa apparet. Adſtat extra fores limenque Templi ſupplicantium agmen, cujus primas obtinet Patriarcha. Pavimentum ubi ille conſiſtit, tapete orbiculato inſtratum videtur: pone illum Imperator cultu regio, capite diademate, ac Nimbo de more revincto; Quos duos principes viros Cleri-

1 In Codice Regularum Lucae Holſtenii par. 1. Pariſiis 1663.
2 Romae 1630.
3 Oriens Chriſtianus t. 1. Pariſiis 1740.
4 Verba Legatorum ad PP. Hormiſdam, qui inſcribuntur nomine De Catenis S. Apoſtolorum petiere, habes in collectione Labbeana tom. IV. edit. Pariſien. Conſule Agathiam Scholaſticum de Geſtis Juſtin. lib. 1. Pariſiis 1660. Procop. de Aedific. Juſtinian. lib. 1. cap. 1. Pariſiis 1663.

Clerici, aulicique homines affectantur. Agmen claudit, aut fallor, Theodora Auguſta Juſtiniani uxor. At cur Pictor illam in extremum conjecit locum, Nimboque imperatorio ſpoliavit? An quia femina Eutychis erroribus miſere infecta maritum a recta fide abduxerat? Pueri pſaltrii ſtant e regione, librum precum geſtantes, laudeſque B. Petro ſuccinentes. Aptiſſime hic *Cantores* adjecit Pictor, quos ipſe Juſtinianus inter Eccleſiae COpolitanae miniſtratores Novella III. recenſuit [1]. Feſtus *Vinculorum S. Petri* dies fuit Graecis non incelebris. Notatur in Menologio Baſilii, & Caniſii [2]; in Martyrologio Metrico Eccleſiae Graecae Godofridi Siberi [3]. In Kalendario Moſco inſcribitur: *Eductio Petri ex Carcere per Angelum*. Sed haec fuſe, lateque tradidit jam vir acerrimo ingenio, & abundanti doctrina M. A. Monſacratus in Diſſertatione *de Catenis S. Petri* [4].

DIE XVII. BEATVS ANTONIVS MAGNVS. ET BEATVS ANTONIVS RIMLANENSIS.

In omnibus Graecorum, & Latinorum Faſtis nomen Antonii Magni Aſcetarum in AEgypto parentis hoc die comparet; cui alter hujus nominis, & egregia virtute Monachus indigena hic adnectitur. Porro nomen illius deeſt in hodierno, & vulgari Ruthenorum Kalendario. Cur autem quinque illa ſymbola, Ignem, Suem, Baculum, Tintinnabulum, Signum *Thau*, quae Magno Antonio, ſi Raynaudo fides [5], ex vetere inſtituto appingi ſolent, pictor ad unum omnia praetermiſerit, quum id exemplo non vacet, nequicquam inquiremus.

DIE XVII. S. ATHANASIVS. ET S. CYRILLVS.

Duo ii Alexandrini Pontifices hoc ipſo die junguntur in Menologio, Anthologio, & Kalendario effigiato Moſcorum. De Athanaſio nihil eſt, cur hic velim multis verbis diſceptare, quandoquidem nihil ſingulare noſtra Icon ſuppeditat. At mihi temperare minime poſſum, quin illuſtre illud, ac proprium capitis operimentum *Cruciforme*, quo Cyrillus donatur, brevi commentatione

1 V. Binghamum *Origin. & Antiq.* lib. III. cap. II. vol. II. *Halae* 1725.

2 *Lection. Antiqu.* tom. III. *curante Baſnagio Antuerpiae* 1725.

3 *Lipſiae* 1727.

4 §. IV. *Romae* 1750.

5 Libellus Theophyli Raynaudi Inſcribitur: *Symbola Antoniana*. Inter opera ipſius Tom. VIII. *Lugduni* 1665.

tione planum faciam; hinc enim plurimum luminis affertur, tum illius dignitati aſſerendae, tum quaeſtioni ſubdifficili commodum dirimendae. Nemo profecto rerum Eccleſiaſticarum adeo ignarus eſt, qui ſaepe non legerit geſta Coeleſtini I. Papae adverſus Conſtantinopolitanum Antiſtitem, & inauditae haereſeos auctorem Neſtorium. Celebrato Romae Concilio Chriſtianorum communione, & Praeſulatu privatum fore edixit, ni uſus dato in poenitentiam ſpatio x. dierum errorem deponeret. Exequendae ſententiae, & in Synodo OEcumenica apud Epheſum ſuae fungendae vicis negotium Cyrillo dedit [1]. Sed quem ſuo muneri Vicarium delegerat, eumdem (ſi Theodorum Balſamonem in adnotatis ad Photii Nomocanonem audiamus) praecipuo honeſtavit privilegio, ὡς νῦν παράστασιν τῦ ἔχειν αὐτὸν τὸ δίκαιον τῦ πάπα Ῥώμης Κελεστίνου ἐκάθησε μετὰ λώρου καὶ κατεδίκασε τὸν Νεστόριον. *Ut itaque conſtaret eum habere jus & auctoritatem Romani Pontificis, ſedit* (in Concilio Cyrillus) *cum Loro, & condemnavit Neſtorium* [2]. Hinc ſane a vero abduci, fallique reor, qui pro *Loro* Mitram bifidam, aut quodcumque aliud capitis operimentum in coni formam aſſurgens Cyrillo attribuunt, quemadmodum Tabulae Moſchae, aliaeque picturae. Quid λῶρος ſi vim vocis attendas? *Vitta, taenia, vinculum, faſcia, ligamen, amentum, lemniſcus*. Conſulto igitur, & recte noſtrorum Faſtorum Pictor capiti S. Cyrilli nil praeter *Vittam* adaptavit, quae tamen ne inferne deflueret, videtur pileolo aſſuta, & ad modum Crucis belle diſpoſita. Hinc facultatem ſibi data repetunt Alexandrini Epiſcopi, ut poſſint contra ceterorum morem capite cooperto ſacris operari [3]. Accepimus quidem ab Epiphanio [4], & Euſebio [5] Jacobum Fratrem Domini, & Johannem Theologum πέταλον *Laminam* quamdam honoris inſigne in capite geſtaſſe, verum cujus forma bractea illa eſſet nulli cognitum apertumque exiſtimo. Merito proinde doctiſſimus Varmiae Epiſcopus in Gallica explicatione Tabulae Eburneae, cui optimo artificio exſculptae ſunt imagines Johannis & Paulli Apoſt., quaeſtionem tamquam deſperatam in medio relinquit [5].

DIE

1 Confer Epiſtolam Coeleſtini ad Cyrillum inter acta Concilii Epheſini. *Labbe tom.* III.

2 *Vit.* VIII. *cap.* I. in Bibliotheca Juris Canonici veteris Juſtelli *t.* II. *Pariſiis* 1661.

3 Balſamon ubi ſupra.

4 *Haereſ.* LXXVIII. *edit. Pariſien.*

5 *H. E. lib.* III. *cap.* XXXI.

6 *Explication d'un Tableau en relief. à Dreſde* 1712.

DIE XVI. S. THEODORVS STVDITA.

Icon refert virum habitu Sacerdotali Graeco indutum. Nihil de eo commemorant hoc die Poſſevinus, aut Papebrochius. Menologium Baſilii colendum proponit ad diem undecimam Novembris. Is a Taraſio Patriarcha Sacerdotio initiatus, Monaſterio Studii praefuit, Iconomachis obſtitit pro virili, & aetate longaevus vita migravit. Laeva volumen gerit, quo plura illum ſcripſiſſe admoneamur.

DIE XXX. SS. BASILIVS MAGNVS. GREGORIVS THEOLOGVS. JOHANNES CHRYSOSTOMVS.

Ruthenicae Poſſevini Ephemerides trium horum Sanctorum memoriam pridie hujus diei perſcribunt; ſed in Anthologio Graecorum hic unus trigeſimus Baſilio, Gregorio, Chryſoſtomo communis eſt. Hujuſce celebritatis cauſſam ſcitu non injucundam afferunt Graeci recentiores: quam lubet in pauca conferre, & latine reddere ex Graecanica narratione, quae habetur in Anthologio, poſt Stichos hujus diei. Tantam doctrinae, praeſtantiſque animi famam apud omnes conſecuti fuerant Baſilius, Nazianzenus, & Chryſoſtomus, ut imperante Alexio Comneno contentio oborta fuerit, quiſne ex his tribus virtute, & eruditione aliis praeſtitiſſet; eoque pia altercatio proceſſit, ut populus in tres ſcinderetur factiones; & alia *Baſilitarum*, alia *Gregoritarum*, poſtrema *Johannitarum* appellaretur. Contentionem ipſimet Sancti compeſcuerunt, dum Johanni Euchaitarum Antiſtiti per viſum apparuere, monueruntque, ut populus a concertatione abſtineret ſe ſe; quandoquidem ſimillima, eademque erant illorum apud Deum merita, nec quiſquam trium coeleſti gloria diſſidebat [1]. Inde ob rei memoriam agi coeptum eſt conjunctim Feſtum horum Sanctorum.

TABV-

[1] ΑΝΘΟΛΟΓΙΟΝ editum Venetiis typis Ioh. Petri Pinelli, accurante Theophylacto Tzanfurnare 1621.


Г
И
ДI

TABVLAE SECVNDAE EXPLICATIO.

FEBRVARIVS.

DIE II. OCCVRSVS DOMINI NOSTRI JESV CHRISTI.

ANno decimoquinto Imperii Juſtiniani quum graviſſima ac teterrima peſtis CPoli graſſaretur, quia Deum placatum pietas efficit, cautum fuit, ut feſtum *Hypapants*, ſive occurſus Domini die II Febr. impoſterum celebraretur. Concordi adeo ſententia memoriae id proditum a Theophane Iſacio [1], ab auctore Hiſtoriae Miſcellae [2], aliiſque, ut quamvis apud Latinos celebritas haec fuerit aliquanto antiquior, apud Graecos Juſtiniano non cenſeatur vetuſtior. Non deſunt tamen, qui optimis accitis teſtibus multo antea ſin minus COpoli, in aliis certe Orientis regionibus feſtum hoc peractum fuiſſe tueantur [3]. Qui haec penitus pernoſcere deſiderant, ad libros Beatiſſimi P. N. BENEDICTI XIV. ire jubeo [4], ut a fontibus potius hauriant, quam rivulos conſectentur.

DIE III. S. JVSTVS SIMEON DEIFER. SANCTA ANNA PROPHETISSA.

Etſi multa de Simeone dicenda ſuppeterent, brevius tamen anguſtiuſque hoc loco concludi poſtulant. plura curioſe perquirenti ſatis Leo Allatius faciet in Diatribe *de Simeonum ſcriptis* [5] Θεοφόρος *Deifer* hic vocatur, non ea ſane ratione, qua Ignatius Martyr Chriſtianos hoc nomine cenſebat eſſe appellandos [6], ſed quia vere Puerum Jeſum, Deique Filium in ulnas ſuas recepit. Nullum ferme eſt Latinae, Graecaeque Eccleſiae Martyrologium, quod hodie, vel altero proxime die, ſanctum juſtumque hunc ſenem colendum non indicat. Venerandum corpus illius e Sacello S. Sophiae contiguo An. MCCV. Venetias delatum fuit, atque in Templo nomini ipſius dedicato, lapideo conditorio commendatum.

1 *In Chronographia ad ann. xv. Juſtiniani edit. Pariſien.*

2 *Apud Muratorium Rer. Italicar. ſcriptores tom. I. Mediolani* 1723

3 *Martenius de Antiq. Eccleſiae diſciplina cap. xv. Lugduni* 1706 Joſeph A. [illegible] *Diſſert. Apologetica de Corporibus SS. Gervaſii, & Protaſii* §. xxv. *Mediolani* 1708.

4 *De Feſtis B. Mariae Virginis lib.* II. c. I. *Romae* 1[illegible]51.

5 Initio operis *Pariſiis* 1664.

6 *V. Acta S. Ignatii in Spicilegio Grabii tom.* II *Oxoniae* 1699. & *Pearſonium Vindic. Ignatii part.* II. *cap.* XII. *Cantabrigiae* 1672.

tum [1]. Pictores ſaepenumero Simeonem veſte contegunt Sacerdotali; at illos mentis aeſtu abreptos commentitias effingere imagines, ſacramque hiſtoriam mirifice depravare pluribus oſtendit Joh. Interian de Ayala in Opere, *Pictor Chriſtianus eruditus* [2]. Re quidem vera de Simeonis Sacerdotio nullum ſatis idoneum argumentum afferri poſſe videtur: conſulte igitur habitu, ut ajunt, *Laicali* in noſtris Faſtis exprimitur. Volumen manu contracta tenet, Prophetarum vaticinia de Chriſto Jeſu, quae ille diu multumque mente contrectarat, fortaſſe complectens. Additur Anna uxor pientiſſima, quae quamvis mortalitatem expleverit antequam triumphale Crucis ſignum ſuſtolleretur, illud tamen laeta oſtentat, quod jam animo praeviderat Chriſtum Domini pro communi ſalute vitali huic patibulo fore affingendum. Idem duplex feſtum adnotatur in Menologio.

DIE VIII. S. THEODORVS MARTYR MILITIARVM PRAEFECTVS.

Lorica ſquamea obarmatus, paludamento fibulato indutus, ocreis, aut cothurnis munitus, haſtatuſque incedit Theodorus, nullo tamen ſcuto, clypeove, cujus vice ſatis Cruce Domini defendi gloriatur. Heracleae in Ponto diu verſatus eſt, Nicomediae autem Licinio Imperatore capite plexus. Kalendarium Poſſevini de eo agit die VII., cui conſentit Conſtitutio Emmanuelis Imp. *ἡ ἑβδόμη τοῦ φεβρουαρίου διὰ τὸν μεγαλομάρτυρα στρατηλάτην Θεόδωρον*. *Septimus Februarii in honorem Magni Martyris Ducis Theodori* [3]. In Euchaita exuviae illius tranſlatae, ibique depoſitae feruntur. Porro Johannes Moſchus inter celeberrimas Orientis peregrinationes, hanc unam enumerat: *Euchaita ad Sanctum Theodorum* [4]. In bello contra Scythas opem e coelo tulit Imperatori Johanni Tzemiſcae, qui ut S. Martyri gratiam referret, fanum, in quo conditus fuerat, magnificentius refecit, praediiſque ditavit, & Euchaita, abolito veteri nomine, *Θεοδωρόπολιν κατονόμασεν*, *Theodoropolim appellavit* [5]. Templa nomini illius etiam COpoli legimus fuiſſe dedicata ab Hilario Patritio, ab Helena

1 Cornelius *Eccleſ. Venet. Decade* 2. *Venetiis* 1749.

2 *Edit. Matriti* 1730. De Simeone agitur *lib.* III. *cap.* IV.

3 Balſamon ad Photium *tit.* VII. *cap.* I. Bibliot. Juſtell.

4 *In Prato ſpirituali lib.* 2. *cap.* CLXXX. *in Vitis PP. Roſweidi Lugduni* 1617.

5 *Zonaras tom.* III. *p.* 170. *Baſileae* 1557. *Cedrenus in Tzemiſc. Baſileae* 1566.

lena Auguſta [1], necnon ab Imp. Juſtiniano. Acta illius litteris mandavit Varus Notarius Apocodicillis, qui Martyrii ſpectator fuerat [3].

DIE XI. B. DEMETRIUS VOLHONCENSIS.

De Demetrio in *Pryluka* Thaumaturgo nihil reperio in Faſtis Eccleſiaſticis, praeter quam in figuratis Bollandiſtarum. Icon praeſefert Monachum, maforio cucullato, & analabo veſtitum, qui junctis ad pectus manibus Deum ſuppliciter rogat. Mos fuerat veteribus Chriſtianis inter orandum manus protendere; ſed neque imprudens ea corporis diſpoſitio, qua hic pingitur Demetrius. Nicolaus PP in Reſponſis ad quaeſita Bulgarorum rem totam explicat his verbis. *Quia quorumdam in Evangelio reproborum ligari manus praecipiuntur; quid aliud iſti agunt* (qui manus orantes ſic conformant) *niſi Deo quodammodo dicunt, Domine ne manus meas ligari praecipias, ut mittar in tenebras exteriores, quoniam ego eas ligavi, & ecce ad flagella paratus ſum* [4].

DIE XII. TRANSLATIO S. ALEXII METROPOLITAE.

Mirum, ut Alexius, qui claruit ſub tempus Johannis Danielowitz Moſcoviae Duce, tam cito in Faſtos ſit relatus! Ex quo emergit, omnes artes exercitationeſque virtutum eſſe complexum, ſaluti populorum omnibus officiis conſulere ac providere ſtuduiſſe, ut magnum, & memorabile nomen apud Moſcos citiſſime ſibi comparaverit. Poſſevinus de Rebus Moſcoviticis [5], Alexium inter *Schiſmaticos* adnumerat. Orthodoxum tamen fuiſſe affirmat Kulcinius, a quo & illud traditur, Epiſcopum, qui ſepulcro adſtat, eſſe S. Cyprianum Alexii ſucceſſorem [6] Antiſtitem comitantur ſacrorum adminiſtri, quorum primus acerram, ſive arculam thurariam laeva manu geſtare videtur. Perperam nobis in crimine ponunt viri acatholici thymiamate nos mortuos ſuffire, atque id ab Ethnicorum ſuperſtitione accerſitum audacius accuſant. Non ego illis factum id in Simeonis Stylitae obitu [7] reſpondebo, non ſacras picturas illis opponam, ſed magnum illud Chryſoſtomi nomen, quem optimis, nec adhuc corruptis,

1 Du-Cangius CPolis Christian. lib. iv. Pariſiis 1680.
2 De Aedif. Juſt. lib. i.
3 Alladus lib. cit. pag. 115.
4 Collect. Labbeanae tom. viii.
5 Tom. i Wilnae 1582.
6 Append. ad Specimen loc. cit.
7 Moſchus cap. xvii.

ruptis, ut illi ajunt, Eccleſiae temporibus vixiſſe fatentur. Quid ille? In laudatione S. Virginis, & Martyris Pelagiae ſuos Antiochenos hortatur, ut corpus illius omni apparatu, honore, pietateque efferatur, & quamvis longum ſit ad ſepulcrum iter, via grato odore perfundatur. Θυμιαμάτων ἐμπλήσωμεν τὸν λεωφόρον, *Multo thuris vapore viam impleamus*[1]. Plura mitto commemorare; funebres enim Chriſtianos ritus ita diligenter complexus eſt, ſtrenueque vindicavit Cl. Bottarius in explicatione Graecanicae Picturae[2], ut vix ullam ceteris laudem reliquerit.

DIE XVII. S. MARTYR THEODORVS TYRO.

Alius hic ſe prodit Miles commendabili pietate, rectique ſtudioſus, ob ſervatam conſtantiſſime Chriſti fidem Amaſaeae, Maximiano, & Maximino Imperantibus, flammis adjudicatus. Tutelae illius ſplendidiſſima templa dedicata fuere[3]; nomenque tum Latinis cum Graecis Menaeis, Synaxariis, Faſtiſque deſcriptum legimus. De Theodori laudibus orationem habuit Nectarius Epiſcopus COpolitanus[4]. Romae ad radices Montis Palatini delubrum Romulo, ac Remo olim ſacrum, Martyri Theodoro depulſa ſuperſtitione, impioque cultu ſublato, nuncupatum fuit. At cecui? Duci ne an Tyroni? Video enim de duobus hiſce Martyribus perturbate ab Hagiologis ſcribi, & quae illi ſunt certe tribuenda, huic inconſiderate aſſignari.

DIE XII. INVENTIO CAPITIS HONORANDI JOHANNIS PRAECVRSORIS.

Ad praecipuum totius operis argumentum, a quo aberravit, iterum noſtra revolvitur oratio. Satis multa de hac celebritate me ſcripſiſſe arbitror, quin hic novas curas impendam, & in rem abſolute, cumulateque diſputatam tempus conferam. Icon exprimit Monachos ex abdito Spelaei receſſu Sacrum Caput efferentes, ut in ſchemate ſuperiori animadvertimus. Ea tamen occurrit diſſimilitudo, quod horum veſtes forma, aeque ac colore ab illis diſpares ſint. Non miror amplo cucullo hic carere; credibile enim eſt extima veſte interdum exſpoliari conſueſſe, quum *operi ma-*

1 *Homil. 51. ad Pop. Antioch. Pariſ. 1636.*

2 *Roma ſotterranea tom. III. Roma 1754. ſpiegazione di una tavola rappreſentante la morte di S. Efrem ec.*

3 Ducangius Conſtantinop. Chriſtian. Lib. 4.

4 Allatius de Simeon. pag. 115.

vel manuario vacandum erat. Illud praeterea obſervari volo, omnibus noſtrarum Tabularum Aſcetis tunicam albidam eſſe, ſcapulare vero ſubnigrum. Hinc conſtat non obſcure, Ruthenos inſequutos eſſe veſtigiis veterum Monachorum Occidentalium; conſpicimus enim in perantiqua S. Lindani Abbatis imagine a Cl. Georgio edita [1], itemque in alia praefixa authographo Chronici Vulturnenſis in Bibliotheca Barberina, tunicam albam, & ſubatrum ſcapulare Monachorum illius aevi indumentum fuiſſe [2]. Tandem etſi in noſtris hiſce Faſtis plurima deſint illuſtrium Sanctorum nomina, pauciſſimique dies feſto ritu concelebrandi proponantur; attamen hoc brevi duorum Menſium curſu, bis agitur de Johanne Baptiſta. Stabit itaque ad poſterorum memoriam egregium monumentum, quo intelligatur, Ruthenos, finitimoſque populos Chriſti Praecurſorem impenſe coluiſſe.

1 *De Cathedr. Episcopali Setiae Civitatis in Latio Romae* 1727.

2 Mabillonius *in Praefat. ad saec. v. Annal. Benedict. Parisiis* 1685 illam affert caussam cur tunica ante annos octingentos alba fuerit. Quum ea cuti proxime adhaereret (nam laneae interulae praeter Regulae auctoritatem postea concessae fuere) saepius lavari ad munditiam exigebat; ideoque potius ex lana candida quam nigra parari congruum erat. Eadem fere tradit Joh. Fridericus Schannat *in Historia Fuldensi part.* 1. *capit.* III. §. III. *Francofurti* 1729. Guido Grandius in Dissertationibus Camaldulensibus *Dissert.* III. c. II. §. VII. *Lucae* 1707. mysticam caussam albae vestis ex Petro Damiano commemorat, nempe a Monachis adhibitam fuisse, Christi a Pilato illusi imitatione.

DISSERTATIO QVARTA

DE LATINAE, GRAECAEQVE ECCLESIAE LITVRGIA, CETERISQVE PRECIBVS IN FESTIS BEATISSIMI JOHANNIS.

CAPVT PRIMVM.

Sacrificia in honorem Sanctorum Deo oblata. Locupletiſſimum Cypriani teſtimonium, quo Fechtii ſententia exploditur. In Natali S. Iohannis Sacrum ter peractum. Ejus moris documenta ex Sacramentariis Gregorii M., Leonis PP., aliiſque. Quae cauſſae ex Alchuino, & Amalario ad id impulerint.

OPTIMI, integerrimi, caſtiſſimique illi veteres Chriſtiani, qui expertum habebant Coelites omnes miſeriarum, & ſalutis fortiſſimos eſſe deprecatores, nihil erat, quod in eorum feſtis non ſtudioſe praeſtarent, obſequii, cultuſque teſtificandi cauſſa. Hinc ſollemnibus hiſce diebus, pia vota, ſollicitae preces, omniſque erga illos religionis ſignificatio: atque in primis ſanctum, & auguſtum SACRIFICIUM ob eorum commemorationem Deo oblatum. Quod ſane veteri, conſtantique more in Eccleſiam receptum docet Cyprianus vulgatiſſimis verbis. Primo Epiſtola XII. *Scribat, ac ſignificet mihi dies* (Tertullus) *quibus in carcere Beati Fratres noſtri ad immortalitatem, glorioſae mortis exitu, tranſeunt, & celebrentur hic a nobis* OBLATIONES & SACRIFICIA *ob* COMMEMORATIONEM *eorum*. Item epiſtola XXXXIX. SACRIFICIA *pro eis* (qui ſcilicet *palmas Domini, & coronas illuſtri paſſione meruerunt*) ſemper, ut meminiſtis, offerimus, quoties *Martyrum Paſſiones, & dies anniverſaria commemoratione celebramus* [1]. Ex quo perſpicue videas exploſam penitus ſententiam, & refutata maledicta Johannis Fechtii [2], atque intelligas non *oblationibus*, & *muneribus*

1 Edit. Oxonienſis curante Iohanne Epiſcopo Oxon. 1682.

2 *De Origine, & ſuperſtitione Miſſarum in honorem Sanctorum celebratarum. Lipſiae, & Roſtochii* 1707. Quum Auguſtanae Confeſſionis ſectatores acerbum, & grave bellum ſacris cirliber indicant, tum doctiſſimum etiam adverſus *Miſſas* in honorem coelicolarum; et ſi quid a nobis fiat, perſpicue explanetur, facile conſtabit per calumniam, malitiamque ſacroſancta quaeque illos appetere. Nam ſi verbi cauſſa, *Miſſam* S. *Johannis* appellamus, non illi profecto ſacriſicium

bus tantum rem peractum, ſed MISSAE Sacrificio, ſive ad agenda [3] Deo grates pro Martyrum triumpho [1], ſive ad expoſcendam eorum item fidem, atque tutelam [2]. Verum eo die, quo Natalis Beati Praecurſoris coli, celebrarique conſuevit, coeleſtis incruentaque Hoſtia omnipotenti Deo ter immolabatur, nimirum in *pervigilio*, *ſub auroram*, & *horis ante meridianis*. Quumque religioſa haec pervigilia, ut diximus, adulta jam profundaque nocte peragerentur, ita tria haec Sacrificia ad unum eumdemque diem merito referas. Longaevae hujus, praeque conſuetudinis ampliſſima teſtimonia ex Sacris monumentis, atque ex omni Eccleſiaſtica antiquitate huc transferam. Ac primo loco SACRAMENTARIUM GREGORII MAGNI, quo nullum auctoritate gravius, aut aetate potius, a Pamelio primum in eruditorum hominum lucem prolatum ſuorum *Liturgicon Tom.* II. MDLXXI, deinde ab Angelo Rocca ad fidem Codicis Vaticani MDXCVII, nec non ab Hugone Menardo ex MSS. S. Eligii uberrimis enarrationibus auctum ac locupletatum MDCXXXXII., poſt *Miſſam Vigiliae*, duas alias recenſet in hunc modum. *Prima Miſſa de nocte*, vel *in Mane prima*, *in die ad Miſſam* [5]. Itidem praeclarum ANTIPHONARIUM ab eodem Pontifice ordinate diſpoſitum, deſcriptumque, ſic habet VIII. *Kal. Julii Nativitas S. Joh. Baptiſtae. In prima Miſſa de nocte* [4]. Similiter SACRAMENTARIUM PALATINUM inter Codices Vaticanos N. CCCCXCV. *in prima Miſſa: ad Miſſam in die*: tum etiam MISSALE PLENARIUM Vaticanum ad diem XXIII Junii notat *in Vigilia. Miſſa mane prima*, tertiam deinde exhibet ad diem XXIV.

Inter praeſtantiſſimos Liturgicos libros typorum formis vulgatos extat COMES ſive LECTIONARIUS [†], quem a Beato Hyeronymo fuiſſe exaratum minime recens Sententia eſt. Hieronymi ſiquidem nomen praefert apud Bernonem S. Galli Monachum, & Augiae

ſtiam offerimus, quod uni Deo offerendum ſcimus, & profitemur; ſed quod feſtus Praecurſoris dies occaſio nobis ſit, hoſtiam ſummo Deo immolandi, quodque in precibus, quas eo die Sacro fundimus, illius nomen maxime commemoramus. Quid hic quaeſo ſuperſtitioſum, quid a primaeva religione abhorrens?

1 Wilhelmus Lindanus *Panoplia Evangelica* lib. IV. cap. XV. *Coloniae* 1563. V. Pamelium ad Tertul. *De Corona Militis Pariſiis* 1635.

2 Joſeph Vicecomes *De Ritibus Miſſae* lib. I. cap. XV. *Mediolani* 1618. Robertus Sala *Comment. in Liturg. Bonae* lib. I. cap. *Taurini* 1747.

3 Duchesnius *Hiſtoriae Francorum ſcriptores* tom. IV. *Pariſiis* 1641. In vita Roberti Regis conſcripta ab Helgaldo Monacho Floriacenſi: *Solemne tunc JOHANNIS BAPTISTAE hanc quam in Nativitate Domini tenebat conſuetudinem, ut poſt laudationem Domini, quae eſt Hymnus Te Deum Miſſa celebraretur devote, quae eſt in ſanctis libris praenotata, in prima mane; Hoc ſancta conſtituit auctoritas Gregorii.*

4 Inter opera Liturgica Ven. Card. Thomaſii tom. V. *Romae* 1750.

5 Pamelii *Liturgicon* t. II. *Coloniae* 1571.

Augiae Divitis Abbatem, qui floruit Saeculo XI. [1], apud Hugogonem Ypreníem, a Pariſino S. Victoris, cui Saeculo XII. praeerat Monaſterio, *Victorinus* dictus; [2] apud MICROLOGVM, quem ipſi Bernoni, vel Guidoni S. Crucis Abbati, & Bernoni aequali, adjudicant ſacrarum antiquitatum periti [3]. Eo itaque in libro *Tres Lectiones*, & *Tria Evangelii Capitula* proponuntur in pervigilio, & feſto Praecurſoris recitanda, ex quo intelligitur Hieronymo auctore, ter eo die ſacrificatum. Vtque cumulate hoc planum faciam, vetus quoque illud Sacramentarium indicabo, quod ex Tabulario Eccleſiae Veronenſis eruit, typiſque excuſum dedit inter Prolegomena Anaſtaſii [4] vir illuſtris, atque perdoctus Joſephus Blanchinus. Jure ne, an rerum patriarum exiſtimatione abductus, S. Leonem Magnum hujus libri auctorem conſtituerit, aliorum judicio libens permitto. Vt ut ſit, Membrana haec optimae vetuſtatis notas praeſeferens *Menſe Junio*, preces nonnullas habet ad efflagitandum S. Johannis ſuffragium, atque patrocinium, tum *tres Praefationes* ejuſdem Praecurſoris laudibus refertas, *tribus Miſſis* in illius honorem commode adaptandas. Quod ſi veteris hujus Eccleſiae moris cauſſas perquiras, verba afferam ex libro de *Divinis Officiis*, ut vulgo creditur, a Flacco Alchuino Diacono Eboracenſi, deinde Abbate Cantuarienſi, vertente Saeculo IX., adornato; verba inquam, quae ad conjecturam aliquam faciendam pertinent. *Ideo* TRES MISSAE *celebrantur in Feſtivitate S. Iohannis, quia tribus inſignibus triumphis excellenter refulſit. Ad hoc enim venit, ut viam Domino praepararet exemplo ſuae converſationis, qui triumphus celebratur in vigilia ejuſdem. Per miniſterium Baptiſmi claruit inſignis. hujus miniſterii triumphus in prima Miſſa recolitur. Nazaraeus permanſit ex utero matris ſuae: hoc donum recolitur in die* [5]. Eadem ferme ſcripſit Amalarius Fortunatus Archiep. Trevirenſis in eo opere *de Eccleſiae Officiis*, quod Hludovico Imperatori nuncupavit [6].

CAPVT

1 *De Offic. Miſſae cap.* I. *Venetiis* 1573.

2 *De Caerimon. Sacrament. & Offic. Eccleſ. lib.* III. *Rotomagi* 1648.

3 Inter Scriptores *de Divinis Offic. Pariſiis* 1610.

4 *Tom.* IV. *Romae* 1735. Iterum edidit Muratorius *Liturgia Romana Vetus Venet.* 1748.

5 *De Divin. Offic. Tit. de S. Johanne Bapt. Edit. PP. Liturgic. Melchioris Hittorpii Romae* 1591. Non esse genuinum Alchuini opus docet Sirmondus in notis ad Theodulphum Aurelianensem, inter Opera Tom. II *Pariſiis* 1696.

6 *Lib.* III. *cap.* XXXVIII. *Edit. Hittorpii.*

CAPVT SECVNDVM

Inſecutis temporibus ritum haud deſueviſſe. Teſtificationes ex Sacramentario Ciſtercienſi, Atanacenſi, Pariſienſi Cardinalis Bellaii, atque Epiſtolario S. Crucis Aurelianenſis. An jure Frontus dubitaverit unam tantummodo Miſſam adnotari in Capitulari Evangeliorum S. Genovefae. Inſolens & inanis triplicis Sacrificii in feſto S. Johannis interpretatio a Bailleto excogitata confutatur.

DEcursu temporis, & vario rerum ſtatu volventibus annis, ritus hic, etſi penitus non deſueverit, aliquanto certe decrevit, nihilo tamen minus clariſſima trium Sacrificiorum in feſto S. Johannis indicia etiam inſecutis temporibus, deſtinata videlicet ad memoriam omnium gentium ſempiternam. Teſtificationes ergo, quae rem manifeſtam deferunt, ejuſmodi ſunt. In Miſſali Ciſtercienſi Argentinae edito MCCCCLXXXVII *juſſu Johannis Abbatis* ſcriptum legimus, *Miſſa in vigilia. Miſſa Matutina, ad majorem Miſſam*. Eadem ut ajunt rubrica tres hasce Miſſas conſignatas habemus in Sacramentario Atanacenſi, quod inſcribitur *Italice Coenobii Atanacenſis in Dioeceſi Lugdunenſi Miſſale Lugduni in Monaſterio Atanacenſi* MDXXXI *expenſis Reverendi Baltazaris de Tiverto Prioris*. Et ſi ejuſmodi aevi monumenta poſtules, videndum dabo *Miſſale Eccleſiae Pariſienſis ab aliquot ejuſdem Eccleſiae Canonicis & doctoribus Theologis ad id a Reverendiſſimo Domino Johanne Bellaio S. R. E. Cardinale, & nuper Pariſienſe Epiſcopo, & venerabili ejuſdem Decano, & Capitulo delegatis recognitum, & emendatum. Pariſiis apud Guglielmum Merlin* MDLIX. Ex quo perſpicuum fit Eccleſiam Pariſienſem ſanxiſſe Natalem Beatiſſimi Johannis triplici Sacro eſſe honorandum. Poſtremo huc facit diſertiſſimum Moleonii teſtimonium, qui in ſuo *Itinere Gallico Liturgico* ait hanc ipſam conſuetudinem ſe deprehendiſſe in EPISTOLARIO Eccleſiae S. Crucis Aurelianenſis quadringentos antea annos conſcripto [1]. Haec quum abunde ex multis magniſque teſtibus conſtarent, mirabatur Johannes Frontus cum ceteris libris diſcrepare ſuum illud CAPITVLARE *Evangeliorum*, aureis characteribus exaratum, & omnibus ferme antiquius, quod ex MSS. S. Genovefae Pariſien. in publicum dedit, & improprie

Kaun-

1 *Voyage Liturgique de la France de Sieur Moleon à Paris 1718.*

Kalendarium appellavit. *Hic non niſi una Miſſa adnotatur* (inquit) *& tamen Amalarius, Ordo Romanus, & qui dicitur Alchuinus, & Sacramentarium Pamelii, aliique, quos laudat Menardus, meminerunt duarum Miſſarum, unius mane, alterius in die*[1]. Cur autem unum tantummodo Sacrificium hic adnotatum ſtatuit Fronto? Nempe ex quo ſuum Capitulare unum tantum Evangelium propoſuerit, atque indicaverit. Sed aliunde, neque incommode cauſſam repetit Cl. Georgius in Notis ad Martyrologium Adonis, atque, quod unum forte & idem in his Miſſis Evangelium legebatur[2].

Haec ita quum ſint, maximam vituperationem mihi videtur non poſſe vitare Bailletum, qui univerſam hujus ritus praecellentiam inconſulte deſpicit, aequiſſimumque hoc inſtitutum temere interpretatur. Sed hoc vitio plerumque cumulata eſt eorum hominum natio, qui intemperanti cenſura, ac maxima cum libertate omnia diſtringere, atque carpere ſunt parati. Igitur nihil ſingulare, nihil novum confidenter affirmat adeſſe in hoc triplici Sacrificio, quia (en tota Galli hominis argumentatio) uſque ad ſaeculum XI. cuilibet Sacerdoti jus & poteſtas erat quovis anni tempore, ſingulis imo diebus *pluries* Sacrum faciendi[3]. O egregium ſacrarum religionum interpretem! O ſubtilem diſputatorem! Quid quaeſo commune habet antiquata illa Sacerdotum facultas, Alexandri II. decreto adempta, abrogataque[4], cum tribus Miſſis in Natali Praecurſoris? Haſce tres alteram ab altera ſeorſum in Sacramentariis deſcribi Eccleſia voluit, & pro unaquaque illarum precationes, lectiones, Evangeliorum capitula diligentiſſime ſancivit. Quis ergo ex hac deliberatione non intelligat eſſe *tria Officia* conſulto, ſcienter, cogitateque conſtituta, quibus feſtum ſolemnius evaderet, majorique cum celebritate perageretur? Perperam etiam ab illa veteri licentia originem petit, tum quia nullibi legimus, quod tria haec Sacra ab uno eodemque Sacerdote fierent; tum quia

1 *Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius &c. Pariſiis 1641.*

2 Ad diem XXIV. Junii. Romae 1745.

3 Baillet *les Vies des Saints* Tom. II. 24. *juin* §. [illegible] à Paris 1715.

4 Alex. PP. II. in Canone *Sufficit. de Conſecr. Diſt.* I. Audiatur Martenius de Antiquis Eccleſiae Ritibus lib. I. cap. [illegible] Rotomagi 1700. *Ad iſtud Alexandri Papae decretum alludere videtur Vita Thomae Cantuarienſis Archiepiſcopi in cujus cap.* [illegible] *lege: Scripta vero Canonum nec jubent, nec inhibent, ut Sacerdos quotidie offerat; hoc tantum, quod uno die ſemel offerre ſufficiat . . . Iſtius decreti Alexander non tam auctor, quam reſtaurator dicendus eſt, ut pote quod ipſiſſimis iiſdem verbis reperiatur in excerptis Egberti, Cap.* 54. Vid. [illegible] Ignotus Continuator [illegible] Hiſtoriae Eboracenſis de geſtis illius conſule Johannem Lelandum *de Scriptoribus Britannicis* [illegible] Oxonii 1709. & Franciſcum Godwinum *de Praeſulibus Angliae*. Cantabrigiae 1743.

quia poſt Alexandri interdictum aſſiduus, jugiſque uſus noſtri ritus in longum aevum perduravit. Dum ergo Bailletus peracri, ſed immoderato ingenio novam explicationem molitur, tota in oratione ſecum ipſe pugnat, ut non modo non cohaerentia inter ſe dicat, ſed maxime disjuncta, atque contraria. Non ſum tamen neſcius id ipſum in aliquot etiam aliorum Sanctorum feſtis fuiſſe factitatum [1], ut non fuerit unice Natali S. Joh. Baptiſtae peculiare, & proprium. Sed ſi hoc idem perpendiſſet Bailletus, facilius, abiectaque omni cunctatione ſuam illam improbaſſet interpretationem.

CAPVT TERTIVM.

De precibus, quas veteres Synaxi conſociabant, ut Praecurſoris opem implorarent. Quam egregium ſit SS. D. N. BENEDICTI XIV. opus de Sacrificio Miſſae. Collecta *in honorem S. Baptiſtae e Sacramentario Gallicano decerpta. Cur Sacerdos ſecreto oret. Hildeberti Turonenſis in eam rem carmina proponuntur. Oratio* ſuper Oblata *ex Sacramentario Veronenſi, & Mediolanenſi.* Offerentium *nomina in Diptychis deſcripta. Oratio* poſt Nomina, *qua offerentes S. Johanni commendantur.* Benedictio *poſt fractionem panis, qua Sacerdos Divum Johannem propitium omnibus adprecatur. Gratiarum actio ex Sacramentario Gelaſii.*

AD propoſiti argumenti diſquiſitionem permagni nunc intereſt eas recenſere preces, quas majores noſtri ſacrae Synaxi conſociabant, ut a Divo Baptiſta opem, praeſidiumque implorarent. Atque hic locus copia rerum me plane obrueret, niſi eſſet animus rem certis terminis circumſcribere, ac definire. Priſcis ergo temporibus, quum populus in Templum cogeretur, ut ſacris pio ac reverenti animo adeſſet, Sacerdos, totuſque chorus, nedum D. O. M. votis omnibus flagitabat, ſed etiam per beatos coeli incolas pluries invocare conſueverat; nimirum in COLLECTIS, *ſive*

1 Non me latet plures alios fuiſſe dies, quibus in honorem Sanctorum Sacra Myſteria plures peragebantur. Enumerat illos Cardinalis Bona *Rerum Liturgicarum* lib. I. *cap.* XVIII. Duplex autem cauſa id ut faciendum potiſſimum impellebat, nimirum vel quia ejuſdem Sancti Reliquiae in diverſis Eccleſiis conditae erant; vel quia illius memoria pluribus in locis celebratur. At in Natali S. Johannis Baptiſtae Tres Miſſae, teſte eodem doctiſſimo viro, *ſingulari privilegio dicebantur*.

poſt Introitum, *ſive ſuper Oblata*, *ſive poſt Nomina*; *In Benedictione populi*, *& poſt Communionem*. Quaenam ſint haec precationes, ſupplicationeſque, a nullo certe auctore melius dignoſci poſſe arbitror, quam ab uno BENEDICTO XIV. Chriſtiani populi magiſtro vere maximo, qui omnia haec aureo illo libro de *Sacrificio Miſſae*, multigena, incredibilique ſapientia congeſſit [1]. Singularum ethymologiam dabo, & uniuſcujuſque ex vetuſtioribus Sacramentariis in rem noſtram exempla ponam, quae eruditis ſatietatem non afferant & rem dilucidam faciant iis, qui non ſunt in Liturgicis diſciplinis bene edocti, pleneque inſtituti. COLLECTA, ſeu COLLECTIO, ea oratio eſt, quam Sacerdos poſtquam populo bona eſt adprecatus, jubens cum eo eſſe Dominum, recitat, & qua, quum ſit ipſe veluti mediator inter Deum, & homines, vota omnium colligit [2]. Collectas in honorem S. Johannis profero ex *Sacramentario Gallicano* a Cl. Mabillonio edito in *Muſeo Italico* [3], quod ex perantiqui Monaſterii Bobienſis Bibliotheca exſcripſerat, & exaratum manu fuiſſe ad uſum Provinciae maxime Sequanorum ante mille annos nullus dubitabit. Eſto igitur exemplum.

COLLECTIO EX SACR. GALLIC.

IN NATIVIT. S. JOH. B.

Deus, qui hunc diem Nativitatis Iohannis Baptiſtae incomparabilem hominibus conſecraſti, praeſta nobis de ejus meritis, illius nos calceamenti ſequi veſtigium, qui ſe ad ſolvendam Salvatoris corrigiam praedicavit indignum. Per &c.

IN S. JOHAN. PASSIONE.

Deus, qui in ſancta converſatione directa, glorioſi Iohannis ornanda ſanctitas celebranda ſollemnitas eſt: qui quondam cum adnunciaret mirabiliter Redemptorem, exſpectabat ſpeculum luminis, initium Baptiſmatis, teſtimonium veritatis, & in plenitudinem Chriſti ſignorum poſt ſigna monſtrabat nuncius ſalutis, aemulus paſſionis: ſervit propheta Baptiſmo, Baptiſta

1 *Lib.* II. *Romae* 1748.

2 De variis hujus nominis originationibus V. Claudium Eſpencaeum de *Collectis*, inter illius opera *Pariſiis* 1619.

3 *Lutetiae* 1687. Nimis aberrarem, atque ad aliena abduceretur oratio ſi *Miſſae Gallicanae* ritus explicare inſtituerem. Videat, qui plura deſiderat Gulielmum Peyrat, *Hiſtoire Eccleſiaſtique de la Cour. à Paris* 1645. Le Cointe *Annales Eccleſiae Gallicanae* tom. II. *ad An.* 601. *Pariſiis* 1665. Theodoricum Ruinardum in Praefatione, & Appendice operum S. Gregorii Turonenſis, *Pariſiis* 1699.

ſta martyrio, & Ieſum Dei filium mundi redemptione venturum, quem adnunciare ſe praedicatione ſermonis oſtendit, amare ſe effuſione ſanguinis comprobavit. Per &c.

Secreto deinde, ſubmiſſaque voce precatur Sacerdos pro acceptatione ſacrificii, eaque oratio *ſuper Oblata* nuncupata eſt. Hujuſce ritus cauſſam affert Hildebertus ex Coenomanenſium Epiſcopo Archiep. Turonenſis, Honorii II. temporibus, in carmine *de Officio Miſſae* [1].

His ita praemiſſis ſecreto presbyter orat,
Secretas memorans, aſſimilanſque preces.
Quas egit Chriſtus, cum te jam, Iuda, remoto,
Abſceſſit modicum, terque precatus ait. &c.

Secretas has orationes, quas & *Arcanas* vocat Ordo Turonenſis, ex Sacramentario S. Leonis M., & ex *Miſſali Ambroſiano* ſeligendas putavi, quo facilius varietas ſatietati occurreret. Porro de Sacramentario Leoniano jam dixi: quum vero Ambroſianum nomino, non clam me eſt, Liturgiam illam caſtiſſimas caeremonias Ambroſii aetate vetuſtiores continere, ſed num a S. Barnaba ſit inſtituta, & a B. Miroclete ex Apoſtolorum doctrina aucta, praeſcriptaque, ut aſſerit Joſephus Vicecomes [2], pleriſque incerta ac dubia opinio eſt, utpote quae ſponſorem vere nullum habeat, praeter *Chronicon Mediolanenſe* ſaeculi XIII., teſte Muratorio [3], popularibus fabulamentis conſperſum.

SVPER OBLATA.

EX SACRAM. LEON.

Da quaeſumus Domine lumen intelligentiae parvulis tuis, ut pro veteris gratia ſacramenti, praeſentis ſacrificii gratia ſuccedente, ſic gloriemur novis, ut non abutamur antiquis. Per &c.

EX MISS. AMBROS.

Reſpice Domine ad haec munera, quae te ſanctificante ſacramus, ut ſicut B. Iohannes Baptiſta factus eſt Praecurſor, & praeparator viae Domini noſtri Ieſu Chriſti, ita & pro noſtris infirmitatibus, te protegente, interceſſor exiſtat. Per &c.

1 In Bibliotheca Patrum Tom. XXI.
2 *Obſervationes Eccleſiaſticae, quibus acceſſere libri v. de Ritu Miſſae Mediolani* 1618.
3 *Antiquit. Ital. Medii Aevi Tom.* II. *Mediolani* 1741.

Mutuus autem amor, quo Chriſtifideles invicem colligabantur, & ſollicitus ille animus, quo pia mater Eccleſia hominibus de ſe bene meritis fauſta omnia ac felicia eſſe exoptabat, in Sacrificio Miſſae mirum in modum eluceſcebat, quum nempe Sacerdos OFFERENTIUM nomina recitabat [1], ut Deus crimina illis condonaret, veniamque erratis ignoſceret: qua in re ne diutius caeremonia produceretur, eos tantum commemorabat, qui eſſent genere, dignitate, beneficentia, virtuteque praeſtantiores; & quia horum nomina *Diptychis*, ſeu duarum, aut plurium plicarum pugillaribus, erant inſcripta, *oratio ſuper Diptycha* appellabatur. Hujus exemplum commodiſſimum hic ſuppeditabit MISSALE GOTHICUM *ante nongentos annos ſcriptum litteris quadratis, & majuſculis*, quemadmodum ait Cardinalis Bona [2], qui arbitrabatur fuiſſe Miſſale Gallicanum priſcum, & praeſertim Galliae Narbonenſis Gothorum olim regno ſubjectae, antequam Romani Ritus in Galliam, Pipino, & Karolo magno agentibus, inducerentur. Librum hunc ex Bibliotheca Svevorum Reginae protulit vir ad Eccleſiaſticos ritus explicandos maxime natus, ſummaque pietate Venerabilis Cardinalis Thomaſius.

POST NOMINA EX MISS. GOTH.

Omnipotens ſempiterne Deus qui hunc diem honorabilem nobis in B. Iohannis Baptiſtae nativitate feciſti inſignem, quaeſumus, ut tuus Praecurſor (qui inter natos mulierum omnibus major ſurrexit) noſtram

1 Nomina eorum, qui panem, & vinum ad ſacrae Synaxeos myſterium, tam pro ſe, quam in communem uſum offerebant, in ſacris diptychis deſcribebantur, eaque Diaconus in Eccleſia recitabat. Patet id non dum ex SS. Cypriano, & Hieronymo, ſed ex antiquis Baſilii, Chryſoſtomi, Iſidori, & Ambroſii Liturgiis. Quare in Diptycho Leodienſi, quod illuſtravit Alexander Wilthemius Leodii an. 1659. quodque antea Conſulare, deinde Eccleſiaſticum fuit, primo loco legitur.
I. OFFERentes
II O . . . .
III . . . .
Nomina haec quondam recitabantur ante Oblationem, ut Mabillonius advertit, ſed Innocentius Papa in Epiſtola ad Decentium Eugubinum praecepit, ut inter ſacra ipſa myſteria legerentur. V. Chriſtoph. Juſtellum (*Cod. Canon. Eccleſ. Roman. pag.* 312. *Pariſiis* 1609) Idem confirmavit Capitulare Aquiſgranenſe, & Concilium Emeritenſe. Poſt haec, nomina *PAUSANTIUM*, ſive defunctorum voce clara recenſebantur, ut pii manes ſacrificii ſieri participes, expiarentur.

2 V. Ven. Thomaſii *Codices Sacramentorum*, novae edit.

ſtram fragilitatem tuae pietati commendet & caris noſtris, quorum ſunt NOMINA RECITATA, *ita refrigerium pietatis impertiet, ut ibi recipiantur vel ultimi, ubi ſummus permanet in regno coelorum Baptiſta. Per &c.*

Fuerat olim hoc etiam uſitatum, ut Sacerdos ante vel poſt fractionem panis [1], conceptis precationibus populo *Benedictionem* impertiret, eamque multiplicem, longiuſculam, ac pro feſtorum varietate diverſam, de qua accuratiſſime, lateque prae ceteris diſputant Hugo Menardus [2], & Jacobus Gretſerus [3]. Sane, ſi tot diverſarum regionum, & Eccleſiarum, imo & Monaſteriorum Sacramentaria conferas, non uno certe temporis intervallo deſcripta, ultro fatendum, non ſolos Epiſcopos eam largiri conſuevisse, ſed omnes Preſbyteros. In his autem *Benedictionibus* Sacerdos ob merita Sanctorum populo bene eſſe augurabatur. Ex Gregorii Sacramentario, atque ex Miſſali MOZARABICO decerptas dabo, & ne verbi inſolentia cuipiam offenſionem, moramque forte injiciat, de Liturgia Mozarabum paucula ad imam paginae oram appingam [4].

BENEDICTIO POPVLI.

EX SACR. GREGOR. PP.	EX MISS. MOZARAB.
In Nativit. S. Joh.	In Decollat. S. Joh.
Benedicat vobis omnipotens Deus Beati Johannis Baptiſtae interceſ-	*Beatiſſimus Johannes, cujus caput cruento Regis hoſti deſectum inter pocu-*

1 Mabillonius *Liturgia Gallic. lib.* 1. c. iv. *Pariſiis* 1685

2 *Notae ad Sacramentale Gregorii M. Pariſiis* 1642

3 *De benedictionibus lib.* 1. *cap.* v. *Ingolſtadii* 1615

4 Saeculo v. recentis quum Arabes Hiſpaniam occupaſſent, & hic Chriſtiani intermixti viverent, maxima facta eſt humanarum, divinarumque rerum confuſio, ac perturbatio. Ergo ut ſacris Myſteriis ſua redderetur cultura, nova fuit concinnata Liturgia *Mozarabe*, *Toletana*, *Iſidoriana* dicta eſt, multoſque continet Gothicarum Eccleſiarum ritus. Ferunt Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum ad eam concinnandam omnium primum animum applicuiſſe, deinde S. Iſidorum ejus Fratrem, ac Succeſſorem illam auxiſſe, [illegible] amplificaſſe. [illegible] Liturgia haec defeciſſe traditur. Certe Cardinalis Candidus Alexandri PP. II. Legatus, tum S. Gregorius PP. VII. omni ſtudio curarunt, ut abjecta illa, poſthabita *Ordinem Romanum* ſequerentur. Extant ejus rei monumenta multiplicia in adnotationibus Cardinalis de Aguirre ad Concilium [illegible] (*Concil. Hiſpan. tom.* iii. *Romae* 1694.) quae legenti patefaciunt quam falſa, & inania ſcribat Suarez de R[illegible] [illegible] (*Syntagma Diſſert. Theologicar. de Origine Miſſae Pontificiae*, *Jenae* [illegible]) Franciſcus Card. Ximenes veterem Hiſpanicam Liturgiam poſt [illegible] [illegible], libroſque Rituales *ſecundum Regulam S. Iſidori* excudi fecit, ad quorum praeſcriptum atque inſtitutum ſe conformarent aliquot Toletanae Urbis Parochiae. Vide Alvarez Gomez in Vita Card. Ximenii *tom.* 1 *Rer. Hiſpanic. And. Schotti Francofurti* 1603, tum Johannes Pinius de Liturgia Mozarabica Romae 1740.

ſione, cujus hodie Natalitia celebratis, concedatque, ut cujus ſollemnia colitis, patrocinia ſentiatis Amen. *Illius obtentu ab omnibus adverſis tueamini, & bonis omnibus perfruamini, qui adventum Redemptoris mundi nec dum natus cognovit, matris ſterilitatem naſcendo abſtulit, patris linguam natus abſolvit* Amen. *Quatenus ipſius Agni, quem ille digito oſtendit, cujus immolatione eſtis redempti, ita virtutum lanis veſtiri, & innocentiam valeatis imitari, ut ei in aeternae patriae felicitate poſſitis adjungi* Amen. *pocula allatum eſt diſco, ſit pro vobis omnibus apud Deum interceſſor*. Amen. *Idem quoque, qui fraternum prohibens violare connubium hodie in carcere peregit martyrium, ſuis vos precibus faciat incentiva ſuperare libidinum*. Amen. *Et ſicut idem Dominicae praecurſor factus eſt mortis, ita veſtris interceſſor exiſtat praevius pro delictis*. Amen.

Poſtremo loco quia Synaxis, ut Pſeudo-Dionyſii utar verbis, *in gratiarum actionem deſinit* [1], Communionem conſequitur Oratio, qua res tota finitur, cui idcirco veteres nomen fecere *Complenda*, ſive *ad Complendum*. Praeſto eſt, ex quo hanc deſcribo, vetus liber Sacramentorum Romanae Eccleſiae, quem Morinus adjudicat Gelaſio Papae, qui Pontificatum accepit An. CCCCXCII., *& eum Officiorum ordinem complecti exiſtimat, qualis ante S. Gregorium uſurpabatur* [2].

COMPLENDA EX SACRAMENT. GELAS.

Sancti Iohannis natalitia celebrantes ſupplices Te Domine deprecamur, ut hoc idem nobis ſemper, & indulgentiae cauſſa ſit, & ſalutis. Per &c.

CAPVT

1 Aegre ſibi pro veris obtrudi patiuntur eruditi, quae Laurentius Cozza pro Dionyſio Areopagita, ejusque libris ſcripſit. *Vindiciae Apologeticae &c. part. 2. Romae 1702.* P. Philippus Bacarierius Diſſert. III. ad calcem libri *de Conſtitut. Apoſtolic. Vitrogelli 1740.* permulta Dionyſio Alexandrino adjudicat, quae ſub Areopagitae nomine circumferuntur, verum neque haec opinio viris doctis omnino probabitur

2 Chriſtophorus Pfaffius *de Liturgiis Miſſalibus Tubingae 1718.* & Bodens *Introduct. ad Hiſtor. Eccleſiaſticam Lipſiae 1730.*, quum hoc Sacramentario plura contineri viderent, quibus ſuae ſectae errores exploduntur, id conſilii ceperunt, ut Gelaſio abjudicarent, ad ſequiora tempora detraherent, & ſaeculo X. exaratum demonſtrarent, ſed irritus omnis illo effluxit labor, eorumque ingeniorum conatus refutavit Franciſcus Vezzoſi, magnum Ordinis mei decus, & ornamentum. *Praef. ad tom. VI. Oper. Ven. Card. Thomaſ. Romae 1751.*

CAPVT QVARTVM.

Proſae, *ſive* Sequentiae, *quibus omnes in Iohannem laudes conferuntur*. Sequentia *B. Notkeri Leodienſis Ep.*, *Adami a S. Victore*, *Eccleſiae Virodunenſis*, *& Laudunenſis*. In Praefatione, *ſeu* Conteſtatione Miſſae *geſta a S. Iohanne ſtrictim populo renuntiabantur*. *Nomen illius inſertum* Confeſſioni *ante Concilium III. Ravennatenſe*. *Vrbanus PP. V. in Miſſa diei feſto S. Iohannis addi* Credo *de* conſilio *Cardinalium mandavit*.

VERVM ne quid prorſus deeſſe videatur eorum, quae ad indicia religioſae venerationis, quam adeptus fuerat S. Praecurſor, cumulanda pertinent, praeſtat de *Sequentiis*, & *Praefationibus* pauca eloqui. Poſt recitatam vel ex Prophetarum, vel Apoſtolorum, vel ſummorum Pontificum ſcriptis *Epiſtolam*, [1] paucis interjectis, Rithmus in omnibus pene feſtis [2] canebatur, qui *Sequentia*, aut *Proſa*, aut *Jubilatio* appellabatur, quarum auctor perhibetur B. Notkerus S. Galli Abbas, deinde Epiſcopus Leodienſis circa An. DCCCC. Illius *Sequentias* protulit Bernardus Pezius in Theſauro Anecdotorum. Quae in honorem S. Johannis decantabatur, ſic incipit [3]

Sancti Baptiſtae Chriſti Praeconis
Sollemnia celebrantes,
Moribus ipſum ſequamur,
Vt ad vitam, quam praedixit,
Aſſeclas ſuos perducat.

De aliis fidem locupletiſſimam faciunt Clicthovei Collectanea [4].

Praecurſoris & Baptiſtae
Diem iſtum Chorus iſte
Veneretur laudibus. &c.

ALIA

1 Franciſcus Bencinus Mediolanenſis Hiſtoriae Eccleſ. in Academia Taurinenſi olim Profeſſor in opere de *Litteris Encyclicis Diſſert.* 3L. *Taurini* 1730. abunde probavit primis Eccleſiae ſaeculis non modo Prophetarum, & Apoſtolorum ſcripta legi conſueviſſe, ſed interdum Epiſcoporum, & Pontificum Epiſtolas *Paſchales*, & *Communicatorias*.

2 Antonius Bellotte *Ad Ritus Eccleſiae Laudunenſis Pariſiis* 1662. Grancolas *Les Anciennes Liturgies tom.* II. *à Pariſ.* 1697.

3 *Theſaurus Anecdotorum tom.* I. *Liber Sequentiarum cap.* XV. *Auguſtae Vindelicorum* 1721.

4 *Hymni & Proſae cum explicatione Iudoci Clichtovei Neoportuenſis Venetiis* 1555.

ALIA.

Ad honorem tuum Chriſte,
Recolat Eccleſia
Praecurſoris & Baptiſtae
Tui natalitia. &c.

IN DECOLLATIONE

Praecurſorem ſummi Regis
Et Praeconem novae Legis
Celebrat Eccleſia. &c.

Innectendae ac copulandae, tum proſa ex Ordine Miſſarum Eccleſiae Virodunenſis [1], cujus haec ſunt prima carmina:

In occurſum Praecurſoris
Concurrenti cordis oris
Curramus obſequio. &c.

tum altera ex Miſſali Laudunenſi in Paſſione ejuſdem Praecurſoris. [2]

Matris melos triumphantis
Aemuletur militantis
Concentus Eccleſiae &c.

Non quaero qui primus omnium *Praefationem* Miſſae addiderit: num in ipſis Eccleſiae primordiis Apoſtoli, an poſt exacta apoſtolica tempora Pontifices excogitaverint, & in album ſacrarum precationum retulerint [3]. Hoc illi inditum eſt nomen, quod ſit prolocutio, & praeparatio, qua populis affectus excitatur ad eam actionem, quae propriae ſacrificium continet: hinc factum, ut in Liturgia Toletana *Inlatio*, & in Gallicano Sacramentario *Conteſtatio*, in Miſſali Gothico *Immolatio* appelletur. Vndecim tantum Praefationibus hac aetate utitur Romana Eccleſia; at Veteres Sacramentorum ORDINES, quot quot recenſuimus, habent quibuſque temporibus & feſtis proprias, atque addictas. In his ergo graviſſimam, ornatiſſimamque invenias laudationem admirandi ortus, quo Baptiſta in hanc vitam introierat, Sanctitatis, quae a puero, quaſi clariſſimum lumen in eo elucebat, virtutis denique altiſſimis defixae radicibus, quae numquam nec voluptatibus, nec martyrii, mortiſque metu potuit in Johanne labefactari. Veteribus exemplis hic ſuperſedendum cenſeo, quorum loco Proſam, & Prae-

1 *Viroduni* MDLVI.
2 *Tulli ex Officina Danielis Palſer Iunioris* MDLI.
3 V. Rodulphum Tungrenſem *De Can. obſervatione cap. ult. Lovanii* 1568. Johannis Dap. Scortia *de Sacrificio Miſſae* l. 1. 15. *Lugduni* 1618.

& Praefationem a nullo hactenus editam, ex libris Miſſalibus *ſecundum uſum S. Iohannis Hieroſolymitani* Diſſertatione VII. proponam. Duo interim par eſt, ut admoneam. Initio Miſſae Sacerdos, & miniſter ex Apoſtolica traditione peccata accuſant, ut pura, atque integra mente, ſceleriſque vacui ſacro dent operam; apud nos quidem ſtantes extra Altaris gradus, alibi vero, ſi Verto fides, [1] vel in Sacrario, vel Graeco more ad Altare progredientes; in ea autem τῇ ἐξομολογήσει (etſi variis exprimeretur formulis, quae adhuc in antiquis Liturgicis Codicibus exſtant) teſtibus Grancolaſio, & Bellotio [2], vetere inſtituto poſt S. Michaelem nomen *S. Iohannis Baptiſtae* inſertum legimus, ſed quo tempore id factum, non definio; quamquam veterum Liturgicor lectione edoctus accidiſſe credam ante Concilium III. Ravennatenſe habitum MCCCXIV., a quo hodierna *Confeſſionis* formula univerſae Provinciae indicta fuit [3]. Illud etiam praeclarum, quod in vita Papae Vrbani V. narrat Boſquetus, cujus verba recitabo. *Eodem anno* (idelt MCCCLXVIII.) *in die Nativitatis B. Iohannis Baptiſtae dictus Vrbanus Papa de conſilio Cardinalium fratrum ſuorum ordinavit, quod in Miſſa dictae feſtivitatis & per octavam ejuſdem diceretur in antea* Credo in unum Deum, *quod per prius non fiebat, ſecundum antiquas regulas. Licet enim non fuerit de numero Apoſtolorum, non tamen reputandus eſt ipſis fuiſſe minor, & ſic ejus feſtivitas in hoc non debet minus honorari* [4] In praeſentia extra Eccleſias proprias ſymbolum haud recitatur, eam potiſſimum ob cauſſam, ut ſcite obſervat ſacrorum Rituum multo peritiſſimus Quartus [5], quod Johannes exſtiterit, curſumque peregerit ante Evangelicae legis promulgationem.

1 Claudius Du Vert Explication des Ceremonies de l' Egliſe tom. III. à Pariſ. 1713.
2 Libris ſupra citatis.
3 Rubrica XV. Collect. Labbeus tom. XI. Pariſiis 1671.
4 Franciſc. Boſquetus Vitae Pontif. ex Gallia oriund. Pariſ. 1632. Baluzius in Vitis Paparum Avenionenſium Pariſiis 1693.
5 Commentaria in Rubricas Miſſalis tit. XI. de Symbolo. Venetiis 1727.

CAPVT QVINTVM.

Sacerdos dum orat, ut ſacrificium proſit ad honorem Sanctorum, Divum Baptiſtam nominat. Idque ante ſaeculum XII *fortaſſe uſitatum. Item Iohannem adjutorem advocat in Canone. Ex Liturgiis Chryſoſtomi, Baſilii, & Alexandrina demonſtratur. Innocentius III. verba Ordinis Romani Iohanni Evangeliſtae potius, quam Praecurſori putat adaptanda. Alii in aliam abeunt ſententiam, quos inter SS. D. N. BENEDICTUS XIV. Titelmanni argumentatio. Graeci εὐλογίας S. Iohanni offerunt. Dallaei calumnia depulſa.*

PRAECLARUM, & memorandum Baptiſtae nomen bis demum, ſupplici, demiſſaque voce, pronunciat Sacerdos. Primo in ea oratione, quae manuum lotionem conſequitur, & incipit: *Suſcipe Sancta Trinitas &c.* precaturque paullulum inclinatus, ut ſacrificium illi, ceteriſque Sanctis *proſit ad honorem, nobis autem ad ſalutem*. Non ea quidem ita recens, uti aliquibus viſum eſt, reperitur enim ſaeculo IX. labente deſcripta in Pontificali S. Prudentii Auguſtae Trecarum Epiſcopi, in Miſſa Illyrica, in Sacramentario Moiſſacenſi, aliiſque recenſitis a Cl. Bruno[1]; qui tamen cur nulla verborum haeſitatione affirmaverit nomen S. Iohannis in nullo prorſus *Miſſali* ante XII. reparati orbis ſaeculum[2] adinveniri, plane non video. Omnia ne ille contuitus eſt? univerſos Bibliothecarum pluteos luſtravit? nihil obtutum illius effugit? Si enim ea *Oratio* multiformis fuerat, atque non ex praeſcripto ullo, ſed pro libito, & purae, putaeque pietatis ergo[3] recitabatur, ut eam liceret praeterire, atque omittere, quemadmodum nunc etiam omittunt Chartuſiani Monachi, ipſomet Bruno teſte, facile Sanctorum nomina, pro varia in eos recitantium pietate, poterant immutari. Secundo Johannem B. advocat in adjutorium obſecrationis ſuae, quum ventum eſt ad eam *Canonis* partem, in qua SS. aliquot Martyrum meminit, ut eorum merita ne dum fidelibus vita functis, & in pace quieſcentibus proſint, ſed nobis quoque peccatoribus, ſperantibus partem aliquam ſempiternae beatitatis cum illis nobis donari. Documenta ſuppetunt ad fidem faciendam graviſſi-

1 *Explication des Ceremonies de la Meſſe tom. 1. part. III. à Paris 1716.*

2 *Article 11.*

3 *Goar* ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ *Pariſiis 1648.*

graviſſima. In Liturgia S. Johannis Chryſoſtomi Sacerdos veniam expoſcit fretus ſuffragio *τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ*. *S. Johannis prophetae, Praecurſoris, & Baptiſtae.* Eadem deprecatione utitur in Miſſa S. Baſilii.[1] Uberius, & fuſius haec in Liturgia Alexandrina apud Euſebium Renaudotium, *τῶν ἀγγέλων εἴκοσι τεσσάρων πρεσβυτέρων τοῦ ἁγίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου βαπτιστοῦ, καὶ μάρτυρος Ἰωάννου. Angelorum, viginti quatuor Seniorum, Sanctique glorioſi prophetae, Praecurſoris, & Martyris Johannis Baptiſtae.*[2] In Canone Ordinis Romani legitur. *Cum Sanctis Apoſtolis, & Martyribus Johanne Stephano &c.* Innocentio PP. III. perſuaſum fuerat Johannem Evangeliſtam intelligi oportere, cujus etſi cum ceteris Apoſtolis in prima Canonis parte facta ſit mentio, heic iterum cum laude nominatur, ob ſervatum virginalis integritatis florem. Ab eo tamen diſſentiunt Walfridus Strabo Monaſterii S. Galli Decanus, Menardus aliique, & ut verbo uno omnia complectar, SS. D. N. BENEDICTUS XIV., qui veroſimilius cenſet Johannem Baptiſtam hoc loco, ut in Graecorum Liturgiis, Presbyteri voce celebrari.[3] Rationis momenta ea in re a Titelmanno collecta libet ſubnectere. *Magis conſentaneum videtur, ut ille, quo inter natos mulierum non ſurrexit major, quique ſingulari privilegio Praecurſor praemiſſus ante Dominum, eumdem meruit & voce praenuntiare, & digito demonſtrare, inter ceteros Sanctos locum hic obtineat, praecipue quum Johannes Evangeliſta martyrio mortuus non fuerit, quomodo ceteri omnes, quorum hoc in loco nomina recenſentur.*[4] Redeo ad Graecos, ii quidem de ſua in S. Praecurſorem obſervantia alio etiam ritu condocefaciunt. Dum ſacrum, & ἀκολουθίαν τὴν ζωοποιὸν peragunt, tot particulas oblati a fidelibus panis in patina, ſeu diſco reponunt, quot Sanctis in Synaxi praecipuum honorem adhibere decreverunt, uti legere eſt in opuſculo περὶ τῆς μερίδος Gabrielis Philadelphi Metropolitae edito a Ricardo Simonio.[5] Quo res ſpectet, liquido ex Gabrielis verbis apparet. *τὸ δὲ εἶδος εἰς δόξαν καὶ τιμὴν αὐτῶν. Finis vero gloriam & honorem eorum* (Sanctorum) *reſpicit.* Hinc in particularum

recen-

1 *Liturgiarum Orientalium Collectio to. 1. Pariſiis 1716.*

2 *Ibidem.*

3 *De Sacrif. Miſſae lib. II. cap. xviii.*

4 *Explicatio Canonis, Antverpiae 1614.* Theodorus Christoph. Lilienthal auctor libelli, [illegible] Diſſertatio Hiſtorico-Theologica de Canone Miſſae Gregoriano. Lugduni Batavorum 1740. [illegible] in hoc conſentit: ceterum [illegible] undique erroribus, & [illegible] Lectiones [illegible] tollere [illegible].

5 *Gabrielis Metropolitae Philadelphienſis Opuſcula. Pariſiis 1686.*

receſſione unumquemque Sanctorum invocant · ac poſt intemeratam, beatiſſimamque Deiparam, particulam offerunt εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου ἐνδόξου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου *In honorem Sancti glorioſi Praecurſoris, & Baptiſtae Iohannis*. Atque ex his refutatam depulſamque videas Dallaei calumniam, cui in libro *De Cultibus Religioſis Latinorum*[a] magnum, & imprudens illud mendacium excidit: *memoriam Martyrum celebratam fateor, ſed ſeorſim, neque in ipſo Dominicae Coenae myſterio*. Sed in omnibus locis parum firmamenti, & parum virium falſitas habet.

CAPVT SEXTVM.

In diebus Martyrum Hymni decantati. Conſtantini oratio ad Sanctum Coetum. Eccleſiam Apoſtolicam Hymnos habuiſſe. Eccleſia Lugdunenſis a metricis cantionibus abſtinet, & quare. Hymnum in honorem S. Praecurſoris a Paullo Warnefrido conſcriptum, male S. Hilario adjudicatum. Hymni veteres in feſtis S. Iohannis recenſentur. Carmina Zachariae Ferrerii inter ſacras preces numquam relata. Hymni S. Ambroſii, Breviarii Mozzarabici, Sanctolii Victorini, & Eccleſiae Biſuntinenſis in S. Baptiſtam. De aliis Hymnorum ſcriptoribus, aut collectaneis obiter agitur.

QVID tam ſanctum & laudabile, vel magis Apoſtolicae doctrinae conſentaneum, vel plenius bonorum omnium uſu obfirmatum, quam decere nos Coelites nedum colere, ſed quam ſuppliciter poſſumus, precari, piis caſtiſque votis obteſtari? Atque id profecto iis diebus vel maxime opus eſſe, qui illorum memoriae cauſſa feſti habentur, probe intelligimus, ſi veterum Chriſtianorum mores nobis ante oculos conſtituimus, eorumque pietatem ad animum referimus. Quam ſedula, quam fervens, quam religioſa in his majorum noſtrorum induſtria atque diligentia! Nedum conceptis proſa oratione deprecationibus, ſed etiam certa numerorum moderatione adſtrictis ſuperos efflagitabant, ut hominibus in ſumma malorum colluvie graviſſime laborantibus auxilio venirent. Quibus carminibus atque HYMNIS, dum laudes illorum celebrabant, quos in concilio Coeleſtium eximia virtus collocaverat, eoſdem, velut omnium fortunarum ac rationum ſuarum

[a] *Lib. 1. cap. XIII. Genevae 1671.*

ſuarum patronos invocabant. Hinc *ὑμνολογίαν* non apud Hebraeos tantum, ſed ubique terrarum, ac gentium, praedicandis excellentium virorum geſtis uſitatam [1], in diebus Martyrum retinendam praecipue commendat M. Conſtantinus in *oratione ad Sanctorum Coetum*, ubi de praeclaris ejuſmodi feſtis *ὕμνοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ψαλμῳδίαι καὶ εὐφημίαι, καὶ πρὸς τὸν πάντων ἐπόπτην ἔπαινος. Proinde Hymni, Pſalmique, & laudes inſpectori omnium* (Deo) *poſt haec canuntur* [2]. Item S. Paullinus Nolae Epiſcopus, qui e vita piiſſime abiit An. CCCCXXXI. in Natali S. Felicis [3]:

Ingredere haec pſalmis recinens antiſtes, & hymnis,
Et mea vota refer Domino, & tua gaudia votis
Junge meis, celebrans communis feſta Patroni [4].

Neque vero quid inauditum, & novo penitus more ſanxerunt: ſuppetunt enim monumenta, in unum collecta a I. G. Walchio libro *de Hymnis Eccleſiae Apoſtolicae* [5], e quibus Conſtantinum & Paullinum exemplum petiiſſe dicatur; & Hymnorum cantum ad omnes Eccleſias propagatum credamus, ſi unam forte excipias Lugdunenſem, quae ex S. Agobardi inſtitutione, & Bracharenſis Concilii I. diſciplina, a quovis poeſeos, & metricarum cantionum uſu, praeter quam in Completorio, cenſuit abſtinendum [6]. Accedo jam ad praeglorioſum Baptiſtam. Hoc quidem tempore Romana Eccleſia Hymnis a Paullo Diacono conſcriptis uti ſolet; quos omnes varia, & copioſa enarratione illuſtrarunt Jodochus Clithoveus, Donatus Barra, Michael Thimotheus, Paullus Palanterius, aliique [7]. Non Paullo Warnefrido, ſed S. Hilario Pictavienſi illum adjudicat Caniſius [8], qui ſic incipit:

Ut

1 *Bronte de diebus Festis* §. 41.

2 *Euseb. Vita Constantini* lib. 4. cap. 22. edit. Cantabrigiae.

3 *Natal.* 12. *Veronae* 1736.

4 Adde Aurelium Prudentium, qui Praecursoris gesta suis carminibus elegantissime conclusit. *Opera curante Johanne Chamillard Parisiis* 1687.

5 *Miscellanea Sacra Exercit.* 18. *Amstelod.* 1744.

6 V. Petri Persal Episcopi Pontlepolis libro: *Du Droit, & du pouvoir des Evesques de regler les Offices Divins* 1686. *Troisieme Siecle* pag. 52. De Ecclesia Lugdunensi haec habet: *Elle ne dit point d'Hymnes dans tous ses Offices; & elle fait en ce là le Canon d'un Concile* (nempe Bracharensis habiti an. DLXIII. Canone XXXIII.) *qui defende de chanter aucune Poësie dans les Offices Divins, comme l'a remarqué de depuis S. Agobard en son livre de la Psalmodie.*

7 Celebriora Hymnorum Collectanea haec sunt. Clithovei, cujus librum paullo supra indicavimus; *Fratris Donati Barrae Augustiniani Enarrationes in omnes Hymnos Neapoli* 1578. *Michaelis Thimothei Gazensis in Hymnos Eccles. Enarratio Venetiis* 1582. *Paulli Palanterii a Castro Romanensi illustris in Hymnos Explanatio, Romae* 1606. *Jacobus Wimpfelingius. Argentinae* 1513 *Henricus Bebelius. Hagen.* 1517. *Gregorius Valentinianus a Marsalia. Venetiis* 1640. *Carolus Gajetanus ad calcem Heortologiae Venetiis* 1729. &c.

8 *Commentariorum de Verbi Dei corruptelis lib.* 1. *de Johanne Puero. Lugduni* 1584.

Ut queant laxis reſonare fibris &c.

Huic autem hallucinationi facile anſam praebuit, aut locus Hieronymi de Scriptoribus Eccleſiaſticis [1], aut canon Concilii Toletani IV. [2] Concinnum hoc atque elegans carmen perpetua interpretatione explanavit Johannes Weizius libello, quem inſcripſit: HEOTROLOGIUM, *ſive Hymni feſtivales a Poetarum tam veterum quam recentiorum latifundiis excerpti, & pro tempore elucidati* [3]; ubi etiam verſus aliquot recitat Hymni in S. Johannem a Philippo Melanctone conditi hoc metro:

> *Nec Phariſaei ſpiritum*
> *Fregerunt ingentem viri;*
> *Elias alter hic fuit,*
> *Hypocritas dum arguit. &c.*

Georgius Caſſander ſcriptor auctoritate, & doctrina graviſſimus, libro, *Hymni Eccleſiaſtici recogniti* [4], alterum etiam ejuſdem Paulli Diaconi exhibet:

> *Praeco praeclarus ſacer, & propheta,*
> *Regis aeterni Paranimphus almi,*
> *Voxque clamantis, Domino potenter*
> *Dirige callem. &c.*

Tum duos a Venerabili Beda exaratos in *Natali*, & in *Paſſione* decantandos:

IN NATALI.

> *Praecurſor altus luminis*
> *Et Praeco verbi naſcitur,*
> *Laetare cor Fidelium,*
> *Lucemque gaudens accipe. &c.*

IN PASSIONE.

> *Praeceſſor almus gratiae,*
> *Et veritatis Angelus,*
> *Lucerna Chriſti, & perpetis*
> *Evangeliſta luminis. &c.*

His tamen vetuſtiores ſunt illi, quos coeleſti mentis inſtinctu, & artifi-

1 De S. Hilario: *Eſt ejus liber Hymnorum & Myſteriorum alius*, Pariſiis 1693.

2 Concil. Tolet. IV. An. DCXXXIII. Canone XIII. memorat Hymnos a Beatiſſimis Hilario, & Ambroſio editos.

3 *Francofurti* 1641. Labitur ad opinionem minime veram, affirmans in prima Stropha Paullum claves Muſicales, *ut, re, mi, fa, ſol, la*, concluſiſſe. Notas illas Guido Aretinus Abbas adinvenit, qui claruit, obiitque longe poſt Paullum Warnefridum.

4 *Georgii Caſſandri Theologi Brugae. Pariſiis* 1616.

artificioſa verborum concluſione fuderunt Juvenchus Presbyter, ſub Conſtantino, & Adamus a S. Victore, quoſque invenies apud Georgium Wicelium, in HAGIOLOGIO, ſive de *Sanctis Veteris, & Novi Teſtamenti* [1]. Vſurpaverit ne aliquando Eccleſia in *Divinis Officiis* ejuſmodi carmina, difficile eſt affirmare, & nos quovis judicio abſtinemus, ne incognita pro cognitis habere videamur, iiſque temere aſſentiamur. Illud procul dubio cognitum, inter ſacras preces relatos minime fuiſſe Hymnos a Gradenſi Epiſcopo compoſitos, dum ſummum Hierarcham gereret Clemens VII., quorum haec eſt inſcriptio: *Zaccharias Ferrerii Vicetini Pontificis Gradenſis Hymni novi Eccleſiaſtici juxta veram metri, & latinitatis normam a Beatiſs. Patre Clemente VII. Pont. Max., ut in divinis quiſque eis uti poſſit, approbati. Impreſſum hoc divinum opus Romae in aedibus Ludovici Vicetini, & Lautitii Peruſini. Kal. Februarii* MDXXV. Ceterum in his naturalis, & non fucatus latini ſermonis nitor, & poetica numerorum harmonia, verborumque compoſitio permagni facienda mihi ſemper viſa ſunt; ita enim ille:

IN NATALI. S. I. B.

Sapphicum.

Lucifer clari ſine nocte Solis,
Praeco divini ſine labe verbi
Mire Iohannes hodie vetuſto
Naſcitur orbi. &c.

IN DECOLLATIONE.

Chorimbiacum.

Baptiſtae colimus pallida funera,
Et triſtes obitus, menteque volvimus
Crudele imperium, diraque ſpicula,
Quae ſanctum caput auferunt. &c.

Sed quia non Romana tantum, verum etiam externa quaerimus, ſua cantica unaquaeque ferme Eccleſia habuiſſe videtur. In Mediolanenſi ingenio, & ſermone eleganti fuit Ambroſius, cui tribuendus Hymnus ille, quo & Ciſtercienſes utuntur [2]:

Almi Prophetae progenies pia,
Clarus parente, & nobilior patre,
Quem matris alvus claudere neſcia,
Ortus heriliis prodidit indicem. &c.

Ambro-

1 Moguntiae 1541. 2 Breviarium Ciſtercienſe 1540.

Ambroſio utique, & ſumma cum affirmatione opus adjudico; etſi clariſſimi S. Mauri Monachi in operum illius recenſione, non admonuerint, aut non adverterint [1]: quae enim poteſt eſſe dubitatio, ſi tamquam Ambroſii foetus edidit magnus ille antiquitatum Eccleſiaſticarum doctor V. CARD. THOMASIVS [2], cujus in rebus perquirendis diligentia fuit ſemper accuratiſſima, qui libris, & curis impalluit, ut ex diuturna codicum lectione, germana SS. PP. opera a ſpuriis internoſceret? Idem Hymnus ab iis canebatur, qui in Hiſpania ritus Eccleſiae Toletanae retinebant; quare legitur in *Breviarium, ſecundum Regulam B. Iſidori*, curante Cardinali Ximenio edito An. MDV., cui tamen Mozzarabicae Liturgiae auctores tres alios addidere.

IN NATIVITATE.

Puer hic ſonat Iohannes,
Genitis Dei alumnus,
Domini potens amicus,
Rutilis lucerna orbis,
Rutilo peracto Sole, &c.

EODEM DIE.

Nativitatem pueri,
Prophetamque altiſſimi
Eſſe dicit, quem merito
Corde canamus, & ore. &c.

IN DECOLLAT.

Hic Iohannes mire natus
De ſenili viſcere,
Ad Te judicem prophetans,
Quam ſit judex editus
Praeit & mortuum. &c.

Admirabilis ille, faciliſque verborum curſus, & ornata ſententiarum concinnitas, quae fuit in nobili Poeta Joh. Bapt. Sanctolio (*Santueil*) Pariſiis S. Victoris Canonico, tantum valuit, ut Gallicana Eccleſia hac aetate illius carmina veteribus pleriſque Hymnis ſubſtituenda exiſtimaverit [3]; quod tamen antiquitatum ſtudioſi male accipiunt, nam etſi illic inter ſui aevi poetas facile primas tenuerit, auctoritatis habebat parum, ut miſſis ſacerrimis can-

1 *Tom. II. Pariſiis 1690.*
2 *In Hymnario Oper. tom. II. Romae 1747.*
3 *Baillet jugemens des Sçavans tom. IV. partie II. à Amſterdam 1725.*

cantionibus cantum Victorinianis tribueretur. Ut ut res ſe habeat, ſpecimen illarum exhibemus.

IN DECOLLATIONE.

Ecce ſaltantis pretium puellae
Fertur in diſco Caput amputatum:
Haec cruentatis novo proferuntur
Fercula menſis.
Omnibus manat cruor ecce venis &c

Illuſtris in Gallorum finibus Eccleſia Biſuntinenſis: manebat in ea mos antiquus, die XXIV Junii, ut ad *Completorium Divini Officii*, hymnus hic alternis caneretur [1].

Baptiſta Chriſti inclite,
Qui Chriſtum prodis indice
Nos miſerando reſpice,
Culpaſque noſtras ablue &c.

Sacris precibus abſolutis, Proſa quaedam incerto, inconditoque metro recitari conſueverat, qua animus Sacerdotum Baptiſtae laudibus pangendis iterum excitaretur. Ea autem ſic habet *Fideles jam pſallite laudibus: Dantes clara gaudia: Devotis obſequiis colite: Modo haec ſolemnia: Praecurſoris inclita &c* Qui nam hi ſint Hymni, quos ſubindicat Bibliothecae Fr Junii Catalogus [2], prorſus me latet, neque in inveſtigando operam mihi eſſe impendendam exiſtimo. Contra vero nonnullos alios reperiri ſcio in libris Diurnarum Precum, quibus hoc etiam tempore uti ſolent vel illuſtres Dioeceſes, vel ampliſſimi religioſorum hominum Ordines: ſed plura jam, quam a Lectore fortaſſe deſiderentur, complexus ſum.

T CAPVT

1 *Breviarium Magnum ad uſum inſignis Eccleſiae Biſuntinenſis Pariſiis nuper impreſſum apud Johannem de Prato*

2 *Catalogus Biblioth. Bodlejanae &c.* Hymnus cum notis de S. Johanne. Item Cod. 5218. Franciſci Junii Hymni cum Interpretatione Anglo-Saxonica.

CAPVT SEPTIMVM.

Perperam de Rituum varietate nonnullos conqueri ſuadetur. Franciſci Perſini liber qualis. Gentium omnium conſenſio in pangendis laudibus S. Iohannis, dum preces horariae recitantur. Antiphonae, *&* Capitula *ex antiquis Codicibus Sacrarum Precum indicantur.* LECTIONES *in feſtis Baptiſtae quae olim fuerint. Late de his diſputatur, & quae in* Breviariis *maxime Tranſalpinis notatu digna ſunt, exponuntur.* Homiliarium *Vrbevetanum, &* Lectionarium *vetus Baſilicae Vaticanae quid habeant in feſto Detruncationis S. Iohannis. Preces aliquot ad opem Baptiſtae poſcendam ex vetuſtis Codicibus proferuntur.*

SAEPE, & vehementer miratus ſum eſſe pleroſque, qui de rituum, precumque ſacrarum varietate tantopere conquerantur, eamque copioſe deplorare ſoleant, ac ſi ab antiqua inſtitutione omnino deſcitum ſit, primaque rerum conſuetudo de medio ſublata. „ Nam quum unica ſit Fides, inquit Grancolaſius [1], aequum etiam videtur unam eamdemque orandi rationem „ in Eccleſia eſſe oportere; ſeu quemadmodum Innocentius I in „ Ep. ad Deodatum animadvertit, ſi Eccleſiae omnes conſue„ tudines ab Apoſtolis traditas ſervaſſent, eamdem omnes Divi„ na Officia recitandi rationem habituras fuiſſe; diſcrimen igitur, „ quod in his reperitur, inde dumtaxat proficiſci videtur, quod ab „ Apoſtolorum traditione diſceſſerint „. Haec fere ſunt ea, quae plerique crebris ſolent uſurpare ſermonibus. Ego vero aut rudis omnino ſum, rerumque divinarum undique ignarus, aut iſtiuſmodi opinionem inanem eſſe, & haberi oportere contendo. Enimvero *fidei unitatem*, integritatemque S. M. Eccleſia in ritibus, precibuſque ſitam eſſe numquam exiſtimavit; quandoquidem ritus, preceſque non ad firmiſſimam religionis noſtrae fidem, ſed ad diſciplinam pertinere nemo hominum diffitetur. Praeterea Apoſtoli non niſi ſimplicem quamdam precandi rationem primis Chriſtianae profeſſionis alumnis tradidere, neque hi ſaevientibus Chriſtiani nominis perſecutoribus, ſtatis horis Eccleſiam adire, ſtabilique ordine preces fundere poterant. Conſulto itaque Rom. Pontificum ſapien-

1 *Commentaire Hiſtorique ſur le Breviaire Romain tom. 1. à Paris 1727.*

ſapientia, & auctoritas diurnas Sacerdotum preces praeſcribendas, optimiſque additamentis augendas cenſuit, & in ſuas partes digeſſit. Quia vero vel locorum, vel temporum, vel ipſa hominum conditio neceſſario poſtulabat, ut ad actus Religionis, cultumque Divinum diverſae nationes diverſis uterentur inſtitutis, merito Epiſcopis priſcis Eccleſiae temporibus conceſſum eſt, ut quam aptiorem in Dei laudibus canendis putarent apud ſuos eſſe rationem, hanc unam retinendam conſtituerent. Sunt haec copioſius & accuratius explicata a Franciſco Perſino Epiſcopo Pontiopolis (*Saint-Pons*) in eo libro, quem paullo ſupra laudavimus. Si ergo mira quaedam gentium omnium, ac nationum conſenſio in laudibus Praecurſoris pangendis reperitur, ex his, quae retuli, duo haec patebunt, unde illarum varietas orta ſit, eamque omni reprehenſione carere debere.

Quinque ſunt *Divini Officii* partes praeter Hymnos, in quibus Beati Praecurſoris nomen piiſſime celebratur, nempe *Antiphonae*, *Capitula*, *Lectiones*, *Reſponſoria*, *Orationes*, de quibus ſi pauca dixero, neque ab utilitate lectorum, neque ab operis inſtituto abhorrebit oratio. Porro Antiphonarum duplex genus eſt: aliae enim ex libris Canonicis depromptae ſunt, aliae ex Hiſtoria Myſterii, aut Sancti, cujus feſtum peragitur, carptim delibatae. Primi generis vetuſtiores, cujuſmodi eae, quas feſtis diebus S. Johannis addictas legere eſt in *Breviariis* Verdenſi [1], Curienſi [2], Genevenſi [3], Auguſtano [4], aliiſque potiſſimum Monaſticis [5]. *Capitula* vero, quae in die Nativitatis, ſive Decollationis ad ſingulas HORAS recitantur, in antiquis precum Breviariis excerpta eſſe deprehendo ex libris Eccleſiaſtici, Sapientiae, Iſaiae, Jeremiae, Malachiae, ex Actis Apoſtolorum, & Paulli Epiſtola ad Hebraeos. Nimirum unaquaeque Eccleſia breviuſculas ejuſmodi *Lectiones* [6] conſtare opor-

1 Ad calcem hujus Breviarii editi an. 1480. carmina haec male concinnata leguntur:

In Chriſto Patris, & Domino juſſu Reverendi
Bertoldi Domi Verdenſis Eccleſiaeque
Hildenſemenſis Antiſtites arte novari
Praecipua dat opus inſigne Vicarius illud
Bardewigk, et Laurentius adjice nomen
Est Roſa vallis ei, quo ſollicitante magiſter
Illius artis opus Gotham excudit Bartholomaeus
Anno milleno, & quatuor ſimul octingeno
Sub Domini Terna laus jugiter inde ſuperno.

2 *Breviarium Eccleſiae Curienſis* an. 1490.

3 *Breviarium ſecundum uſum Majoris Eccleſiae S. Petri Gebennenſis Anneſiaci excudebat Franciſcus Pomarus* 1536.

4 *Breviarium juxta ritum Auguſtanae Dyoceſis* an. 1495. *atque diligenti adhibita emendatione vari quam provide Magiſtri Joannis Grenigger.*

5 Breviar. *Atrebatenſe* 1520. *Caſſinenſe* 1526. *Chartuſianum* 1523. *Vallumbroſianum* 1530. *Camaldulen.* 1520. *Ciſtercienſe* 1516. *&c.*

6 Ad Orationalem.

oportere decreverat his verbis, quibus Sanctiſſimi Praecurſoris vel morum innocentia, vel laborum perpeſſio exprimeretur, vel cupiditatibus omnibus, adverſante etiam & repugnante natura, interclusus ab eo aditus, vel Divina munera ac dona in eum collata aptius in mentem revocarentur.

Cautum jam fuerat a Concilio Carthaginenſi III. *ut praeter Canonicas ſcripturas nihil in Eccleſia legatur* [1], ſed quum dulciſſima Martyrum memoria alte animo Chriſtianorum inſediſſet, atque maxima erga illos pietas mirifice, & incredibiliter augeretur. Concilium Milevitanum habitum An. CCCCXII indulſit, *legi Paſſiones Martyrum in eorum anniverſario* [2]. Quia tamen aliquando *falſo confictae Martyrum hiſtoriae* legebantur, nec huic malo ſatis occurrere potuerat gravis Patrum Synodi Trullanae lamentatio [3], hinc factum reor, ut ad illud vitandum nonnullae Eccleſiae lectiones ex SS. PP. Orationibus mutuarentur. Et vero, ut propius rem noſtram attingam, in Nativitate Johannis *Homilias* S. Maximi Taurinatium Epiſcopi legere conſueverant Eccleſiae, Curienſis, Auguſtana, Biſuntinenſis, Baſileenſis, Conſtantienſis [4], Lauſanenſis [5], & Vittembergenſis [6]. Venerabilis Bedae Orationes recitatas video in Lugdunenſi [7], Bambergenſi [8], Genevenſi, Bituricenſi [9]. Monachi Cluniacenſes [10] eo die utuntur Sermonibus S. Bernardi. In Breviario Fr. Ord. Praedicatorum legitur *Oratio Anſelmi ad Beatum Johannem* [11], qua mira animi illius erga Praecurſorem affectio verbis, & ſententiis declaratur. Maxima autem pars ceterarum Eccleſiarum, reliquorumque Ordinum Sermones S. Auguſtini in uſum Lectionum traducit. In *Homiliario* Vrbevetano ſaeculi IX. de quo verba fecimus Diſſertatione I., unum idemque opus in ſeptem capita diſpertitur, quibus haec praefigitur inſcriptio: *Incipiunt Sermones S. Auguſtini Epiſcopi de Nativitate S. Johannis Baptiſtae*. Nulla mihi

1 *Canone* XXVII. *Labbe tom.* II.
2 *Can.* XIII. *Labbe tom.* II. *Pariſiis* 1672.
3 *Can.* LXIII.
4 *Baſileae in Officina Jacobi de Pforzheim* 1515. *Conſtantiae apud Henricum Ratdolt.* 1509.
5 *Lauſanae* 1509.
6 *Vittembergae* 1506. Neque hoc loco quis putet me vel exiſtimare ſteriis hiſce Transalpinorum gentium libris commodius cultum S. Johannis demonſtrari, vel Italicos nequaquam ſtipendiis: dicam enim ut res eſt, illos praedicari, noſtriſque praecelli, quod apud nos reperta ſint difficiliora. Ideoque pluris faciendi, quandoque integerrimi refert mihi videantur adverſos eos nationes, quae a majorum ſuorum veſtigiis injuſta deceſſione aberrantes, veteres ſacrorum caeremonias abjecerunt.
7 *Lugduni* 1541.
8 *Bambergae* 1501.
9 *Bituris* 1503.
10 *Pariſiis* 1541.
11 *Venetiis* 1541.

mihi dubitatio, quin o noes eodem die recitarentur, quoties mecum ipſe cogito ſancitum fuiſſe anno CCCXX. a Concilio Laodicaeno Canone XVII περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοῖς ψαλμοῖς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ' ἕκαστον ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν. *Non oportere Pſalmos in Conventibus contexere, ſed in unoquoque Pſalmo, interjecto ſpatio, Lectionem fieri*[1] Vetus quoque *Ordo Romanus* e Codice Monaſterii Sangallenſis deſcriptus, atque e tenebris erutus a Viro incredibilium virtutum fama ac ſapientia undique probato V. CARD. THOMASIO[2] teſtatur: *Lectiones quinque, aut* SEPTEM, *aut novem ut libuerit*, legendi facultatem factam fuiſſe. Quandoque ejuſmodi Lectiones rerum a Johanne geſtarum narratione conſtabant, quales ſunt illae, quas praeſefert Breviarium Franciſci Cardinalis Guignonii[3], e quo illas tranſcripſit Pampelonenſe[4]. Ceterum frequentius ea conſuetudo uſurpata in feſto Decollationis. *Lectionarium* Membranaceum Baſilicae Vaticanae manu exaratum ſaeculo XIII quod in Archivo ampliſſimi CAPITVLI adſervatur (*Plut. A 3. pag 221.*) habet eo die ſex Lectiones, partim ex Joſepho Flavio, partim ex aliis Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſcriptoribus decerptas. In Breviario Ordinis Praedic. legitur: *Ex hiſtoria de Inventione Capitis ejus*. Quamquam neque ab hoc feſto SS. PP. Orationes exſcluſae. enim vero *Breviarium S. Romanae Eccleſiae magna cum diligentia reviſum, & fideli ſtudio emendatum per Fratrem Philippum de Rotingo Mantuanum Ordinis Minorum de Obſervantia impreſſum arte, & impenſis Nicolai de Franofordia Anno Domini* MCCCCLXXXIX. *Venetiis*, in medium proponit Sermonem *S. Iohannis os auri*. Profecto hoc tam gravi dignus exſtitit nomine acerrimus ille Catholicae religionis defenſor, qui de omnibus copioſe, compoſite, ornateque dicebat. Merito proinde aurea illius effecit eloquentia, ut Ordo Fr. Sancti Auguſtini in die Detruncationis Chryſoſtomi Orationes ceteris praetulerit[5], quod etiam praeſtitere Baſileenſis, & Conſtantienſis Eccleſiae Breviaria, antequam ſuſceptam a majoribus religionem gens illa deſereret. Ambroſius multis perplacuit, ejuſque concio eo feſto apud plurimos legitur;

at

1 *Labbe tom. 1.*

2 *Operum tom. IV. novae edit.*

3 *Breviarium Romanum ex ſacra potiſſimum Scriptura, & probatis Sanctorum Hiſtoriis confectum, ac denuo per eundem auctorem accuratius recognitum, atque diligentia hoc in anno a mendis purgatum, ut Horas quadicitum non pertimeſcat.* Lugduni 1556. Jam anno 1535. editum fuerat Romae, iterumque typis excuſum Venetiis 1546., ſed novum ſtudii hujus libri fuit.

4 *Lugduni 1531.*

5 *Venetiis 1570.*

at Ordo Carmelitarum alteram *S. Chryſologi Archiepiſcopi Ravennatis* [1] cenſuit anteponendam. Auguſtino, & Hieronymo etiam plurimum tributum eſt; quare in Vrbevetano Homiliario legendus praeſcribitur *Tractatus S. Auguſtini de S. Iohanne*, & in Breviario Monaſterii Atanacenſis *Expoſitio S. Hieronymi*. Quid ſi hic noſtra latius vagetur oratio, atque ad ceteras regiones, aut gentes excurrat? Sane in admirabili rituum precumque diſſimilitudine, pene divina omnium nationum, atque ordinum conſpiratio, & concordia de Baptiſta multifariam colendo maxime eluceret. Sed haec jam praeclare, & abundanter demonſtrata ſunt. Illud tamen tacitum mihi praetereundum non videtur, ipſos met Anglicanae Eccleſiae Rituales libros, poſt impiam defectionem, S. Praecurſoris laudes nobis exhibere, duobus tamen tantummodo Lectionibus, altera ex Malachia, altera ex Matthaeo deprompta, *Officium* perfici [2]. Lectiones excipiunt *Reſponſoria*, quorum antiquitas, & prima apud Italos inſtitutio tum a Viro Sanctiſſimo THOMASIO [3] tum a longe peritiſſimo Merato [4] patefacta eſt. Et quemadmodum in his cautum eſt, *ut laeta laetis, triſtia triſtibus* [5] reſpondeant, cernimus Eccleſiam in Nativitate Johannis Sacrorum Bibliorum verba jucundiſſima, moeſtiſſima vero in Decollatione occinere.

In numero Scriptorum Rei Liturgicae maximi habitus eſt Johannes Card. Bona: non enim quemquam dixerim ante illum plus ſtudii, aut diligentiae ad haſce diſciplinas adhibuiſſe. Is itaque in libro de *Divina Pſalmodia* [6] vetuſtiſſimum docet eſſe morem, ut *Orationes* in *Divinis Officiis* decantentur. Nomina Sanctorum in his exprimi antiquitus conſueviſſe, Orationes in vetuſtiſſimis Codicibus deſcriptae certiorem me reddunt. Non ea mihi nunc mens eſt, ut omnes, quae huc ſpectare poſſunt, congeram, ſed ut Equitum Hieroſolymit. pietati morem geram, aliquot proferam ex Vaticanis Codicibus, quibus, ſi velint, in rerum humanarum viciſſitudinibus S. Praecurſoris opem implorent.

I. EX

1 Romae 1579.
2 *Liturgia, ſeu precum, & adminiſtrationes Sacramentorum aliorumque rituum juxta uſum Eccleſiae Anglicanae. Londini 1640.*
3 V. tom. 1. Operum ejuſdem.
4 *Commentar. in Rubricas tom. 1. ſect. v. cap. xiii. Venetiis 1744.*
5 *Rupertus Abbas de Officiis lib. 1. cap. xv. Collect. Hittorpii. Romae 1591.*
6 *Romae 1653.*

I. EX BREVIARIO
SAEC. XI.

Da quaeſumus omnipotens Deus, ut intra ſanctae Eccleſiae uterum conſtitutos, eo nos ſpiritu ab iniquitate noſtra juſtificari, quo beatum Iohannem intra viſcera materna docuiſti. Per &c.

II. EX BREVIAR.
SAEC. XII.

Omnipotens ſempiterne Deus infunde cordibus noſtris illam tuarum rectitudinem ſemitarum, quam Beatus Iohannes Baptiſta vox clamantis in deſerto edocuit. Per &c.

III. EX BREVIAR.
SAEC. XII.

Deus, qui conſpicis, quod nos undique mala noſtra contriſtant, per Praecurſorem gaudiis corda laetifica. Per &c.

IV. EX BREVIAR.
SAEC. XI.

Praeſta quaeſumus Domine, ut B. Iohannes, qui pro veritate, quae Deus eſt, caput non eſt cunctatus amittere, ſuo interventu ad Caput noſtrum, qui Chriſtus eſt, nos faciat pervenire. Per &c.

V. EX BREVIAR.
SAEC XII.

Beati nos Domine Baptiſtae Iohannis Oratio, & intelligere Chriſti tui myſterium poſtulet, & mereri. Per &c.

VI. EX BREVIAR.
SAEC. XI.

Benedic Domine plebem tuam, & Beati Iohannis Baptiſtae Martyris tui deprecationibus confidentem, tribue conſequi defenſionis auxilium. Per &c.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

De Divinis Graecorum Officiis ſermo inſtituitur. Typicon S. Sabae percurrit oratio, percenſetque brevi Proſomia, Stichologia, Theotocia, Idiomela, Troparia, Cathiſmata, Canones, aliaque a Graecis in Nativitate S. Iohannis decantata Exapoſtilarium, *&* Condacium *quale eo die. Majoris ſollemnitatis cauſſa* μεγάλη δοξολογία *preces omnes concludebat. Quaenam ea fuerit tam apud Graecos, quam Latinos.* Ritus dandi Sanctum Oleum Fratribus *in Natali Praecurſoris explicatur. Graeci Hymnorum ſcriptores celeberrimi. Carmina Manuelis Phile ex Codice Vaticano. Oratio Damaſceni in Inventione Capitis S. Baptiſtae.*

QVum toto hoc libro Graecas Antiquitates Romanis copulare inſtituerim, eumdem ordinem nunc maxime video retinendum, nihil enim fere eſt, quod ita propenſam Graecorum in S. Johannem voluntatem patefaciat, quam multiplex nationis illius precandi ritus. Sed non ideo de *Eccleſiaſticis* Graecorum *Officiis* multa proloquar, quid enim afferri poteſt ad illorum originem ac rationem partite explicandam, quod jam ex reconditis, optimiſque fontibus non protulerit unus ille honoribus, & rerum geſtarum fama conſpicuus CARDINALIS QVIRINVS? Is namque Diſſertationibus quinque quas libro de *Officio Quadrageſimali* Graecorum ſubtexuit [1], rerum delectu, nedum Allatium [2], & Caveum [3] facile vicit, ſed ampliſſimum Commentarium inſtruxit. Ne quid tamen lectorem remoretur, paucis admonebimus quamlibet Graecorum Eccleſiam ſuum ΤΥΠΙΚΟΝ, ſive ordinem Divini Officii recitandi habuiſſe, quorum celeberrimum S. Sabae, qui Theodoſio Juniore imperante maximam ſibi nominis celebritatem comparavit. Quae igitur in illius Typico, ſed novis acceſſionibus inſigniter aucto, propoſita ſunt, ut in feſtis Nativitatis S. Johannis decantentur, hic adnotabimus, facilique explicatione illuſtrabimus.

Ἐν τῷ μικρῷ ἑσπερινῷ *in parvo Veſpero* (duplex enim apud illos eſt) προοίμια, ſive verſus longiuſculi recitantur, deinde Θεοτοκίον.

1 *Diatribae ad Vetus Officium Quadrageſim. Venetiis 1721.*

2 *De Eccleſiaſticis Graecor. libris. Pariſiis 1646.*

3 *De libris & Officiis Graecorum. Ad calcem De Script. Eccleſ.*

ϰοντάκιον, ſive Ode. Ἰωάννη πανένδοξε, *Iohannes celeberrime &c.* Ἑσπέρας ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ, *veſpere in pervigilio* ϛιχολογία, ſive verſiculi ex S. Scriptura, deinde ἰδιόμελα, hoc eſt *Cantica propria.* Λύει τῷ Ζαχαρίᾳ τὴν σιωπὴν, *ſolvit Zachariae ſilentium &c.* Σήμερον τοῦ φωτὸς ὁ λύχνος, *hodie luminis lucerna &c.* Ἡ Ἐλισάβετ συνέλαβε &c *Eliſabet concepit &c.* Haec excipiunt εἴσοδος, προκείμενον τῆς ἡμέρας, καὶ ἀναγνώσματα, *Introitus, Reſponſorium diei, & Lectiones*, quibus Pſalmi interſeruntur; ſubinde fit ſupplicatio, & alternatim dicuntur Idiomela. Σταλάξατε τὰ ὄρη γλυκασμὸν *Stillate montes dulcedinem &c.* & Theotocium. Τὸν τε προφητῶν ὅρον, *Prophetarum terminum &c.* In his ϛιχηρὰ, *carmina longiora* ab Hymnographo conſcripta, Τὸν ἐκ Προφήτου Προφήτην, *Ex Propheta Prophetam &c* Poſt haec Ἡσαΐα νῦν τοῦ Προφήτου, *Eſaiae nunc Prophetae &c.* & Theotocium. Βλέπω τὴν Ἐλισάβετ, *Vide Eliſabet &c.* Finis imponit Τροπάριον. Eſt autem *Troparion* modulatae quoddam breve precationis genus, de quo conſule, ſi libet, Dufreſnium: Προφῆτα καὶ πρόδρομε τῆς παρουσίας Χριστοῦ ἀξίως εὐφημῆσαί σε, οὐκ εὐποροῦμεν ἡμεῖς οἱ πόθῳ τιμῶντές σε &c., *Propheta, ac Praecurſor Adventus Chriſti, digne celebrare Te non poſſumus nos, qui deſiderio honoramus Te &c.*

Ad *Matutinum* conſueta Stichologia Pſalterii. Pſalmi dividuntur, & interpolantur certis, definitiſque precibus in honorem Praecurſoris, quae dicuntur, κάθισματα τοῦ ἁγίου, *Interpolationes Sancti*. Solius Graecae Eccleſiae peculiares, & proprii ſunt κανόνες, *Canones, quaſi ex regula cani ſoliti*, ut ait Suicerus, qui novem Odis abſolvuntur, & poſt Pſalmos, ac Troparia recitantur Bini majoris pompae gratia in feſto Johannis decantantur, quorum hic eſt primus verſus Πολλοῖς συνεχόμενος πειρασμοῖς, *multis vexatus tentationibus &c.* Duo item Graecis uſitata, τὸ Κονδάκιον *Condacium*, & Ἐξαποστειλάριον *Exapoſtilarium*. Condacium varie definitur, nam Gretſerus in Obſervationibus ad Georgium Codinum, Cantici genus compendiarium appellat [1]; Morinus libro *de Ordinationibus*, brevem viri ſancti laudem [2], Habertus in *Pontificali Graecorum*, modulatum hymni genus ſimplicius [3], quae tamen definitiones eodem profecto recidunt. Compendiaria haec, brevis, & ſimplicior laudatio in Nativitate Praecurſoris ita ſe habet. Ἡ πρώην στεῖρα σήμερον Χριστοῦ τὸν Πρόδρομον τίκτει, καὶ

αὐτὸς

1 *cap. 111. Pariſiis 1648.* 2 *Ibidem 1655.* 3 *Ibidem 1643.*

αὐτὸς τὸ πλήρωμα, πάσης τῆς προφητείας. *Quae ante ſterilis hodie Chriſti Praecurſorem parit, & ipſe plenitudo omnis Prophetiae &c.* De originatione vocis *Exapoſtilarium* non unum omnium judicium eſt. Combefiſio [1], & Goario [2] libenter adſtipulamur, quibus videtur eſſe quaſi coetus dimiſſio, populique commeatus: hoc die ſic incipit, Ἡ γενέσιμος χαρὰ τοῦ κήρυκος τῆς χάριτος, *Natalitium gaudium Praecurſoris gratiae &c.* Matutinis precibus *Laudes* ſunt adjungendae, iterumque Stichera, Proſomia, & Theotocium, Ἀστὴρ ἀστέρων πρόδρομος, *Stella ſtellarum Praecurſor &c.* Praeſcribitur etiam μεγάλη δοξολογία, *magna Glorificatio* [3], quae maximae ſolemnitatis indicium habetur. Ceterae Divinorum Officiorum partes complentur minori δόξῃ, ſive τρισαγίῳ, quo Deo *Trino*, ac *Ter Sancto* plauditur. qua quidem formula Flavianum Antiochiae Monachum advocata concione, convocatoque populo aeterno Numini primum acclamaſſe tradunt Philoſtorgius [4], Sozomenus [5], Theodoretus [6], atque Nicephorus; [7] licet alii ab Apoſtolis eam repetant [8]. Major vero *glorificatio* eſt *Hymnus Angelicus* GLORIA IN EXCELSIS &c. Hunc ipſum in *Laudibus* recitandum juſſiſſe perhibent S. Benedictum, [9] atque in publicis acclamationibus, diebuſque maxime feſtis cani conſueviſſe, conſtat ex Concilio Generali VI., ex Toletano VIII, ex Vita Leonis III, qui quum Pipino Regi obviam occurreret, ſacra hac cantione illum excepit [10]. Quare videas Graecos omnes feſtivi plauſus, celebritatis, pietatiſque ſignificationes ad hunc diem contuliſſe.

Alia laetitiae teſtificatio in Typico ad hunc modum indicitur. Δίδοται καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς ἀδελφοῖς, *datur & ſanctum oleum Fratribus*. Ineſt his verbis obſcuritas quaedam, quam perſpicua rei notitia ſuſtolli fas eſt, ac perveſtigandum quid ſibi velit S. Sabae praeſcriptio. Sane ſi quis ad veterum Monachorum inſtituta animum advertat, circumſpiciatque quibus moribus viverent, liquido intelliget jejunium fuiſſe illis frequentiſſimum,

1 In Notis ad Andream Cretenſem. Pariſiis 1644.
2 In Euchologio.
3 V. librum Adami Rechenbergii de Veter. Chriſtianor. [illegible] Roterodami 1699.
4 H. E. lib. III. cap. XIII. Edit. Valeſii.
5 Lib. III. cap. XX.
6 Lib. II. cap. XXIV.
7 Lib. [illegible] cap. [illegible]
8 Cardinalis Bona Rerum Liturgic. lib. II. cap. III. Lutetiae 1676.
9 Martene Commentar. in Regulam S. Benedicti cap. XIII. Pariſiis 1690.
10 V. SS. BENEDICTI XIV. opus de Sacrificio Miſſ. lib. II. cap. IV.

ſimum, totumque fere annum *Xerophagiis*, *& Paximatiis*, id eſt arido victu, & pane tranſegiſſe. Ne quemquam longis ambagibus morer, Pachomius, Baſilius, ceterique Aſcetarum Parentes id illis inculcant, ut ſolis oleribus, ac leguminibus veſcantur; quod legenti *Codicem Regularum*, ab Holſtenio ſolerter concinnatum [1], aut eruditas Adnotationes Antonii Caraccioli *ad Conſtitutiones Clericorum Regularium* [2] manifeſto patebit. Praeterea quia ſanctis illis viris maxime propoſitum erat, ut effraenata vis corporis abſtinentia debilitaretur, S. Iſidorus cap. x Regulae imponit ut OLEO abſtinerent [3] Quinimo Chriſtianis omnibus uſitatum fuiſſe, ut tempore jejunii oleum vinumque a menſa rejicerent, evincit ex Chryſoſtomo Thomaſinus [4]. Jam vero quum feſtis ſollemnioribus epulum paullo lautius Monachis apparari conſueſſet; [5] hinc in feſto Praecurſoris, quod omni pompa atque hilaritate peragebatur, oleum datum exiſtimo, quo eſcae condirentur, & ſapidior eſſet concoenatio. Porro in hoc exemplum habebant a veteribus Chriſtianis, quos legimus in Martyrum feſtis lautiori dape recreari conſueviſſe. Factum id ab Alexandrinis in Natalitiis Petri Ep., ab Antiochenis in Juventini, & Maximiani, a Chalcedoniis in Euphemiae ſollemniis [6]. Et ſi minus antiqua exempla requiras, habes Gregorii Magni Epiſtolam ad Mellitum Abbatem, qua opiparis conviviis feſta peragenda indulget [7]. In Typico Irenes Auguſtae cap. XLVII. diſtinguuntur τὰ ἐδέσματα μετὰ ἐλαίου ϗ ἐλαίου ἀμέτοχα, *fercula oleo condita*, *& abſque oleo*, illa quidem feria II. III. IV. Sabbato, & Dominico die, haec vero IV., & VI. feria comedenda. Item Monialibus conceditur, ut ſi tempore Quadrageſimae prioribus illis diebus occurrerit memoria *Inventionis capitis S. Iohannis*, piſces comedantur, & vini hexagium detur [8]. Ac ne plura, quae ſunt pene innumerabilia, conſecter, egregiam Muratorii diſputationem *de Agapis ſublatis* lectori in memoriam revoco [9]. At inquies cur hocce oleum Aſcetis dandum, *Sanctum* appelletur? Percunctanti reſpondeo, viros illos Religio-

V 2 ſos

1 Romae 1661.
2 *Synopſis Religioſorum Rituum*, p. II. cap. III. *Pariſiis*, 1668.
3 Apud Holſtenium.
4 *Traité des Jeunes part.* I. *Chap.* XI. § IV. *à Paris* 1680.
5 Diſſert. III cap. IV.
6 Sozomenus lib. XVII. Theodoretus lib. XIV. Evagr. lib. II. III. edit. ſupra memoratae.
7 *Epiſtolarum lib.* XI *epiſt.* LXXVI *edit. Maur.*
8 *Analecta Graeca Tom.* I. *Pariſiis* 1688.
9 *Graecarum Anecdotarum Tom.* I *Patavii* 1709.

ſos hanc diligentiſſime ſervaſſe conſuetudinem, ut cibum nullum, neque panem ſumerent, niſi eſſent *Benedictione* Deo conſecrati. Sed erat inſuper ſingulari more receptum ut viri Sancti per invocationem divini nominis Oleum potiſſimum benedicerent; quod deinde non ſolum pulmentis injiciebant, ſed expoſcentibus dabant, merito ſperantes in ſalutem corporum, morborumque depulſionem fore ceſſurum. Gretſerus *Olei Benedictiones* profert, & aegros hoc inunctos in ſalubritatem reſtitutos ex probatiſſimis auctoribus enumerat [a].

Haec Graeci in Nativitate Johannis: ſed non minor hilaritas in Decollatione, aliiſque feſtis; quorum ritus recitare praetermittimus, quandoquidem ex rerum ſimilitudine conjici facile poſſunt. Lectorem tamen putamus eſſe admonendum, quot quot fuere inter Graecos Patres, qui poeſeos laude floruerunt, Johanni Baptiſtae metrice collaudando operam navaſſe. Igitur in primis

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων
Hymnorum modulos hi compoſuere ſacrorum,

Johannes Damaſcenus, Joh. Monachus, Joh. Euchaitenſis, Coſmas Majumenſis, Theophanes Graptus, Methodius Homologeta, Stephanus Byzantius, Anatholius Junior. Quae ex Synaxariis, aut Menaeis his feſtis leguntur, non produco, ne diutius in his detinear. Sed eorum loco libet ex Vaticano Codice (*num. 633. pag. 96.*) ineditum, & elegans *τετράστιχον* Manuelis Phile, quem inter ſuae gentis hymnographos laudat Leo Allatius [b], hic adnectere; non enim viris eruditis id genus *ἀνέκδοτα* injucunda eſſe ſolent.

Ἔπη εἰς τὸν πρόδρομον.
Σιγῶσα φωνὴ καὶ βοῶσα καρδία
Τὸν Δεσπότην κάμπτουσιν ἐξ εὐσπλαγχνίας,
Θεὸς γάρ ἐστι καὶ τὰ μὴ δῆλα βλέπει
Καὶ τῆς σιωπῆς ἀκροᾶται τὸν κτύπον.

Verſus in Praecurſorem.
Silens vox, & clamans cor
Dominum exorat ex viſceribus;

Deus

a *Lib. II. cap. XXIV. Ingolſtadii* 1615. Vide praeterea Paulum Quartum C. R. *de Benedictionibus Tit. III. Sect. XIII. Coloniae* 1672.

b *De libris Eccleſ. Graecor. pag. 81. Pariſiis* 1645. tum etiam in libro adverſus Creyghtonum *pag. 703. Romae* 1665.

Deus quippe eſt, & occulta diſpicit,
Atque ſilentii perſentit ſtrepitum.

Eloquentiſſimi Damaſceni Orationem poſtremo ſubjiciam, qua exercitatio noſtra apte concludatur.

Ἐπὶ τῇ εὑρέσει τῆς κάρας
τοῦ προδρόμου, πρὸς τὸν Βαπτιστήν.

Ὡς θεῖον θησαύρισμα ἐγκεκρυμμένον τῇ γῇ χριστὸς ἀπεκάλυψε τὴν κεφαλήν σου ἡμῖν προφῆτα καὶ πρόδρομε. πάντες ἂν συνελθόντες ἐν τῇ ταύτης εὑρέσει ᾄσμασι θεηγόροις τὸν σωτῆρα ὑμνοῦμεν τὸν σώζοντα ἡμῶν τὰς ψυχὰς ταῖς ἱκεσίαις σοῦ

In Inventione Capitis Praecurſoris, ad Baptiſtam.

Sicut divinum depoſitum occultum terrae Chriſtus detexit Caput tuum nobis, o Propheta, & Praecurſor, omnes ſimul congregati in hujus inventione cantibus Deiloquis Salvatorem laudamus, ſalvantem animas noſtras ſupplicationibus tuis[1].

De Armenorum, Maronitarum, Illyricorum, Abaſſinorum officiis nihil dico, ne lector ſimilitudinis ſatietate fatigetur; ſermonem, ſi placet, alio transferamus.

CAPVT NONVM.

De publicis ſupplicationibus in profeſtis, aut ſollemniis S Praecurſoris Florentiae Stationes quatriduanae in illius honorem Inſignis pompa Ianuae indicta, quum ſacri Cineres ad Mare devehuntur. Eadem Foſſae Clodiae Ordinarium *feſtorum Monaſterii S. Germani de Pratis ſupplicationem in Nativitate Iohannis praeſcribit. In* Proceſſione *ante magnam Miſſam geſtatio Evangelii Divo Baptiſtae alludit. Teſtimonium PP. Innocentii III. Crux in illis ex vetere inſtituto praefertur. In ipſa imagines Sanctorum depictae. Effigies S. Iohannis in Cruce Stationali Ordinis Hieroſolymitani.* Litaniae *tum decantatae. Nomen S. Iohannis in vetuſtiſſimis Litaniis deſcriptum.*

TANTA eſt ſanctimoniae exiſtimatio, tantus virtutis ſplendor, ut in quibus illam ſuſpicimus, eos obſervemus quam maxime, omnemque divorum colendorum ſcientiam his libenter devoveamus. Licet igitur Diſſertatione II. de ſupplicationibus

in

1 *Ad Calcem Hymn. Venetiis apud Aldum 1501.*

in honorem Praecurſoris peractis in tranſcurſu dixerim; quia ſummum in his ordinum omnium ſtudium animadverti, & maximi cultus indicia eſſe cognovi, hic data opera de illis agendum ſtatui; eo magis quod cum ceteris, quae modo retulimus, facili nexu copulentur. Ac neminem latere arbitror ab antiquis ſcriptoribus *Proceſſiones*, *Stationes*, *Litanias* nuncupari, quia vel agmine compoſito procedimus, vel locum deligimus, ad quem quum pervenerimus, ſtamus, vel quia dum pompam hanc ordine exequimur, λιτανεύομεν, Deo ſupplicamus. Plures excelluerunt ſcriptores, qui de *Eccleſiaſticis Proceſſionibus* egregie diſputarunt, Serrarius [1], Evellionius [2], Quartus [3], & Vatarius [4], quorum ego veſtigiis inſiſtens affirmo ad hoc orandi genus veteres Chriſtianos confugiſſe in communibus periculis, publicis que calamitatibus, in gratiarum actionibus, ſuſceptique beneficii anniverſariis diebus, in translatione, ac deportatione ſacrarum Reliquiarum [5]. Si aliis diebus fiebant iſtiuſmodi ſupplicationes, hi profecto celeberrimi, & ſolemniores habebantur; ideo Nativitati S. Johannis non defuit hoc publicae pietatis teſtimonium.

De ſupplicationibus ad *Fontem Baptiſmalem*, quae in Pervigilio feſti illius ad inſtar Cleri Lateranenſis alicubi peraguntur, jam dixi. Florentiae, quae eſt Vrbs Praecurſoris tutelae dedicata, quatuor diebus ſollemne feſtum antecedentibus annua pompa per Vrbem traducitur, & ad quatuor Portas *fit Statio*. Ibi Sacerdotes geminatas preces abſolvunt; olim vero ſanctum Evangelium legebatur, ut egregie apteque obſervat antiquitatum omnium ſolertiſſimus cultor A. F. Gorius in Epiſtola addita *Evangeliario* Cl. Blanchini [6]. Conſimili pietatis genere Floren-

1 Nicolaus Serarius *de Sacris Proceſſionibus. Coloniae* 1607.

2 Paullus Quartus C. R. *de Proceſſionibus Eccleſiaſticis. Venetiis* 1661.

3 *De Proceſſionibus Eccleſiaſticis liber auctore Jacobo Evellione Canonico Andegavenſi. Pariſiis* 1641.

4 *Les Proceſſions de l'Egliſe & leurs antiquitez &c par M. Vatar à Paris* 1713.

5 Conſule Sozomenum, Theodoretum, Socratem, Evagrium, Hieronymum adverſus Vigilantium, Acta Concilii II. Nicaeni &c.

6 *Evangeliarium Quadruplex Part. II. pag.* DLXXXIII. *Romae* 1749. Johannes Marcianus Chiladenus in Commentario *De Stationibus Veterum Chriſtianorum Lipſiae* 1744. omni ope nititur, ut probet [illegible] illas, neque Conventus publicos, neque *Proceſſiones* [illegible] per Vrbem [illegible], A baſilicarum, Binghamum, [illegible] eodem obervaſſe ſcribit, [illegible] Stationem eſſe dicta, aut [illegible], qua quiſque [illegible] eſſe videretur, precibus libere [illegible]. Quo animum intendat facile perſpicio.

rentinos aemulantur Januenſes, qui magnam inſtruunt pompam, ſacroſque Johannis Cineres ad Mare devehunt, quoties vi ventorum praeter modum agitatur, & proceIloſum infremit, & intumeſcit; quorum aſpectu continuo tranquillatur [r]. Alterum hujus rei monumentum ſuppeditant Annales Camaldulenſes ad An. DCCCCL. Narrant eſſe apud Foſſam Clodiam Templum S. Johanni Baptiſtae conſecratum, ad quod Clodienſes quotannis indicta ſollemni ſupplicatione progrediuntur, ut gratias Deo referant ob adeptam An. MCCCLXXXI contra Januenſes victoriam. Fertur etiam Templum hoc multa religione verendum jam a ſaeculo X. aedificaſſe S. Romualdum, quum ſe in illa aeſtuaria recepiſſet, de quo tamen hiſtoricus, homo verax, ſponſor minime accedit [s]. Vtcumque ſit, gens illa eo die ſupplicans incedit, quod Praecurſor ope ſua Vrbem obſidione exemerit. Publicis Vrbium ſupplicationibus privatas Religioſorum hominum adnectamus. In veteri Monaſterio, quod circa An. DLVI S. Germanus, Regis Childeberti munificentia fretus, Pariſiis exſtruxit, ubi olim Iſidis Fanum erat, quot annis in feſto Nativitatis Baptiſtae, *poſt veſpera fit Proceſſio in capella noſtrae Dominae praeeuntibus dup-*

[illegible]

r [illegible]

s [illegible]

duobus cereis accenſis [1]. Sed non ex uno vel altero exemplo penſanda res eſt, quandoquidem Johannem in mentem revocant caeremoniae, quae in ſupplicationibus ordinariis cuſtodiuntur. Mos eſt antiquitate ipſa ſacerrimus, ut in nonnullis Eccleſiis ante Magnam Miſſam intra Templi ambitum fiat Proceſſio [2], atque in ea Hypodiaconus Codicem Evangelii praeſeferat. Innocentius PP. III. hujuſce ritus ſignificationem (nihil enim in ſacris myſteriis ſine cauſſa a noſtris fit) diligenti perveſtigatione inquirens ait. *Subdiaconus, qui praecedit*, JOHANNEM BAPTISTAM *ſignificat, qui praeceſſit in ſpiritu, & virtute Eliae parare Domino plebem perfectam. Hic ante Pontificem portat Codicem, quia Iohannes ante Chriſtum praedicationem Evangelicam inchoavit* [3].

Porro in hiſce ſupplicationibus CRUCEM univerſo agmini, tamquam reparati orbis vexillum, praeferendam docuere apertiſſime Patres Quintae Synodi in acclamationibus contra Acephalos, & Severianos, & Acta Concilii Nicaeni II., exemplo etiam confirmavit Johannes Chryſoſtomus in ſupplicatione adverſus Arianos inſtituta [4]. Eam ob rem Crux ejuſmodi proprio, & certo vocabulo STATIONALIS eſt nuncupata. CRUX STATIONALIS *S. Petri* dicitur in Ordine Romano Benedicti Canonici Baſilicae Vaticanae, quam Subdiaconus Regionarius ad ſtationes procedentibus praeportabat [5]. Abundanter de ea Auguſtinus Fivizanius [6], Joh. Ciampinius [7], & Georgius [8] ediſſeruerunt. Neque nunc mihi probandum, Cruces Stationales pergrandes, argenteas, deauratasque fuiſſe: quam large atque copioſe veteres Chriſtiani Crucibus exſtruendis, ornandiſque pretioſa metalla, gemmas, lapillos obtulerint, accuratiſſime, accitiſque optimis teſtibus palam fecit Antonius Franciſcus Gorius [9]. Illud potius addere, vel obſervare nunc libet Cruci Stationali Imagines fuiſſe adpictas,

aut

1 Ita in *Ordinario Officiorum* Monaſterii Pariſienſis S. Germani de Pratis in appendice Operis, *Hiſtoire de l'Abbaye de Saint Germain par Jacques Bouillart à Paris* 1724.

2 V. Baillettum libro citato.

3 *De Officio Miſſae lib.* II. *cap.* 5. Venetiis 1578. Si plura deſideras, lege Cl. Contelorium *De Codice Evangelii lib.* III. *cap.* 13. Romae 1731. In Proceſſionali Eccleſiae Pariſienſis edito an. 1600. juſſu Archiepiſcopi d'Harlay, hic indicuntur ſupplicationes in honorem Divi Baptiſtae, die XXIV. Junii, & XXIX. Auguſti; huic tamen addita eſt conditio, *ſi ſit Dominica* pag. 180.

4 Sozomenus lib. 8. cap. VIII. Socrates lib. VI. Niceph. lib. XIII. cap. VIII. &c.

5 Apud Mabillonium *Muſei Italici* Tom. II. *Lutetiae* 1689.

6 Auguſtini Fivizani *De Ritu Crucis praeferendae Romano Pontifici*. Romae 1592.

7 *De Cruce Stationali*. Romae 1694.

8 *De Liturgia Rom. Pont.* Tom. I. *lib.* I. *cap.* V. *Romae* 1731.

9 *De Nitrato Chriſti capite &c. Symbolarum* Tom. III.


aut commiſſas, aut viriculo caelatas, hoc tamen plerumque ordine, ut mediam poſticae partis aream occupet imago Sancti Tutelaris illius Eccleſiae, inter cujus miniſteria ſacraſque ſupellectiles Crux eſt. Adſervatur Ravennae in Sceuophylacio Majoris Baſilicae Crux argentea, in ſupplicationibus olim delata, quam ego deſcripſi [1], in cujus adverſa parte Antiſtes viſitur penula magna indutus cum Pallio antiquo, & Mitra, quae patula eſt, & bicornis, ſed humilis, & depreſſa, additoque lemmate SANCTVS APOLLINARIS; qui eſt princeps gentis illius patronus. Paullus de Angelis in deſcriptione Baſilicae Liberianae ita de altera ſcribit; *Crux magna de ligno cooperta argento, quae portatur per Litanias, in medio ipſius ab uno latere eſt imago Virginis Mariae* [2]; quae nempe Templi ſoſpita habetur. Hoc eximii, ſummique cultus genus S. Johanni Baptiſtae praeſtitit Sacer, Equeſtris Ordo Hieroſolymitanus, penes quem frequentiſſimae fuerunt ſupplicationes ferme ab ipſo Ordinis exordio. Crucem argenteam operis anaglyphi ex Oriente advectam, quae adhuc Melitae exſtat, & praeferri ſolet, ſequens ſchema praeſentem exhibebit:

X Adſtat

1 Nos ipſi edidimus in Diatribe *de Veteri Chriſti Crucifixi ſigno &c. Florentiae* 1748.

2 *Deſcriptio Baſilicae S. M. Majoris lib.* VIII. *cap.* 1. *Romae* 1621. Sanctorum imagines non dum Crucibus *Stationalibus*, ſed Coenarum quoque, *Feſtivalibus*, aliiſque inſculptas, plaſtice, ſiliſque auctas ambigui. Flaminius Cornelius vir ſummus, & ſingularis Crucem evulgavit (*Decade* I.I.) ex aere facti, collo olim appenſa S. Maximo Epiſcopo Armenienſi, cujus oſſa Venetiis in Eccleſia S. Canciani ſita ſunt. Hanc ſuperpoſitam cenſet ſcriptor eruditiſſimus ab Antiſtite Adamo. Quid in poſtica hujus Crucis facie? Ipſa Sanctiſſimi viri imago, cum lemmate: ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ. *Sancti Maximi Confeſſoris*. Frequentiſſimae olim fuerunt apud noſtri Ordinis Clerum ſupplicationes; ac id quidem abunde patebit ex veteri *Proceſſionali ſecundum uſum S. Johannis Hieroſolymitani*, cujus excerpta dabimus Diſſert. IX. Plures item ſunt Cruces ſtationales, Rhodo Melitam aſportatae, quae modo uno, modo altero die Clero, populoque ſupplicanti praeferuntur. Celebris illa ex auro obryzo, gemmis cujuſvis generis ampliſſime ornata. Aurea item altera formae *oblongatae*, in qua Chriſto Crucifixo adſiſtunt hinc Mater ejus, illinc Evangeliſta Johannes, & pro pedibus lugens M. Magdalena. Jeſu additur eſt inſcriptio, FACTVS REDEMPTIO NOSTRA; Deiparae vero, FACT REDEMPTIONIS. In poſtica iſtius Crucis parte orbiculus eſt, cui ex encauſto ſuperinductus viſitur Agnus vexillo, & inſigni ejuſdem Hieroſolymitani Ordinis decoratus. Eadem Diſſertatione tractabimus de Cruce, in cujus adverſa facie imago extat S. Pantaleonis Martyris. Interim de Dracone, ſeu Serpente huic poſtremae Cruci inferne convoluto, pauca hoc loco admonebimus. Vetuſtum quidem optimis Eccleſiae temporibus, ut in pompa ſacra Draconis effigies praeferatur. Exemplum ſumptum videtur a Labaro Conſtantini, qui ſerpentem plagis juſſit labari cuſpide transfixum, quo ſymbolice *Draco antiquus* Cruce proſternitur, contuſus, utcunque [illegible]. Hinc Prudentius lib. I. contra Symmachum;

.... eximere tubas, prima haſta Draconis Praeeunt, quae Chriſti apicem ſublimior effert.



CRVX STATIONALIS ARGENTEA.

Adſtat in conſpectu S Johannes, indutus pro more ſuo ſaetoſo, & rudi colobio, cute tenus injecto, & palliolatus. Extremas Crucis oras excipiunt tabellae polygonae, in quibus uſitatiſſima *Evangeliſtarum* Symbola apto ordine caelata viſuntur; Angelus, Leo, Bos, Aquila, ſuo unicuique appoſito libro, ut facilius contuentium animus ad ſacros ſcriptores cogitando devolvatur [1]

Dum


1 Non multam operam mihi conſumendam eſſe puto in ejuſmodi Evangeliſtarum Symbolis explicandis, quae a celeberrima Ezechielis viſione eſſe profecta nemo non novit. Varie quidem interpretantur rerum Biblicarum enarratores Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, aliique, quorum tamen ſententiae, adnotante Zacharia Epiſcopo Chryſopolitano in libro de *Concordia Evangeliſtarum Coloniae* 1535., etſi diverſae, non tamen adverſae pugnantesque inter ſe ſunt. Quantum ego intelligo, ad duo capita revocantur; alii enim quatuor hiſce animalium formis ſtylum hiſtoriae uniuscujusque Evangeliſtae exprimi credunt, alii Jeſu Chriſti proprietates, geſtaque ſignificari arbitrantur. Faciem hominis Matthaeo attributam ajunt, quod a Chriſti generatione, humanitateque ſcribere exorſus ſit. Faciem leonis Marco, quia a voce Praecurſoris per deſerta alta voce clamantis ſcriptionis initium ponit. Faciem vi-

tu-

Dum populus has obiret ſupplicationes, Rogationeſque, hymnos, pſalmos aliaſque id genus preces recitari conſueviſſe nulli eſt ambiguum; ſed in primis geminatas illas precationes, quibus Deus immortalis, deinde ſanctiſſimi Coelicolae continuata quadam ſerie invocantur, vetuſtiſſimi Rituales libri evincunt. Optimo huic inſtituto duo accuſationum genera opponunt ἁγιομάχοι: ante Gregorii M. aetatem *Litaniarum* morem in Eccleſia minime viguiſſe, neque in vetuſtioribus ullam eſſe Sanctorum appellationem. Sed haec affirmare eſt hominum parum conſiderate loquentium, atque in maximis rebus errantium; nam primo Avitus Viennenſis, Aſclepiades Trallenſis, Sidonius Apollinaris, aliique permulti, qui ante Gregorii tempora floruere, mendacium hoc ἁγιομάχοις exprobant; ne dicam de Concilio Gerundenſi

X 2 ad

vis Lucae, quoniam de Sacerdotio Zachariae, ac ſacrificio primum eloquitur. Faciem aquilae Johanni, qui altiora petens de Verbi Dei Divinitate ab exordio diſſerit. Alii vero Chriſto haec emblemata aptari oportere ſcribunt; hunc enim e coelo delapſum, Hominis naturam ſibi vere conſociaſſe; tamquam Leonem hoſtes deviciſſe; ad inſtar Vituli hoſtiam pacificationis fuiſſe, & ſua ſponte exanimi corpore ad vitam revocato, coelum velut Aquilam perniciſſimo volatu petiiſſe certiſſimum eſt. Nihil his Symbolis ſtudioſis in Antiquitatibus Chriſtianis additaque ſunt perſaepe a Magiſtris ſacrarum Aedium tholis, & frontibus peramandis, vel a caeteris artificibus exſculpta epiſtyliis Altarium, Vaſis miniſtratoriis, ac potiſſimum quatuor extremis oris [illegible]; quocumque demum oculis converteris, quatuor haec animalia ſacrae ſupellectili adpicta occurrent. At in Nummis nemo forte haſtenus viderit; quare gratiam certe aliquam ab antiquitatum cultoribus inibo, ſi ex lectiſſimo, & in primis copioſo Nummophylacio ampliſſimi Veneti Senatoris Antonii Savorniani hunc propalam educam.



Aereus is eſt, hujus magnitudinis, aliquanto ſpiſſior, ac tum metallo, tum artificio cum Nummis Baduelae, & Totilae comparari poſſit, & prope ad eam aetatem cuius videatur. Hinc hominem, & aquilam, illinc leonem, & bovem conſpicis. Cruce utriſque interjecta. Symbola alis praedita ſunt. Singuliſque deſuper ſuum cadens ſydus. At ubinam percuſſum dicemus? ex cujus Urbis Officina Monetaria prodiiſſe affirmabimus? Nullam enim extitiſſe certo comperimus, quae SS. Evangeliſtarum nomina, & Imagines publicae Monetae exſculpenda curaverit. Neque tamen a privato homine pretii cauſa excuſum auſim dicere. Itaque ne lectorem hic longa morer ambage, rem in medio relinquam, & iis, qui ingenio ac peritia valent, definiendam proponam. Sane Nummus, me arbitro, ad gentem pertinere cenſendus eſt, quae aut Graecae eſſet originis, aut cum Helenibus conſueſceret: idque non obſcure indicari reor ex Inſcriptione, quae partim Graeca, partim Latina eſt ad hunc modum:

MAΘЄOC	MAPCOS
IOHANNIS	LVCAS

Id genus inſcriptionum, in quibus Graecae linguae veſtigia interlucent, & characteres Graecorum elementorum formam imitantur, conſtat inter eruditos eſſe Graecis adjudicandas. Caeterum nihil conjicio, & quod in proverbii conſuetudinem venit, Davus ſum, non Oedipus.

ad An. DXVII. Can. III., quo Litaniae praeſcribuntur. Deinde ſi animo a praeconceptis opinionibus vacuo ac ſoluto geſta Remigii Rhemenſis legerint, intelligent illum dum Clodoveum Regem baptizaret, *Litaniam* feciſſe, Sanctoſque nominaſſe[1]. Eorum nomina item reperiuntur in antiquis Litaniis, Corbejenſi, Caroli Magni, Ordinis Romani, aliiſque, quas ordine percenſet Nicolaus Serrarius in LITANIEVTICHO[2]. Quid multa? SS. D. N. BENEDICTI XIV. libros adeat, qui harum precum antiquitatem, auctoritatemque diſpicere cupit[3]. Sed ut ad illud revertar, quod eſt rei caput; nomen Praecurſoris legitur in antiquioribus Litaniis, quae paſſim occurrunt; & ne moleſtus ſim, ſi de rebus tam perſpicuis diutius diſſeram, Codices Vaticanos Palatinos, prope ad ſaeculum IX., & X. manu exaratos (*num.* 28. 33. 38.) Lectori indicabo, qui prolixe, quod ſcribimus, oſtendunt. Codex vero (*num.* 30.) continens *Orationarium* ad uſum Monachorum S. Johannis de Matera primo ponit: *S. Zacharia ora pro &c.*: deinde *S. Iohannes Baptiſta*. Ordo Romanus, ut videtur Eccleſiae Beneventanae, litteris Langobardicis Seculi XI., quem mihi legendum praebuit vir Theologus, & humanioribus etiam litteris praeſtans Petrus Franciſcus Fogginius, ita habet: *S. Ioannes Praecurſor, & Baptiſta Domini ora pro nobis*. Demum commemorabimus Litaniam metricam Raperti, Notkeri diſcipuli, quae Nicolai III. PP. approbatione in ſupplicationibus decantabatur[4]. In ea itaque ſic habetur:

ASPICE NOS OMNES CLEMENS BAPTISTA JOHANNES.

DISSER-

1 *Hincmarus in Encomio S. Remigii*. Conſule Serrarium mox e tandem.

2 *Lib.* I. *cap.* IV. *Moguntiae* 1613. Litanias Carolingeniis ann. vetuſtiores vulgavit Menardus in notis ad *Gregorii M. Sacramentarium pag.* 150. *Pariſiis* 1642. Mabillonius *Analectorum Tom.* II. *Pariſiis* 1676. Anglicanas pretalit ante mille annos editas. Carolinas vero in Appendice Capitularium Regum Francorum num. XCV. *Tom.* II. *Pariſiis* 1678. dedit diligentiſſimus Baluzius.

4 *Apud Caniſium Lectionum Antiquarum Tom.* III. *curante Baſnagio Antuerpiae* 1725.

3 *De Canonizat. SS. lib.* IV. *parte* II. *cap.* XIII.

DISSERTATIO QVINTA.

DE ANTIQVIS S. JOANNIS BAPTISTAE FICTIS, PICTISQVE IMAGINIBVS.

CAPVT PRIMVM.

Imagines SS. formidoloſis Eccleſiae temporibus conſulto ab hominum conſpectu ſublatae. Inter veterrima monumenta Chriſtiana accenſendae ſunt imagines S. Praecurſoris. In Picturis additus illi Agnus edicto Synodi Quiniſextae. Hadrianus PP. morem approbat. Tarraſius Patriarcha Clero Antiocheno, & Alexandrino Iohannem ſic eſſe pingendum ſcribit. Oratio Epiphanii Diaconi ea de re. Conſtantinus Imp. Statuam argenteam S. Baptiſtae mandat fabrefieri. Schema Carneolae antiquae palam proponitur, eademque deſcribitur.

NOn ſum ego tam inſciens, & rerum omnium imperitiſſimus, qui probe non teneam, triſtibus illis ac formidoloſis temporibus, quibus adverſa omnia Chriſtianis impendebant, & quibus hi gravi diuturnaque flagrabant invidia, SANCTORUM IMAGINES conſulto ab hominum oculis, conſpectuque fuiſſe ſublatas, ne illas Ethnici arrogantius ludibrio haberent, & probris, contumeliiſque rabioſe afficerent [1]. Sed ut primum Religio laetiſſimis, & proſperis uſa eſt rebus, tum Divorum Imaginibus publica veneratio reſtituta eſt, ſollemniſque illis habitus cultus [2]. Et quoniam Beatiſſimus Chriſti Praecurſor praeſtanti ſua, ac pene divina virtute magno jam apud omnes eſſet in honore ac nomine, hinc factum ut inter vetuſtiora Chriſtianorum monumenta illius ſimulacra, atque imagines reperiantur. Verum ex illa uſque aetate mos obtinuit, ut Johannes pingeretur, juxta ſe candidiſſimum habens Agnum, Reparatoris generis humani ſymbolum [3], quem ille praenuntiarat, & populis univer-

1 Gabrielis Card. Paleotti de Imaginibus ſacris, & profanis lib. II. Ingolſtadii 1594.

2 Traité des Images des Saints par l'Abbé Cordemoy à Paris 1715.

3 Iſaiae cap. LIII. & Hieremiae cap. XI. Chriſtum Jeſum, qui afflictum, perditumque humanum genus ab interitu ac ſervitute eſſet vindicaturus, ſub Agni Symbolo praenuntiabant. Verum cum perſpicuis, notiſque in rebus [illegible] quaerendo argumentatio? Quae ſunt [illegible] il-

verſis graviter laborantibus ſalutem, incolumitatemque allaturum affirmaverat. Teſtes mihi ſunt venerabilium Patrum edicta, teſtes Chriſtianae vetuſtatis monumenta, teſtis in omni temporum memoria Graeca, Latinaque Eccleſia. Moris inquam hujus velut jamdiu inſtituti meminit Synodus *Quiniſexta*, ſive *Trullana*, aut *Penthecte* ea appelletur, habita ſub Papa Agathone, Conſtantino Pogonato Imperante An. DCXCII. Canone LXXXII. ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ΑΜΝΟΣ δακτύλῳ τοῦ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ δεικνύμενος ἐγχαράττεται. *In nonnullis venerabilium Imaginum ſcripturis* AGNUS, *qui digito* PRAECURSORIS *demonſtratur, depingitur* [1].

Sed qui inſpexerit Acta VII Oecumenici Concilii, videlicet Nicaeni II., habiti An. DCCLXXXVII Imperantibus Conſtantino, & Irene in Oriente Augg., longe evidentius id illi perſpicuum fiet. Enim vero Papa Hadrianus I. in Epiſtola, quae legitur in ſecunda Actione, Tarraſii Conſtantinopolitani Patriarchae conſilio libentiſſime aſſentitur, qui Johannem Baptiſtam ita pingendum ex Synodi Trullanae praeſcripto docuerat, & datis ad Clerum Antiochenum, atque Alexandrinum litteris, id ipſum commendaverat [2]. Sed haec quam nitide, diſerteque expreſſit Actione VI. Epiphanius Diaconus! Eximius hic locus, unde rei confirmandae tanta lux affunditur, exſcribendus. In frequenti illo Catholicorum Patrum coetu planum fecit Epiphanius, hunc eſſe Sanctae Eccleſiae morem, ut homines ex variis, atque aſpectabilibus rebus ad Dei agnitionem traducat, & quo facilius eorum

[illegible] intemperanter abutitur, & quae jamdiu a Ciampinio *Veter. Monument. Part.* I. cap. XI. *Romae* 1690. [illegible] *Romae* 1705. Buonarrotio *Oſſervazioni ſu i Vetri Tav.* VI. *Firenze* 1716. Victorio *Num. Aenea Part.* I. cap. XI. *Romae* 1737. Mamachio *Origines, & Antiq. Chriſtian. Tom.* III. *Romae* 1750. fuſe egregie diſputata, hoc loco [illegible].

[illegible] in [illegible] Eccleſiae S. Pudentianae in Urbe ea inſcriptio:

HIC AGNUS MUNDUM RESTAURAT SANGUINE LAPSUM.

In celebri Patena argentea, quae in Templo [illegible] Foro-Cornelii adſervatur, quam [illegible] exhibuiſſe ferunt Antiſtitem Ravennatem S. Petrum Chryſologum, Agnus tamquam occiſus Menſae ſanctae incumbit, addito in orbem diſticho, metro Leonino:

QUEM PLANE TUNC [illegible] AGNUS FIXIT IN ARA.
HOSTIA FIT GENTIS PRIMI PRO LABE PARENTIS.

Sacram hanc Patenam jam illuſtraverat Johannes [illegible] libro *Patena argentea Myſtica* &c. *Romae* 1706. [illegible] commentario longe [illegible], [illegible] abſolute explicavit Sebaſtianus Paulus, *De Patena argentea Foro-Cornelienſi Diſſertatio. Neapoli* 1745. qui pag. 165. & ſequentibus de Agno Chriſtianorum monumentis, & Eccleſiaſticis miniſteriis inſcripto, multa aptiſſime conſerit.


1 Collectionis Labbeanae Tom. VI. *Pariſiis* 1671.

2 Ejuſdem Tom. VII.

rum prava ſtudia corrigat, quae geſta ſunt a viris optimis, illorum oculis objiciat, virtutis, rectique exempla proponat. Quamobrem his, qui ita vivunt, ut perſequantur cujuſque modi voluptates, deliciis, otio, luxuque diffluant, affirmabat Epiphanius Eccleſiam opponere contemplandam S. Praecurſoris imaginem, ex qua percipiant quam auſterum ac durum vitae genus ſit a Chriſtianis traducendum ἥρπασε τὸν ἐν τρυφῇ τὸν βίον δαπανήσαντα, καὶ μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον, καὶ ἃ χρὴ τοῖς πένησι παρέχειν ἐν τοιαύταις ἐσθῆσι καταναλίσκοντα, καὶ τὴν ἁβροδίαιτον ζωὴν ἀσπαζόμενον δεικνύει αὐτῷ (ἐν εἰκόνι)........ Ἰωάννην τρίχας καμήλου ἐνδεδυμένον, καὶ ἀγρίῳ μέλιτι τρεφόμενον, ΤΟΝ ΔΕ ΧΡΙΣΤΟΝ ΔΑΚΤΥΛῼ ΔΕΙΚΝΟΥΝΤΑ, καὶ προδιαγράφοντα αἴρειν τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. *Rapuit in deliciis ſubſtantiam ſuam conſumentem, & mollibus veſtimentis veſtitum, quae oportet egenis praebere, in talibus veſtitum expendentem, & delicatam vitam amplectentem, oſtendit ei* (in imagine) .. *Iohannem pilis cameli indutum, & agreſti melle nutritum* CHRISTVM DIGITO DEMONSTRANTEM, *& profitentem hunc tollere peccatum mundi* [1]. Quaerenti vero mihi a quo primum exemplar poſitum ſit, unde Pictores ſimilitudinem duxerint, nullus antiquior ex ultimae memoriae temporibus occurrit probiſſimo Imperatore Conſtantino. Is namque quum ma-

1 *Ibidem*. Permirum eſt, quanta audacia nuper Iconoclaſtae ad hujus Graecae Synodi auctoritatem elevandam, Concilium Francofurti ad Moenum ſub eodem Hadriano, & Carolo M. coactum in medium conferant, quaſi in illo quicquid Nicaeae de cultu Imaginibus ſacris exhibendo ſancitum fuerat, eſſet penitus improbatum. Non una a noſtris defenſionis ratio, vimque tamen, quamlibet accuſatio poteſt nobiliſſimis infirmari, atque caſtigari. Verum praetereo, quoniam non id agitur hoc tempore. Sat erit praefatio & verba Canonis ſecundi expendantur. Quid vituperant Patres Francofordienſes, quid repudiant, quid damnant? Quod a nonnullis aſſereretur decretum a Synodo Nicaena Imagines eodem modo adorandas, quo Deus ipſe, ac Trinitas colitur. Quare, inquit Petavius, non Synodum improbarunt Epiſcopi illi, ſed potius vetuſtiſſimae ſententiae pravam interpretationem ex inſcitia profectam. (*De Theologicis Dogmatibus lib. xv. cap. xii. & xiii. Antuerpiae* 1700.) Libros etiam *Carolinos* allegant, qui tamen [illegible], [illegible], ſed alii qui ſint quaedam [illegible], vel in ſacris diſciplinis omnino peregrinantur, non videat illos a viro aliquo Iconomacho, non a piiſſimo Carolo conſcriptos. Opus equidem Imperator ad Pontificem Hadrianum per Engilbertum Abbatem *Capitulatum* ſuum tranſmiſit, ſed quo animo, quove conſilio? ut illius cenſurae ſubjiceret libros, quos ipſe erroribus ſcatere videbat. Sed haec jam olim obſervata ab Anglis Theologis, Nicolao Sandero, *De Typica & honoraria ſanctarum Imaginum adoratione lib. II. Ingolſtadii* 1580. & Alano Copo, *Dialogi contra ſanctarum Imaginum oppugnatores Dialogo V. Antuerpiae* 1573., ut pudeat eadem iterare. Denique Magnum Gregorium ſuas in partes inflectere conantur ejuſmodi Imaginum oſores; at per ſummam calumniam ad [illegible], quam a Gregorio egregie propulſat Vir religioſus, ampliſſimique omnigena quidem eruditione clarus Jo. Hieronymus Gradenicus Clericus Regularis, libro, qui inſcribitur, *S. Gregorius M. a criminationibus Caſimiri Oudini vindicatus cap.* [illegible] *Romae* 1753.

maxima largitione Baptiſterium Lateranenſe perornari curaſſet, teſte Anaſtaſio, *In labiis Fontis Baptiſterii poſuit Agnum aureum fundentem aquam, qui penſat libras* XXX. *Ad dexteram Agni conſtituit Salvatorem ex argento puriſſimo in pedibus quinis penſantem libras* CLXX. *In laeva Agni Beatum* IOHANNEM BAPTISTAM *ex argento in pedibus quinis tenentem titulum: ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; penſantem libras* CXXV [1]. Quo quidem loco mihi in mentem venit praeclarum ſacrae vetuſtatis κειμήλιον, evulgatum ab illuſtri Viro Franciſco Equite Victorio, cujus ego ſapientiam ſemper plurimi feci, virtutem autem, ac modeſtiam ex animo ſuſpexi. Is itaque in erudito opere, *Nummus Aereus Veterum Chriſtianorum* [2], Carneolam hanc antiqui operis protulit, quam iterum in publicum dare e re noſtra duximus.



EX CARNEOLA ANTIQ

Optima ratione meritoque haec caelator exſculpſit. An eſt cuipiam inaudita ea vox Johannis Evangeliſtae: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere librum* [3]? Quem inquam librum? illum quidem obſignatum ſigillis, quem nemo praeter ipſum Agnum aperire poteſt [4]. Sane nulli hominum optatam illam & expetitam ſecuritatem in coelis adipiſcentur, niſi eorum *nomina deſcripta ſint in libro Vitae Agni* [5]. Quo autem atramento in eam tabulam

1 *Liber Pontificalis. Vita Silveſtri cap. 13.*
2 *Parte II. cap. 12. Romae 1737.*
3 *Apocalyp. v. 9.*
4 *Ibidem. v. 8.*
5 *Apocalyp. XXI. 27.*

bulam relata ſunt, niſi ipſo Agni ſanguine, qui nos per Crucem Deo Patri reconciliavit, & in pacificatione ſe ſe interpoſuit[1]. Haec omnia Divus Baptiſta, qui fuit illuſtris Chriſti anteambulo, eo geſtu, & Agni in libro cubantis oſtenſione ſignificare videtur. Deeſt hic uſitata inſcriptio, quam Epiphanius commemorat, Conſtantinus autem inſculpi fecit, ſed clamat ipſa figurarum diſpoſitio. Adeo vero conveniens, & Evangelicae Hiſtoriae conſonans pictoribus viſum eſt, Johannem cum Agno conjungi, ut ſi loci anguſtia (ut in area nummorum accidit) Agni forma haud effingi poſſet, verbis ſchedulae inſcriptis: *ecce Agnus Dei, &c.* conſilium, mentiſque propoſitum patefacerent, atque exprimerent. Erit fortaſſe qui ex me quaerat, qua aetate haec Carneola caelata ſit, quidque ſibi velint tres litterae, FP. C. eidem inſculptae. Profecto Latini artificis nomen compendiarie indicari nullus dubito, ſed quamquam eum aliquot ab hinc retro Saeculis vixiſſe credam, fateor ingenue nulla conjectura, neque ex Dictionario Monogrammatum Pictorum, & Sculptorum a Lipſienſi Profeſſore Chriſtio concinnato[2], quis fuerit, me deprehendere potuiſſe.

CAPVT SECVNDVM.

Veſtis villoſa S. Iohanni in antiquis picturis data. Tabella Graecanici operis nunc primum in lucem edita. De hujus picturae ratione & concinnitate pauca diſſeruntur. Addita eidem Inſcriptio proponitur. Iohannem cum veſte ſetoſa aptiſſime pingi, argumentis IV ſuadetur. Cur ille Pilos Cameli ceteris praetulerit, teſte Clemente Alex. Veſtem ejuſmodi Cilicii genus fuiſſe. Hanc ut adhiberet maxime impellebant inſtitutum, & exemplum Nazaraeorum. Witſii, & Grotii argumenta indicantur.

ACCIDIT hoc ſaepenumero, crebroque uſuvenit, ut in veteribus picturis S. Johannes Baptiſta vili maſtruca, & pellicea veſte induatur. Initurum me gratiam eamque maximam a Catholicis, doctiſque viris confido, ſi morem hunc ab obtrectatoribus vindicabo, oſtendamque oratione hac mea nullam ſatis juſtam af-

 ferri

1 *Ad Coloſſ. 1. 20.*
2 *Dictionnaire des Monogrammes, & Ciffres des Peintres, & Graveurs &c. à Paris 1740.*

ferri cauſſam quamobrem pictores noſtri temporis debeant a veteri receptaque ejuſmodi ratione recedere. Igitur duo mihi praeſtanda eſſe video, quibus dicendarum rerum materia certis terminis circumſcribatur. Colligam prius ac breviter recenſebo monumenta, in quibus hoc indumenti genus Praecurſori ab antiquis datum viſitur, tum quam recte, & convenienter id fiat declarabo. Quid aliud quaeſo docent Muſiva, & emblemata veterum Baptiſteriorum, quae Ravennae, & Venetiis ſunt? Quid Crux Stationalis Ordinis Hieroſolymitani, imagineſque Graecorum Menaeis interſperſae, aliaeque, quas toto hoc libro, aut commemoramus, aut proferimus? Quid Nummi Florentinorum [1], & Denarii Pontificum Johannis XXII., Hadriani VI., & Sanctae Apoſtolicae Sedis poſt Leonis X. obitum cuſi [2]? Sed quo manifeſtius res in omnium oculis conſpectuque defigatur, novum Chriſtiani Monumenti genus libet hic in aperto ponere, & ad fidem faciendam accerſere.

Tabella cedrina eſt, ferme palmaris, quantum ego exiſtimo, labente Saeculo XIII. exarata, quam Melitae Anno MDCCXLVIII. ex Graeco Mercatore aere meo redemi. Pictura videtur dicenda monochroma, nam etſi areae ſuperinductus ſit ſubluteus color, tamen omnis figurae circumlitio, umbrae, lineamenta omnia ex coracina tinctura. Colligatis implexiſque litteris additum lemma: ἁγίου τοῦ Ἰωάννου Προδρόμου. *Sancti Johannis Praecurſoris*. In quo litterarum, & accentuum ductus, & perpendicularis ſcribendi ratio de operis aetate vetuſtateque teſtantur. Dextrorſum ea verba: ἴδε (active pro ἰδοὺ) ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. *Ecce agnus Dei*. In id ſua ſtudia non indiligenter retulit Pictor, ut ora, totamque hominis ſpeciem deformaret macilenti, inculti, aſperi, qualem Nonnus Panopolitanus, ex Ethnico Chriſtianus Poeta, uno carmine Johannem deſcripſit:

Λεπτοφυεῖ λασίῳ πεπυκασμένον ἄνδρα χιτῶνι.
Gracilis naturae villoſa coopertum virum tunica. [3]

Quis

1 *Il Fiorino d'Oro illuſtrato*. *Firenze* 1738. Opus eſt ſpectat. Clari Equitis Franciſci Victorii.

2 *Antiqui Romanorum Pontificum Denarii a Benedicto Floravante illuſtrati*. *Romae* 1738. Hos tamen hoc loco indicamus, [illegible] veterum Nummorum elenchum, quibus S. Johannis Baptiſtae effigies inſculpta eſt, ad calcem hujus Diſſertationis concinnemus.

3 Paraphraſis Evangel. Johannis Theologi verſ. 2 [illegible] Curante Heinſio *Lugd. Batav.* 1627. Claruit Nonnus Saeculo V.



Quis autem maxima picturae concinnitate non capiatur, in qua veſtis ad veritatem, & naturae ſimilitudinem graphice adducta conſpicitur? Pili breviuſculi, ac depreſſi, quales nimirum ſunt Cameli. Tum etiam notatu dignum veſtem ex faſciis in longum conſutis conſtare; camelinae enim pellis aſperitas haud facile patiebatur, ut inconſutilis fieret, & quae corpori commode aptaretur. At neſcio quo coeco animi impetu incitati Frantzius [1], & Stolbergius [2], eos Pictores tamquam imperitiſſimos traducant, qui Johannem hac veſte indutum effingunt. His nihilo prudentior Thomas Brownus, qui hunc morem inter vulgi praejudicia procaciſſime accenſet [3]. Quid aliud erit divinos libros in nequiorem partem detorquere, & contra graviſſimos, vetereſque ſapientiae, do-

1 *Hiſtoria Sacra Animalium Lipſiae.* 1712.
2 *Sylloge Diſſertat. Theolog. Proteſtantium Tom. II. Amſtelod.* 1701.
3 *Eſſay ſur les Erreurs populaires traduit de l'Anglois par Thomas Brown, à Paris* 1718.

doctrinaeque proceres repugnare, ſi hoc non eſt? Aptiſſime a noſtris ita pingitur Johannes, quem ita pingendum cohaerentia cum Evangelica hiſtoria, ſuſceptum ab illo inſtitutum, munus, quo fungebatur, & illuſtrium virorum ſancte poenitentium exemplum invictiſſime probant.

Jam ad primum. Matthaei III. legitur: *Ipſe autem habebat veſtimentum de pilis Camelorum*; & Marci I *Et erat veſtitus pilis Cameli*. Quae verba animo perpendens Clemens Alexandrinus, merito ſcribit, Johannem Baptiſtam ideo Cameli pellem, ut pote aſperiorem ovinae praetuliſſe, quo longius a quovis corporis obſequio, & indulgentia abſcederet, acriuſque corpus contereret. Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης καὶ τῶν προβάτων ὑπεριδὼν τὰς τρίχας, ὀζούσας τρυφῆς, τὰς τῶν καμήλων εἵλετο τρίχας, καὶ ταύτας ἠμφιέννυτο, τὸ ἁπλοῦν καὶ ἄδολον τοῦ βίου ὑποτυπούμενος *Beatus Johannes deſpectis quoque Ovium pilis, qui delicias redolent, pilos Camelorum elegit, & iis ſe veſtiit, ſimplicem vitam a dolo alienam repraeſentans*[1]. Ergo quanto hirtior veſtis pingitur, tanto magis cum Evangelica hiſtoria congruit. Quod ſi veſtem hanc Cilicii genus fuiſſe dixeris, neque id alienum ab inſtituto, quod Johannes a puero ſuſceperat Inter *Nazaraeos* Parentum voto, quoad vixit, cooptatum fuiſſe copioſe probant Ermanus Witſius[2], Joh Henricus Buthnerus[3], Nebridius a Mundelheim[4], aliique. Jam vero erat hoc Nazaraeis praecipuum, ut bellum ſibi ipſis indicerent, atque odio corporis ſui adducti, macerarent illud, & impetus illius afflictationibus reprimerent, ardoremque reſtinguerent[5]. Quid ergo mirum ſi hanc veſtem ſibi paraſſet ad voluptatum domitum, naturaliſque appetitus coercitionem? Ita ſane Sanctus Paullinus, qui claruit Saeculo IV. labente, Carmine de Johanne[6]:

Veſtis

1 *Paedagog. lib. II. cap. X. Oxonii* 1715.

2 *Miſcellaneorum Sacrorum Tom. II. Herbornae Naſſoviorum* 1712.

3 *Theſaur. Diſſert. Biblic. Parte II. Amſtelod.* 1702.

4 *Antiquariorum Monaſticorum, Epiſtola* 21. *De Habitu, Cibo, & Victu S. Johannis. Viennae* 1650.

5 Cave ne cum Nazaraeis novae Legis confundas; quamvis enim Michael Le Quien *Diſſertatione De Nazaraeis, & eorum fide Hamburgi* 1719. & Jacobus Baſnagius, *De Hiſtoria Judaeorum Haereſibus*, inter opera illius Philologica *Trajecti ad Rhenum* 1711 illos de errore purgare, & cum Ebionaeis haud conſenſiſſe contendant; attamen plus aequo legibus Caeremonialibus addictos fuiſſe, novique Foederis libros repudiaſſe invecterata opinio eſt.

6 *Carm.* VI. V. 118 *Veronae* 1736. Nicolaus Gurtlerus *Hiſtoria Templariorum* §. XXXII. *Amſtelod.* 1071 & Joſephus Bergerius *Hiſtoire du Peuple de Dieu part. II. tom. VI. à la Haye* 1733. Cilicium vero fuiſſe non diffitentur.

Veſtis erat curvi ſetis conſerta Cameli
Contra luxuriem, molles duraret ut artus,
Arceretque graves compunctio corpore ſomnos

Tum etiam Auctor Operis imperfecti *ut ipſa auſteritas ad virtutem patientiae animum exerceret, ideo non dixit de lana, ſed de pilis Cameli*[1]. Quum autem pro ſui muneris ratione Judaeos ad poenitentiam inflammaret, eamque omnibus in concione ſemper indiceret, conſentaneum erat, ut ea veſte indutus appareret, quam tempore moeroris & luctus gens Hebraea ad animi triſtitiam declarandam conſtantiſſime retinere conſueverat[2]. Recte igitur Theophilactus *εἰς μετάνοιαν παρεκάλει ϗ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ad poenitentiam invitabat habitu ipſo*[3]. Poſtremo quod exemplo fit, jure fieri putatur. Non ne viros illos ſanctiſſimos, *quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes*, ſimili indumento uſos eſſe teſtificatur Paullus[4]? *Vt quemadmodum multi Sanctorum*, inquit Witſius, *circumivisse dicuntur ἐν μηλωταῖς ϗ αἰγείοις δέρμασι*, in pellibus Ovinis, & Caprinis, *in ſignum inteſtitiae, & poenitentiae, ita Johannes corpori ſuo δέρμα καμήλου* pellem Cameli *circumjeciſſe putandus ſit*[5]. Demum veniſſe Johannem in ſpiritu, & virtute Eliae[6], a Chriſto Eliae fuiſſe aſſimilatum[7], & Eliam Judaeos illum exiſtimaſſe[8], narrant concordi ſententia Evangeliorum ſcriptores. Itaque tanta ſimilitudo poſtulare videbatur, ut inſtar illius celeberrimi, aſperique Prophetae, coma promiſſa, pelliceo, hiſpidoque amictu incederet. Viderat haec profecto Hugo Grotius, qui nobis ad hanc tuendam ſententiam egregie praeluxit in haec verba: *Illud obſervatu non indignum, factum divina Providentia, ut qui veniebat in ſpiritu Eliae, etiam habitu exteriori Eliam referret*[9]. Neque tamen haec ita interpretamur, ut Malachiae vaticinium Cap. IV, quo praenuntiarat, futurum ut Deus Eliam mitteret, in Johanne jam comprobatum expletumque credamus, nam etſi maxima inter Eliam, & Johannem

1 *Homilia III. in Matthaeum*, Inter opera Joann. Chryſoſtomi, *Excuſum vero Coloniae* 1587.
2 Geneſ. XXXVII. 34. I. Reg. XXI. III. Reg. XXI. 27. IV. Reg. VI. 30. Paralip. XXI. Judith. IV. Jerem. IV. &c. Vide Maldonatum in Evangel. *Matth. cap.* III. *Lugduni* 1598.
3 *In* III. *Matth. Commentar. Pariſiis* 1635.
4 *Epiſt. ad Hebraeos* XI.
5 *Exercitatione de vita S. Johannis Baptiſtae*
[illegible] *cap. cit.*
6 *Lucae* I. 17.
7 *Matth.* XVII. 12.
8 *Johann.* I. 21. *Chriſtus de Johanne ait, Eliam jam venit; ipſe vero de ſe teſtificatur, Elias non ſum. Quo loco mirum in modum concinit Auguſtinus tract.* IV. *in cap.* I. *Johann. & lib.* I. *de Trinitate, aſſerens alterum ad praefigurationem reſpicere, alterum ad proprietatem perſonae pertinere. Adeat qui plura deſiderat Commentarium Tertulliani* Caroli Morenae *pag.* 710. *Pariſiis* 1658.
9 In Criticis Sacris T. VI. *Londini* 1660.

hannem extiterit ſimilitudo, locum tamen Prophetae non ad Hieroſolymae everſionem, ſed ad totius Mundi excidium referri, noſtri evincunt Theologi [1].

CAPVT TERTIVM

Chytraeum, Chremitium, Rabeum inepte, aut malitioſe contendere Johannis veſtem mollem, & undulatam fuiſſe. In voce καμήλος eoſdem otioſe cavillari demonſtratur. Frantzii, aliorumque argumenta confutantur.

IGITVR ſi auctoritates patronorum in judiciis valent, ab ampliſſimis viris noſtra ſententia defenſa eſt; ſi ingenia, ab eloquentiſſimis; ſi ratio, perſpicuis argumentis, ut mihi jam de hac una cauſſa conclamatum, tranſactumque videatur. Attamen non deſunt homines intemperanti ingenio, & ad audendum projecti, qui ad eam infirmandam neſcio quas comminiſcuntur argutationes. Hoc inanium diſputatorum genus refellere aggredior. Itaque Johannes Chremitius [2], & Paullus Rabeus [3], aliique, iterum ea recudentes, quae olim protulerant Melanctonus, Chytraeus, Schindlerus, totuſque Magdeburgenſium grex, de voce καμήλος criminoſe ludificant, indeque ſe poſſe colligere putant, Praecurſoris amictum lineum, purum, nitidumque, imo (quis credat!) mollem, & elegantem fuiſſe, atque ſic diſputant. *Camelus* in Divinis libris aliquando pro *Rudente*, ſeu fune nautico accipitur, ut Matthaei XIX [4]: quid vetat ergo, quominus credamus amictum Johannis fuiſſe ad inſtar rudentis ex ſtamine cannabino, ſed pilis Cameli intexto, ut inde pannus evaderet, qui a noſtris καμηλωτὴ *Cammellotto* dicitur? Audiatur quaeſo Chytraeus: *veſtis Iohannis erat contexta ex pilis Cameli, ſimilis ei quam hodie vulgo a Camelis*, Schamlot *vocamus, latine undulatam*. [5] Frantzius vero uſque eo ineptit, ut ad haec probanda illud Deuteronomii XXII. huc detorqueat: *Non indueris veſtimento quod ex lana, linoque contextum ſit*. Ergo, inquit ille, decebat ut Johannes qui veteris

1 Natal. Alex. *Hiſtoria Veteris Teſtamenti* tom. II. *Diſſert.* VI. *Pariſiis* 1689.

2 *De Amictu Johannis Bapt. Lipſiae* 1663.

3 Vide inſuper ſcriptores, quos indicavimus in Praeloquio.

4 *Facilius eſt Camelum per foramen acus intrare &c.* Hic cameli funem intelligi oportere ſcripſit Theophilactus Primas Bulgariae Comment. *Graec. Latin.* in IV. *Evangel. Pariſiis* 1631. cujus interpretatio aliis Bibliorum enarratoribus valde probatur.

5 Apud Caniſium *De verbi Dei Corruptelis* lib. I. cap. IV. *Lugduni* 1584.

veteris legis abolitionem in vulgus indicare debebat, contra Judaeorum diſciplinam ſe gereret, hocque uno maxime uteretur indumento [1]. Denique quia is, qui pravi eſt tenax, falſa falſis accumulat; ſcriptores ejuſmodi locum Aeliani in rem ſuam trahunt, ubi Cameli pilos deſcribit, affirmatque Deorum Sacerdotes, qui ad Caſpium Mare commorantur, inde ſibi amictum parare, *ἁπαλαὶ γὰρ εἰσι σφόδρα αἱ τούτων τρίχες, ὡς καὶ τοῖς Μιλησίοις ἐρίοις ἀντικαθίστασθαι τὴν μαλακότητα. ἐκ τούτων οἱ ἱερεῖς ἐσθῆτα ἀμφιέννυνται) Eorum villi* (Camelorum) *ita molles ſunt, ut cum Mileſiis lanis mollitudine poſſint comparari; ex iiſdemque Sacerdotes veſtes conficiant* [2].

Age jam haec omnia excutiamus, & quanti ſint aeſtimanda horum hominum argumenta perpendamus. Ac primo ſi veſtis Praecurſoris rudenti, & funi nautico comparanda, ergo ex cannabo tantum contexta; quod maniſeſto pugnat cum Sacra hiſtoria. At, inquiunt, pili Camelorum interſerebantur. Sed, quaeſo, quam afferunt probationem? nullam omnino, nec afferre poſſunt. Pallor? an vere pugnantia invicem frontibus adverſis ſcribunt? Ex quo corruit etiam putida illa concluſio ex Deuteronomio petita. Praeterea quid tam indignum & ridiculum, quam quum veſtem miſeram, hiſpidam, atque ad corpus affligendum ſtudioſe comparatam cum *undulata* componunt? Unde evincent fuiſſe hunc Palaeſtinorum morem, ut ex pilis Camelorum veſtes decorae conficerentur, praeſertim quae cum undulatis non ita pridem inventis, ſicut nunc illis utimur, quicquam commune haberent? Longe etiam opinione falluntur, inquit Caniſius [3], quod veſtis undulata non ex Camelorum, ſed *Hircorum, & Caprarum* pilis fieret, ut veteres adnotarunt. Demum veſtem undulatam *ex lautiſſimis* fuiſſe a Plinio traditum eſt [4]; Varro autem Regibus, & optimatibus datam ſcribit [5]: quare illos ſic confutat Witſius, *Veſtis ejuſmodi nec deſerto, nec inſtituto conveniret, quippe culta, & mollis, quam ut tribui debeat incolae τῆς ἐρήμου, cui Chriſtus opponit homines ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένους;* [6] *quid exiſtis in Deſertum videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus* ve-

1 *Vid. ſupra.*

2 *De animalibus lib.* XVII. *cap.* XXXIV. *Curante Gronovio Londini* 1744.

3 *Lib.* VIII. *cap.* XXVIII. *Harduinus legit laudatiſſimus, Tom.* II. *edit. Pariſ.* 1685.

4 *De Vita Pompei.* 5. VII. *Octavius Ferrarius De Re Veſtiaria lib.* II. *cap.* 22. *Patavii* 1654.

5 *Loc. cit.*

6 *Matth.* 11: 8.

veſtiuntur, in domibus Regum ſunt Ineptum autem, ne turpe dicam, argumentationis genus illud, quo Ethnicorum Sacerdotes cum Johanne conferunt. Hoc ipſum in illos retorqueri, rejicique merito poteſt; nam ſi Chriſti Praeconem ex Moſaicae legis praeſcripto etiam veſte ipſa abſcedere oportebat; quanto magis decebat ab Ethnicorum conſuetudine abeſſe, & qui homines ad Chriſtianae Religionis ſatus accipiendos praeparabat, impuros Idolorum cultores exemplo ſuo improbare, atque exe-crari? Sed modus jam diſputationi adhibeatur.

CAPVT QVARTVM.


Quid frondeſcentes ramuſculi, & virgulta in noſtra tabella, & in Sigillo Nicolai de Piglis? Num Locuſtas indicent, quibus veſcebatur Iohannes. Locuſtae Iſidoro Peluſiotae arborum ſummitates ſunt. Iiſdem ὑλοφάγως victitaſſe Cardinalis de Vitriaco herbae genus fuiſſe a Monachis Surianis accepit An fructus, aut Siliquae. Locuſtae exilia animantia, quibus veſci mos eſt Orientalibus Hieronymi, Plinii, Clenardi, Ludolphi, & Arculphi teſtimonia. Melanctonus Locuſtas Iohannis Cancros fuiſſe ad Iordanem obvios falſiſſimo ſcribit. Cur Ebionitae in Evangelio non ἀκρίδας, ſed ἐγκρίδας legant.

ANTEQVAM vero ad alias picturas noſtra devolvatur oratio, quin a cauſſa digrediamur, juverit propoſitam Graecam tabellam attentis oculis iterum contemplari, & quae illam exornant adjuncta accuratius obſervare Caudices duos utrinque Pictor effinxit cum ramulis vix frondeſcentibus, & tenerrima virgulta pro pedibus Divi Baptiſtae penicillo deſcripſit Genus hoc ornamentorum viſitur in Nummo aureo Florentinorum, quem noſtrae tabellae copulavi [1], tum in SIGILLO NICOLAI (*de Piglis*) PLEBANI PLEBIS SCI IOHIS MAIORIS in agro Florentino, vulgo Mucialia, quod hic contuendum ſubjicio, ex apographo, quem mihi diligentiſſimus horum monumentorum perveſtigator Dominicus Mannius una cum aliis liberaliter miſit [2]. Ibi ramuſculus folioſus ad laevam Baptiſtae, qui tamen non

1 *V. Il Fiorino d'oro illuſtrato.*

2 Conſule Joſephi M. Brocchii *Deſcrizione della Provincia del Mugello. Pieviere di S. Gio. Maggiore pag. 56. Firenze 1748.* Quam multa de

non pellicco amictu, ut in tabella, adjectoque Nummo, ſed Pallio induitur.



Statim id ſubit cogitare artifices ejuſmodi ideo parvas plantas, & arbuſculas circumpoſuiſſe, ut contuenti in mentem rediret, Johannem loca nemoroſa, deſertoſque ſaltus incoluiſſe. Verum aliud prorſus animo intendiſſe mihi in opinionem venit. Suſpicor non ſine cauſſa hic indicatum agreſtem Praecurſoris victum; fuit hoc enim plurimorum judicium, *Locuſtas*, quibus veſcebatur, nihil aliud fuiſſe, quam ramos tenerjuſculos, & plantarum ſummitates. Quod ne quis ingenioſius a me, quam verius dictum putet, accitis optimae notae teſtibus apertum faciam. Iſidorus Aegyptius, ex diuturna ad Peluſium manſione Peluſiota dictus, id adeo perſuaſum habuit, ut Timotheo non ſit veritus ſcribere; *αἱ ἀκρίδες ἃς Ἰωάννης ἐτρέφετο, οὐ ζῶά εἰσιν ὥς τινες* ΟΙΟΝΤΑΙ ΑΜΑΘΩΣ, *μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἀκρέμονες βοτανῶν ἢ φυτῶν* *Locuſtae, quibus Johannes alebatur, non animantia ſunt, ut quidam* PVTANT IMPERITE. *Abſit, verum ſummitates herbarum, aut plantarum* [a] At Pantaleo Diaconus, Scriptor Saeculi IX. etſi Johannem *ἀκρεμοναῖς* victitaſſe fateatur, *ἀκρίδας* his conſociavit, affirmans *radicibus, & locuſtis a puero fuiſſe innutritum* [b]: quibus verbis

Z

de Florentinorum erga S. Praecurſorem pietate commonefaciant, cum Sigilla Provinciae illius nobiliſſimae, quae Cl. Mannus diligenti ſtudio conquiſivit. Ne dum Florentina Archiepiſcopi, ſed agri quoque *Plebani*, ſeu Parœciarum Curatores Acta publica icone S. Johannis ſignarent. SIGILLVM CVRIAE EPIS. FLORENTINI, dum Urbis illius Pontificatum gereret Angelus Acciajolius, imaginem Divi Baptiſtae praefert. Eandem exhibet SIGILLVM VICARII CVSTODIAE FLORENTINAE, ſive ſupremi Cuſtodis, ut vocant, *Fratrum Minorum*, qui Florentiae, finitimiſque in oppidis habitabant.

a *Epiſtolarum* lib. I. ep. CXXXII. *edit. Billii Pariſiis* 1585

b *Orat.* εἰς τὰ ἅγια φῶτα *Bibliothec. PP. tom.* XII. *Pariſiis* 1677.

bis, ni fallor, alterum cibi genus ab altero diſtinguendum cenſebat. In Iſidori tamen ſententiam plures alii conſenſerunt Patres, quos enumerat Samuel Bochartus *de Animalibus Sacrae Scripturae* [1]. Neque id auribus, animiſque hominum abſurdum eſt. Aethyopes illi, quos ἀκριδοφάγους appellat Euſtathius Theſſalonicenſis [2], Diodorus autem ὑλοφάγους (eodem Diodoro teſte) μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐξιόντες, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ δένδρα, καὶ τοῖς ἁπαλοῖς τῶν ἀκρεμόνων προσφέρονται. *Cum liberis, & uxoribus paſtum egreſſi, conſcenſis arboribus ramos teneriuſculos depaſcuntur* [3]. Hylophagis pene ſimiles Allobii, quorum mores deſcribit Clemens Alexandrinus, nam hi quoque δένδρων ἀκρόδρυα σιτοῦνται, *arborum baccas pro cibo capiunt* [4]. Verum quid externa conquiro? producendus quaſi e domo teſtis, & quod ajunt, οἴκοθεν μάρτυρ proferendus. Celebris Jacobus Cardinalis de Vitriaco, Acconenſis, deinde Tuſculanus Epiſcopus in *Hiſtoria Hieroſolymitana* Cap. LIII. poſtquam deſerta, in quae Johannes Praecurſor fugiens hominum turmas ſe ſe receperat, & quae illic viſerat, deſcripſit, haec poſterorum memoriae mandavit *Quoniam autem mihi veroſimile non videbatur, quod Beatus Chriſti Baptiſta locuſtarum carnes comederet; qui pane etiam veſci renuebat, quaeſivi diligenter a quodam Surianorum Monacho, cujus Coenobium in partibus illis erat, habens maximam Monachorum multitudinem ſub uno Abbate, vitam arctiſſimam ducentium, cujuſmodi eſſent locuſtae, quas in ſolitudine illa Iordanica Beatus Johannes manducaſſe perhibetur. Qui mihi ſtatim reſpondit, quod frequenter in Refectorio ſuo quaedam herba Monachis ad edendum apponebatur, quam ipſi* Languſtam, *id eſt locuſtam nominabant cujus circa Monaſterium ſuum magna habebatur copia, adjungens, quod illa eſſet, quam edebat Beatus Johannes* [6] Equidem locuſtas pro quodam fructus genere veteres etiam habuiſſe, jam adnotaverat Theophilactus, quamvis non in unam, eamdemque omnes coirent opinionem. τινές λέγουσι βοτανάς εἶναι τὰς ἀκρίδας, ὡς καὶ μελάγρια καλοῦσι. τινὲς δὲ τὰ ἀκρόδρυα ἤτοι ὀπώρας ἀγρίας. *Quidam dicunt locuſtas eſſe herbas,* quas

1 Lib. I. cap. V. oper. tom. II. Lugduni Batavorum 1692

2 Odyſſ. θ. Romae 1549.

3 Lib. III. Amſtelod. curante Weſſelingio 1745.

4 Stromat. lib. I. 415. Oxonii 1715.

5 Quid Hylophagos, quid Allobios memorat? nomine de priſcis terrarum incolis hi perhibet Ovidius Faſtorum IV?

Et modo carpebant vivaci caeſpite gramen,
Nunc epulae tenera fronde cacumen erant.

6 In Collectione Jacobi Bongarſii, Geſta Dei per Francos tom. I. Hanoviae 1611.

quas melagra vocant, alii nuces, aut poma ſilveſtria[1] Siliquas alii dixere. Ex quibus intellectum puto, me non injuria affirmaſſe fructices illos, quos Pictor in Graecanica tabella Praecurſori appinxit, ſilveſtrem, aſperum, inopemque victum illius probabiliter oſtendere, atque ſignificare.

Interim vero ne hic quidpiam diſſimulem, quod in hac celebri gravique controverſia alterutra ex parte proferri poſſe videtur, libet obſervare alias fuiſſe nationes, quae locuſtis, ſive exilibus animantibus veſci conſueverunt, alioſque graviſſimos ſcriptores, qui Johannem iiſdem victitaſſe minime dubitant. Primum facile patebit, ſi ad Orientalium regionum habitatores convertamur. Hieronymus contra Jovinianum ſic ait: *Orientales & Lybiae populos, quia per deſertum, & calidam Eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiuntur, locuſtis veſci moris eſt*[2] quod etiam obſervavit Dioſcorides[3]. Plinius vero idem ab Aethyopis factitatum verbis perſpicuis expreſſit. *Pars quaedam Aethyopum locuſtis tantum vivit, fumo, & ſale duratis in annua alimenta*[4]. Neque in poſtremis habendum teſtimonium Clenardi, & Ludolfi[5], qui quum Africam, Habeſſiniamque peragrarent, id adhuc ab illis gentibus uſitari ſuiſmet oculis viderunt. Hoc etiam fit probabilius, ſi recordemur Ariſtophanem in *Veſpis* affirmaſſe egenis cibo fuiſſe locuſtas[6]. His argumentis, exemplìſque adducti optimi interpretes nihil penitus in Sacro Textu corrigendum, neque a propria vocis ſignificatione deflectendum arbitrantur, & locuſtas, quibus veſcebatur Baptiſta, eadem animalia fuiſſe, quae libro Numerorum Cap. xi. memorantur. Quin plura huc conferam, praeſto ſunt ſcriptores in Praeloquio laudati, qui de victu Divi Johannis diſſeruerunt. His, ſi lubet, adde Bruningſium, & Wolphium[7]; eaque Hrabani Mauri verba. *Nec ſilendum eſt quod in dictis Arculfi Galliarum Epiſcopi, qui de locis Sanctis plurima narravit, reperimus, minimum genus locuſtarum fuiſſe in deſerto Iudaeae, quo paſtus eſt Iohannes Baptiſta, & uſque hodie ibi apparere, quae corpuſculis in modum digiti manibus exili-*

1 *In Matth. ubi ſupra.*

2 *Lib. 11.*

3 *Lib. 11. cap. xxv. V. Joachimi Camerarii Horarum ſubciſivarum part. 1. cap. xiii. Francofurti 1614.*

4 *Lib. vi. cap. xxx. edit. Pariſien.*

5 *In opuſculis edit. Plant. 1566. Hiſtor. Aethiop. lib. 1. cap. xiii. Francofurti 1681.*

6 *Act. v. 1. 472*

7 *Compendium Antiquitatum Graecarum Cap. 11. Sect. 1. Francofurti 1743. Wolphius in Curis Criticis apud eundem Chriſtianum Bruningium.*

exilibus, & brevibus in herbis facile capiuntur, coctaeque in oleo pauperem praebent victum[1]. At Melanctonus, qui omnia in ſe uno ingenii praeſidia poſita confidebat, omniaque temerario auſu perturbabat; in Concione de S. Johanne B. ſcripſit locuſtas fuiſſe *Cancros* ad Jordanem obvios, quos Piſcatores, quum alioquin aliis non divenderent, quia his Judaeis veſci non licebat, Praecurſori dabant. Is autem liberius edebat Cancros a lege vetitos, quandoquidem ut Evangelicae legis Praeco, differentiam ciborum de medio tollere debebat[2]. Quantum a vero longiſſime abhorreret omnis haec Melanctoni oratio viderant vel ipſi Brentius, & Eraſmus[3]. Quorſum Cancros, de quibus nulla in Evangelio mentio eſt, comminiſcitur, vaniſſimamque explicationem extrudit? Ergo novum hunc Bibliorum interpretem latebat locus Levitici Cap. XI. *ubi locuſtarum mundae ſpecies ab immundis diſtinguuntur*[4]? Vnde quaeſo id colligit Johannem Caeremonialis legis obſervantiſſimum non fuiſſe, cui Chriſtus JESVS quandoque ſe accommodabat[5]? Tandem, ut finem dicendi faciam, quis Ebionitas cum Epiphanio non improbet, atque deteſtetur, qui ἵνα δῆθεν μεταστρέψωσι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς ψεῦδος, *ut ſcilicet permutent ſermonem veritatis cum mendacio*[6], pro eo quod eſt ἀκρίδας, ἐγκρίδας ſubſtituunt, nimirum *Bellaria mellita*. Quam haec ſint abſurda, quam a Johanne aliena, res ipſa loquitur.

CAPVT

1 *In Matth. lib. 1. cap. III. Oper. tom. V. Coloniae Agripp. 1626.*

2 *Parte III. Vittembergae 1580.*

3 Vide Criticos Pearſonii.

4 Bochartus *in Hieroz. loc. cit.*

5 V. Brentium *in cap. III. Matth.*

6 *De Haereſ. lib. I. tom. II. Haeres. XXX. num. 13 edit. Pariſienſis Petavii 1622.*


CAPVT QVINTVM

Vnum idemque argumentum varie a Pictoribus expreſſum Tunica, & Pallium S. Iohanni ea de cauſſa ſuperadduntur. Veſtes ipſius litteratae in Muſivo Baſilicae Theodori. Ejuſdem inſcriptio monet Graeci artificis eſſe opus Lacerna fibulata circumveſtitur in anaglypto eboreo Nicephori Botoneatis, aliiſque monumentis Id genus indumenta Praecurſori data, ut Sacerdotali dignitate eſſe functum oſtendatur. Andreae Cretenſis, & veteris Anonymi teſtimonia de illius Sacerdotio Henrici Kalteſenii ad PP Concilii Baſileenſis ea de re allocutio Num Monachis viam praemonſtrarit Teſtimonia a Redinghio collecta indicantur. Harenbergii fallaces concluſiunculae de veſtitu Iohannis

IMAGINES illuſtrium Heroum, quorum in multis, & magnis rebus eſt ſpectata integritas, eo noſtris oculis proponi facimus, quo facilius rerum ab illis geſtarum in animos irrumpat ſpecies, & mens in eas intenta, veluti pulſu quodam excita, coeleſtis eorum virtutis recordetur Hinc qui varia innocentiae, temperantiae, laboris, fortitudinis indicia ac ſigna ediderunt, varie etiam a pictoribus effingi ſolent, ut diverſa oris, veſtituſque lineamenta diverſa etiam virtutum genera intuentium oculis opportune proponant Conſuevit hoc ſemper ars Pictoria, unum eumdemque illuſtrem virum, ad varia illius facinora aptius exprimenda, modo uno, modo altero perornare indumento, ut tota figurae ratio illi actioni ſit accommodatior, quam artifex in tabella exhibere animo intendit [1]. Nulli ergo dubium eſſe debet, quin varia inſignia, & adjuncta, quibus Pictores Johannem Baptiſtam circumornarunt, veluti certas notas haberi oportere, quarum contemplatione mens ad recolendam multiplicem geſtorum illius memoriam cogitando traducatur In conſpectum hic ſe prodit S. Praecurſor non pellicea veſte, *διφθέρᾳ*, ſed *Χιτῶνι*, *καὶ ἱματίῳ* *Tunica*, *Pallioque* indutus.

Prima,

1 *Franciſcus Junius de Pictura Veteri lib. 2. Amſtelod.* 1637.



EX MVSIVO SAECVLI VII | EX EBORE ANTIQVO

Prima, quae in hoc ſchemate apparet imago, excerpta eſt ex abſida, quam Johannes Papa IV. prope ad Annum DCXLII [1] in Baſilica Theodori, ſeu, ut vocant, S. Venantii Oratorio, a Graeco artifice Muſivo pingi fecit. Tunica cerulei, Pallium vero glauci coloris eſt, utrique litterae inſcriptae, illi T, huic autem G, & H. Fuerat id more comparatum apud antiquos, ut qui dignitate excellerent, non modo varias figuras, ſed litteras, voces, nomina opere phrygio, aut textorio ſuis veſtibus intexta haberent. Non eſt cur hic recudam, quae de *Veſtibus litteratis* tradita ſunt a Nicolao Alemanno, Paullo Aringhio, Alberto Rubenio, Joſepho M. Suareſio, Johanne Ciampinio, Petro Zornio, Sebaſtiano Paulio [2]: nunc quod inſtat. Inſcriptio ſuperpoſita ſic ſe habet:

1 *Ciampini Vetera Monimenta Part 2. c. 27. Tab. xxxi. Romae 1699.*

2 Alemanni De *Lateranenſibus Parietinis Romae* 1625 Aringhi *Roma ſubterranea* t. 2. *lib* 6. *Romae* 1651 Rubeni. *De Re Veſtiaria* l. 1. *cap.* 2. *Antuerpiae* 1665. Suareſii Epiſcopi Vaſionenſis *De veſtibus litteratis*. *Vaſione* 1651. Ciampini *Diſſert. de litteris in veſtium Fimbriis &c. V. M. Parte* 1 *Romae* 1690. Zornii *De Veſtibus litterat.*, *Opuſculor. Sacr. tom.* 2. *Altonaviae* 1731. Paulli *De Patena Foro-Corneli͏enſi*. *Neapoli* 1745. Veſtes litteratae hac noſtra tempeſtate non viſuntur niſi in tholis vermiculatis Templorum Romae, Ravennae, atque Panormi, tum in antiquo vitro S. Agnetem inter Apoſtolos Petrum, & Paulum ſtantem apud Bonarrotium Tab. xxv. exhibente. Atque in his litterae, quae frequentius occurrunt, hae ſunt. G. H. F. I. L. N. T. X Z. Neque id Chriſtianis ita peculiare, ut non fuerit etiam Ethnicis uſitatum. Ayule-

bet : SCS . IOHANNIS . BA . Praenomen *Sancti* , quod ſaeculo v. uſurpari coepit , tribus literis contractum in recto caſu conſpicitur , nomen autem in obliquo . Haec ſane a Latini ſermonis praeſcripto aliena videntur ; ea tamen probabilis cauſſa afferri poteſt , quod artifices , qui ad teſſellatas picturas parietibus ſuperinducendas Romam advocabantur , Graeci homines plerumque eſſent . Hi ſua lingua in recto caſu ſcripſiſſent ΙΩΑΝΝΗΣ; ſed quum H apud multos ut I pronunciaretur [1], facile accidit , ut ex inveterato habitu , latinaeque Grammatices ignoratione , literae H , non E , quod par erat , ſed I ſubſtituerint . Atque id tanto magis fit veroſimilius , quod inſcriptio imagini Praecurſoris appicta in Muſivo Oratorii S. Zenonis apud Ciampinium [3] , etſi aetate diſpar , idem ſphalma , *Sanctus Iohannis* praeſeferat . Haec Pictorum conſenſio efficit ſane , ut errata ejuſmodi patriae eorum pronunciationi tribuamus . Tunicam , ac Pallium Sancto Baptiſtae item datum videmus in mox deſcripto Zenoniano Muſivo , atque in Nummis Florentinorum , aliiſque , quos Capite ultimo proferemus .

At Graecarum gentium , & regionum monumenta in eo a noſtris ſaepe differunt , quod Praecurſor in *his* Pallium non ita peramplum , corporique circumvolutum geſtet , ſed brevius , humeris ferme ad noſtram conſuetudinem injectum , & prae pectore fibula , aut nodulo nexum , ut recte *Lacernam* , ſive *Sagum* dixeris [4] . Ex multis , quae ſuppetunt , exemplo ſit ſecunda noſtri ſchematis figura . Ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ πρόδρομος eodem circumveſtitur amictu , quo in Anaglypho ad S. Marci Venetiis , & in tabella Graecanica VIII. a Dufreſnio praefixa Diſſertationi *De Inferio-*

Apuleius *de Aſino Aureo* lib. VI. (*Pariſiis* 1688.) *Vidit donum ſpecioſum* , & *lacinias auro LITTERATAS*. Boethius *de Conſol. Philoſoph.* lib. I (*edit Platin.* 1507.) veſtem Philoſophiae ſibi in ſomnis viſam deſcribens ait : *Harum in extrema margine Π , in ſuprema vero Θ intextum legebatur*. Sed quid ſibi velint hae litterae veſtibus inſcriptae ? Qui ſibi diligentiſſime interpretabitur , hunc vatem adhibere maluimus . Alii nomen artificis compendiarie expreſſum putant , innixi Plinii teſtimonio , qui ait Zeuxin Heracleoten veſtibus ſuum nomen aureis characteribus ſuperſcribere conſueviſſe (*Hiſt. Nat.* lib. XXXV. cap. IX.) alii Officinae ſignum , alii arcanum emblema , alii Muſivariorum inventum pro cujuſque arbitrio appoſitum exiſtimant . Sed fruſtra haec hariolando pervestigamus .

1 Plura de hac ſcribendi ratione Fontaninius in *Diſſer. Vetitus Chriſtianae* c. XIV. *Romae* 1727.

2 Non ignoramus profecto Eraſmum , Bezam , Checum , Hicherchium in aliam iviſſe ſententiam , quorum tamen argumentis ſeceſſit ſatis Gregorius Placentinius *de Ratione Graeci Sermonis Pronunciatione* cap. 11. *Romae* 1735.

3 Ubi ſupra .

4 Fuerat primum indumentum Militare , ad ceteros deinde homines translatum . Albertus Rubenius *de Re Veſtiaria* .

Inferioris Aevi Numiſmatibus [1]. Eam vero pingendo imitari, atque referre hic ſtuduimus ex Cruce eburnea, quae Cortonae in Templo Majori inter ſacras ſupellectiles religioſe adſervatur. Totam hujus Crucis affigurationem non ita pridem in lucem protulit, diligentique commentario explicavit Philippus Venutus Eccleſiae Liburnenſis Praepoſitus, homo magnam nominis celebritatem, ne dum apud noſtros, ſed apud exteros quoque jamdiu adeptus [2] Conjectat ille ex appoſita inſcriptione vexillum quaſi fuiſſe, quo uſus eſt Imperator Nicephorus Botoneates (cui Imperium Anno MCXVII delatum fuit) quum Barbaris bellum inferret, & quo illos ſaepe devicit, profligavitque Sed quem ad finem a Latinis, Graeciſque tunica, & pallio ornatum fuiſſe Praecurſorem dicemus? Quo me ducat conjectura, paucis declarabo Sic decenter indutum veteres illum pinxere, quia & Sacerdotii honore auctum, & in numerum Religioſorum hominum adſcitum exiſtimarunt utrumque autem duobus hiſce veſtimentis bene apteque exprimi non immerito cenſebant. Sacerdotali dignitate functum fuiſſe ne dum hereditario, familiarique quodam jure, ſed demandato ſibi Miniſterio officioque, nemo unus inficiabitur Teſtimonia attuliſſe juverit Andreas Damaſcenus, ex Monacho Conſtantinopolitano Archiepiſcopus Cretenſis, Oratione in Decollatione inquit: *Ecquis vero virtutibus aeque ſupra modum plenus, atque magnus hodie celebrandus Johannes, qui ſolus inter omnes natos mulierum, ejus* SACERDOS, *& Baptiſta electus fuit, qui ſolus ac primus Pontifex eſt, quique omnes purgat in ſpiritu, ac igne Baptiſmatis* [3] Et ſi qua fides habenda incerto quidem, ſed non recenti ſcriptori, cujus *Homiliae in S. Marcum* inter opera Chryſoſtomi aliquando editae ſunt (quamvis multorum ſententia [4] Chryſoſtomo ſint abjudicandae), is adeo certum apud Hebraeos habitum ſcribit, Johannem Sacerdotio fuiſſe praeditum, ut in Sacerdotum catalogo nomen illius deſcriptum legeretur [5]. Sed longe certiora proferamus. Henricus Kalteſenius ut in Concilio Baſi-

1 *Pariſiis 1648*

2 *De Cruce Cortonenſi Diſſertatio. Liburni 1751.* Johannes Praecurſor, non villoſa pelle, camelorum indutus, ſed digniori habitu, longaque in veſte Sacerdos.

3 *In Bibliotheca PP. tom. 2.*

4 Conſule Caveum *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Saec. Arian. Baſileae 1741. &* Cellierum *des Auteurs Eccleſiaſtiques tom. ... à Paris 1749.*

5 *Sicut Sacerdotum principes ſunt Apoſtoli, ſic & Monachorum princeps Johannes Baptiſta, & quantum tradit Hebraeorum ſcriptura, & uſque hodie in memoria eſt, inter nomina Sacerdotum, & inter Pontifices Johannes nominatur. Ita virum illum Sanctum, & Sacerdotem fuiſſe perſpicuum eſt. Homil. 1.*

Baſileenſi invicte probaret Johanni Baptiſtae a Deo omnem collatam fuiſſe auctoritatem, eumque legatum legitime miſſum exſtitiſſe, hoc uno uſus eſt argumento. *Certum eſt omnibus quod Johannes Baptiſta fuit* SACERDOS, *quia Primogenitus filius Sacerdotis. . Tamen de praedicationis officio ſe intromittere auſus non fuit, donec ſuper auctoritatem Sacerdotalem etiam divinam commiſſionem accepit* [1]. Eumdem vero Johannem viam monſtraſſe his, qui aetatem procul a populo, & ſaeculi hujus erroribus habendam ſibi decreverunt, una mente conſentiunt Hieronymus, Chryſoſtomus, Bernardus, aliique innumeri Patres, quorum verba exſcripſit Auguſtinus Redinghius Einſeldenſis Abbas [2]. Tum Sozomenus, ubi de Monachatus origine: ταύτης δὲ τοῖς ἀρίϛης φιλοσοφίας ἦρξατο μὲν, ὥς τινες λέγουσιν, Ἠλίας ὁ προφήτης, καὶ Ἰωάννης ὁ βαπτιστής. *Hujus excellentis Philoſophiae auctor fuit, ut quidam memorant, Helias Propheta, & Iohannes Baptiſta* [3]. Eadem ferme habet Nicephorus Calliſtus [4]. Optimo itaque maximoque jure dictum accepimus ab Archiepiſcopo Byzantino Germano, τὸ μοναχικὸν σχῆμά ἐστι κατὰ μίμησιν τοῦ ἐρημοπολίτου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὅτι τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἦν ἐκ τριχῶν καμήλου. *Monachalis habitus eſt ad imitationem incolae deſerti Iohannis Baptiſtae, quia indumentum ejus erat ex pilis cameli* [5]. Quod quidem veterum Aſcetarum inſtitutum a nupero ſcriptore Harenbergio, non niſi obtrectandi ſtudio, improbari video. Is quidem in *Meletemate de veſtitu Iohannis Bapt.* [6] hoc indumenti genus S. Praecurſorem convenienter apteque geſtaſſe ſcribit: quia par erat, ut poenitentiam, quam ceteris indicebat, habitu ipſo praeſeferret; ut ſe a deliciis abhorrere quammaxime declararet, & Chriſti aſſeclas quovis ſplendore luxuque abſtinere, ipſe Praeconis aſpectus admoneret. Sed quia hoc munere egregie fuerit ille defunctus, nulli licere id repetere ſibique arrogare, quod utique fieret, Harenbergio auctore, ſi quis eaſdem veſtes propalam deferret: vituperandi ergo Monachi Thebaidis potiſſime, qui pellibus induebantur. Verum quid tam expeditum, quid tam ſub manu eſt, quam falſum hoc argumentationis genus eludere planeque refutare. Nam ſi Johan-

A a nes

1 *Labbe Concil. tom. XIII. Pariſiis 1671.*
2 *Veritas vindex Annalium Baronii Typis Monaſterii Einſidlenſis 1680. Centuria I. V. Eſſay de l'Hiſtoire Monaſtique d'Orient. à Paris 1680.*
3 *Lib. 1. cap. XII.*
4 *Lib. 1. cap. XIV. Lutetiae 1630.*
5 *Rerum Eccleſ. Theoria edente Combefiſio. Pariſiis 1670.*
6 *Miſcellanea nova Lipſienſia tom. V. par. IV. Lipſiae 1747.*

nes hoc habitu nihil ſibi laxamenti, nihilque veniae concedere oſtendebat; eccur in exemplum ſibi ipſis illum proponere non poterant Monachi, qui malas, pravaſque libidines afflictationibus ab animo prohibere ſatagebant? An quia villoſa, rudique veſte induti, Chriſtum iterum venturum, diuturnaeque ſervitutis finem allaturum praenuntiabant? An Praecurſorem agebant, quia illius poenitentiam pia aemulatione ſequebantur? Apage inepta haec concluſio. Praeterea ſi in Chriſti Praecone officium, virtuteſque huic connexae arcto adeo vinculo copulabantur, ut alterae ab altero mente disjungi non poſſent; id ipſum in Chriſto novae legis auctore fatendum erit. Non ergo geſta illius imitari, non exempla ab eo petere, non in illum tamquam in ſpeculum inſpicere licebit. At ne dum in docendo, edifferendoque falſa ſcribit Harenbergius, ſed inconſtans, ſecumque pugnans tota illius oratio eſt. Illum ipſum Johannis habitum, quem adeo depraedicat, multiſque de cauſſis ſic illi peculiare affirmat, ut ab altero adhiberi nefas ſit, ait deinde [1], communem pauperum Palaeſtinorum indumentum fuiſſe. Quaero itaque an Judaeae incolae, poſtquam Johannes illo uſus eſt, novum veſtimenti genus ſibi compararint, an veteri, uſitatoque contenti fuerint? Primum nuſquam probabit Harenbergius; alterum igitur concedat neceſſe eſt: igitur omnes illos Baptiſtae indigenas culpandos, quia Praecurſoris munus ſibi perperam ſumpſerunt, quod eſt levitatis pleniſſimum, & oppido ridiculum.

CAPVT

1 §. 1. & 12.

CAPVT SEXTVM.

Primos Chriſtianae Religionis ſatores, vetereſque Aſcetas tunicatos, palliatoſque fuiſſe probatur. Vtraque veſtis Iohanni Baptiſtae quandoque brevior, & cur. Chalcedonii Sapphirini eximia caelatura nunc primo exhibetur, atque illuſtratur. De Graeca hujus Gemmae inſcriptione. Prope ad Saeculum VIII exſculpta. Novum & inſolens veſtis genus, laciniatae, & inſtitis diſtinctae in ea Divo Baptiſtae tribuitur.

TANTVS tot ſaeculorum, doctiſſimorumque hominum conſenſus veritatis vox ipſa eſſe videtur, ut plane ineptiſſime faciant, qui illi refragantur. Jam vero ſive Sacerdotem, ſive Hieromonachum appelles Johannem Baptiſtam, optimo conſilio factum, ut tunica, pallioque indutus pingeretur. Enim vero ſi ad oculos referamus, quae ſuperſunt Chriſtianae vetuſtatis monumenta, Sarcophagos, tabulaſque Coemeteriales, duplicî hac veſte donatos videmus primos ſanctiſſimae Religionis ſatores, & Patres [1]. Factum id autem convenienter illi Jeſu Chriſti admonito, quo ſuos ſectatores tunicatos, palliatoſque incedere edixit: *Qui vult tecum judicio contendere, &* TVNICAM *tuam tollere, dimitte ei &* PALLIVM. (*Matth. cap.* XVI.) Ad quae verba reſpexiſſe putat Thomaſinus [2], qui CLERICORVM habitum primo conſtituerunt, atque his duobus conſtare oportere ſanxerunt. Longe illuſtrius haec differuntur a Viro omnigena eruditione Johanne Lamio *de Re Veſtiaria veterum Chriſtianorum* [3]. Quod ſpectat ad Monachos, S. Hieronymus morum ſtudiorumque commutationem Nepotiani deſcribens, ait: *Excepta* TVNICA, & OPERIMENTO PARI *nihil amplius ſibi reſervavit* [4]. Et quamvis Salmaſius illud Tertulliani: *Gaude Pallium . . . . . ex quo Chriſtianum veſtire*

 coepi-

1 Extollit libro citato *Sacras Chriſti Domini, & Apoſtolorum imagines* TVNICATAS, *ac* PALLIATAS *apparere, quales fere in ſingulis Coemeterialibus tabulis inſpiciuntur.* Id ipſum probant lucidiſſime teſtimonia a Grotio congeſta in *Comment. ad Act. Apoſtol. cap.* XII. *Inter Criticos Sacros.* Fuit hoc etiam vetus Romanorum Pontificum indumentum. V. Marangonii opus, *Chronologia Roman. Pont. Animad. cap.* IX. *de diverſa ſpecie veſtimentorum, Romae* 1751.

2 *De Clericorum Veſtibus. De R. V. lib.* IV. *pag.* 31. *cap.* XIII. *Patavii* 1654.

3 *De Eruditione Apoſtolorum cap.* IV. *Florentiae* 1738.

4 *Epitaphium Nepotiani, ſive Epiſt.* XXXV. *Operum tom.* IV. *Pariſiis* 1706. Conſule Cataccicium C. E. *Synopſis Vet. Rit. Relig. part.* II. *cap.* II. *Pariſiis* 1658.

coepiſti [1]; omnibus Chriſtiani nominis cultoribus dictum affirmet; Bonarrotio tamen perſuaſum fuit id comprobari tantum de his, qui ſe totos Deo addicebant, & praeclaram beate, perfecteque vivendi viam inibant, proindeque primi omnium Monachi fuere [2].

Haec habui quae de tunica, atque pallio S. Johannis diſputarem. Jam vero, ut omnia mea haec extrema perſtringat, ac concludat oratio; ajo affirmoque pictores conſulto digniori hac veſte, more veterum Chriſtianorum, illum ornaſſe, ut ſacro miniſterio functum, & in rerum divinarum inveſtigatione occupatum recordemur. Graecos potiſſimum artifices id propoſitum habuiſſe monent marmoreum S. Marci, atque eburneum Cortonenſe anaglyphum; utrobique enim Johannes manus protendit ſupplicantis in modum, Deumque obteſtari videtur. Viſitatum autem Chriſtianis fuiſſe hunc ritum, ut dum preces funderent, & in coeleſtium meditatione verſarentur, extenderent, panderentque manus, pluribus alias oſtendi [3]. Perſpicue etiam deprehendi in aliquibus picturis, ac Numiſmatibus Johannem non longo pallio, talarique habitu, ſed utroque breviori, & vix infra genu defluente indutum. Peregrinantium hic fortaſſe amictus eſt, qualis decebat verbi Dei praeconem, qui huc illuc curſitabat, ut populos ad virtutem ardenter cohortaretur, & a vitiis acriter revocaret. Facile id mihi dabunt hi, quos amor, & ſtudium ſacrarum antiquitatum incendit, atque delectat. Verum ne quid reliqui faciam eorum, quae ad rem pertinent, ſuſcipienda a me eſt explicatio *Chalcedonii Sapphirini*, quem ego e latibulo, tenebriſque extuli, atque huic diſputationi cum aenae aere fideliter affabreque inſculpi curavi, oculiſque fidelibus hic ſubjicio.

De hac cujuſvis pretii, miraeque cujuſdam caelaturae Gemma anaglypha, vulgo *Cammeo*, Florentiae primum admonuit Socios Columbarios vir doctus Joſephus M. Brocchius eo Anno, quo ex hac vita exceſſit, eidemque Societati, ut ex Actis illius liquet, narravit in Agro Macialienſi, dum terra aggereretur, repertam, inque lucem caſu eductam fuiſſe. Illius diagramma pro ſingulari ſua

erga

1 *De Pallio cap. v. cum notis Salmaſii, Lugduni Batav. 1656.*

2 *Oſſervazioni &c. Tavola vi. fig. i.* Adi illum & leges Chriſtiani Franciſci Walchii *Antiquitates Pallii Veterum Chriſtianorum. Jenae 1746.*

3 *Grandi Anaglyphi interpretatio. Romae 1751.*

erga me benevolentia ac voluntate miſit praeſtantiſſimus Gorius. Si quid de ea licet divinare, Florentiam devectam facile exiſtimaverim, vel a Graecis hominibus, qui cauſſa Oecumenici Concilii illuc ſe contulere, vel ab aliquo indigena, qui poſt ſuſceptam religioſam ad Loca Sacra peregrinationem, in patriam redux illam detulerit, ad augendam popularium pietatem erga Praecurſorem, quem in Graecis Vrbibus tantopere coli animadverterat. Neque etiam incredibile Gemmam Florentiae fuiſſe caelatam, etſi Graecum opificium, Graecamque oſtentet inſcriptionem. Monumenta Graece loquentia Florentiae non ſemel eruta ſunt, quae hominibus illic degentibus poſita olim fuerant. Inter haec celebris lapis Chriſtianus ad Baſilicam S. Felicitatis effoſſus, a viris de erudita antiquitate optime meritis, Victorio, Fogginio, Muratorio, & Gorio [1], editus, quo V. potiſſimum Saeculo Florentinos Chriſti Domini Praecurſori devotos extitiſſe, atque aliquos ex Vrbis illius incolis Graecos fuiſſe aperte probatur.



Itaque in ea Gemma Johannem cernis bene barbatum, promiſſis capillis, vultuſque gerentem ſeveros, & dextera ſchedulam pandentem, cui superſcriptum, ΜΕΤΑΝΟ... ideſt *Poenitentia*, quam omni in concione indicebat. Litterae Ⓐ Γ. ΙΩ· perpendiculariter

1 *Victorius de vet.* [illegible] *cap. v. Fogginii de Romano Divi Petri itinere* [illegible] *Florentiae* 1741. Muratorii *Theſaur. tom.* I. *pag.* [illegible] *Gorii Inſcript. Etr. tom.* III. *pag.* CCCXXIV. *Florentiae* 1743.

riter diſpoſitae, Sancti Johannis nomen continent; notam autem compendiariam novae prorſus formae  reddi, explicarique debere ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ, nulli dubium eſſe poteſt. Characteres alii quadrata forma, alii lunati indicium faciunt ad VIII. circiter Saeculum ipſum opus poſſe referri. Neque eſt cur conquiſitis exemplis hanc fuiſſe aevi illius ſcriptionem demonſtrare contendam. In promptu ea ſunt in Palaeographia Montfauconii, & Placentinii, qui tamquam duces, ac ſigniferi novam ingreſſi ſemitam, plenam uberemque de varia litterarum Graecarum forma deſcriptionem nobis compararunt, quidque de earum variatione conſtituendum ſit docuerunt. Conſultius erit, ſi de veſte, quae nova & inſolens videtur, nonnihil proferam. Ea itaque ampla, & laciniata ad modum Pallae, & Epitogii, ſed una ſimul chirodata eſt. Pannus, quo conſtat, totus virgatus, & taeniis, ſeu inſtitis interſtinctus. Nobile hoc veſtimenti genus fuerat, & ſi ita fas eſt loqui, anguſto clavo aſſimilandum. Ergo ne Johannem, qui rerum humanarum gloriam ſemper deſpexit, cuique nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit praeter ipſum animum, pompa luxuque diffluere hic fingemus? Plane deſipiat, qui haec dicat. Verum his faſciolis, & praelongis taeniis in antiquis Chriſtianorum monumentis ornari Chriſti Domini, Sanctorum, Angelorumque veſtes, & ipſa Sacerdotalia indumenta acu ſic pingi conſueviſſe, nuper pleniſſime explicavit vir optimarum litterarum ſcientia cum paucis conferendus, Maurus Sartius [a]. Ita etiam ad praecellentem quamdam, ſacramque dignitatem oculis objiciendam, gnarus artifex Johannem eo amictu circumveſtivit, quem & viris ſanctiſſimis, Pontificibus, & Sacrificis concedi obſervaverat, ut ab ipſo intuentium vulgo reverentia, & honore digniſſimus haberetur. Fieri interim potuit, ut Praecurſor, qui adeo auſtere aſpereque vivebat, ſub extima, & ſplendida veſte, alteram pelliceam, rudemque, Cilicii inſtar perpetuo geſtaret; quod a viris laudatiſſimis factum accepimus.

CAPVT

a *De Caſula Diptycha &c. cap. III. Faventiae 1753.*

CAPVT SEPTIMVM.

Praecurſor Chriſti Alatus *pingitur in Graecorum Menaeis. In ea pictura geſtum oratorium potius quam Benedictionem dextera exprimit. De eo paullo latius diſſeritur. Alatus item viſitur in Theca Perpinianenſi a Petro De Marca evulgata. Alae S. Johanni conſulto datae.* ANGELVS *a Chriſto appellatus. Gaudentii, Ratberti, & aliorum de ea appellatione ſententiae. Non tamen fuiſſe Iohannem omni materia expertem, ut Haeretici quidam opinabantur. Locus Cyrilli Alexandrini apertiſſimus. Imagines aliquot S. Iohannis improbandae. Bidermanni conjectura de* Sanctis Acephalis *rejicitur.*

NEMINEM ignorare arbitror inter eos, quibus Graeca Eccleſia utitur, libros, MENAEA in primis celebrari. Immenſum eſt opus in XII Menſes, totidemque volumina diviſum, in quo non dum Sanctorum res geſtae per ſingulos Menſium dies compendio deſcribuntur, ſed *Officia*, *Troparia*, *Canones*, *Miſſae* exhibentur. Huic operi elucubrando ſuam ſymbolam contulere, Nicephorus Paſchalaeus, Teophylactus Tzanturnarus, Matthaeus Galatianus, Theophanes Zenacius. Μηναῖα typographicis formis excudi coeperunt Venetiis An. MDCXXV & imaginibuſque ornata prodiere, rudi artificio exſculptis. Antea vero manu exarata circumferebantur, ſed miniaculis figuris abunde interſperſa, quibus illuſtria Sanctorum facinora repraeſentantur. Exſtant Romae, Florentiae, Venetiis, atque alibi Mss., eaque non ſemel ſublegimus. Haec dum evolveremus, inter ceteras imagines illa oculos perculit, noſque ad diligentiorem quamdam obſervationem invitavit, atque allexit, quae ad diem VII Menſis Januarii occurrit. Nam ſi tantus eſt innatus in nobis cognitionis amor, & ſcientiae, ut ad eas res hominum natura nullo emolumento capta rapiatur; multo magis laudabilior erit noſtra perveſtigatio, ubi ab ingenuis ſtudiis liberaliſſimus fructus peti poſſit. Igitur quia ex ea pictura novam S. Johannis culturae teſtificationem exhiberi, & novum argumenti genus mihi ſuppeditari videbam, quod naturali quadam continuatione cum ceteris connecteretur, de eo paullo fuſius diſputare deliberavi.

S. Prae-



EX MENAEIS GRAECORVM

S. Praecurſor hic ne dum hiſpida veſte, & Zona praecinctus, ſed *Alatus* obviam prodit; cui litteris colligatis, & ſiglis quibuſdam ea inſcriptio dextrorſum appoſita, ὁ Ἅγιος Ἰωάννης Χριστοῦ ὁ ΠΡΟδρομΟC. *S. Iohannes Chriſti Praecurſor*. Siniſtra manu Crucem ſuſtentat, eademque extremam oram voluminis in ſcapum plicatilis arripit, atque illud libere explicat, ut ea verba Chriſti Domini inibi deſcripta legantur. *Μετανοεῖτε ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum coelorum*. Quibus verbis quid muneris, quid operis illi eſſet demandatum oſtendit. Dexteram vero elatam geſtu ad rem aptat, atque componit, digitoſque pollicem cum annulari conjungit, indicem, medium, auricularemque expandit. Erunt ſane qui in animum inducant, Johanem hic Graeco more *Benedictionem* impertiri, atque iis facilius ea probabitur opinio, qui viderint tabulam opere Muſivo Sacelli S. Nicolai Patriarchii Lateranenſis, quae a SS D. N BENEDICTO XIV. in eximio praeſtantique opere *de Canonizatione* [a] diligenter explicatur, hoc enim geſtu Pontifices Maximi illic depicti, ſalutem incolumitatemque populo apprecantur. Ego vero eam digitorum diſpoſitionem geſtum potius ſignificare exiſtimaverim, quo Oratores concionem auſpicabantur, & auditoribus ſalutem nunciabant. Fateor ultro Oratores, ac Philoſophos, quorum imagines in Sarcophagis, Gemmiſque, aut veteribus picturis viſuntur non ſemper ſic geſticulari, ſed perſaepe digitis auriculari, annularique complicatis, ceteriſque erectis; quare Apu-

a *Lib. 1. cap. 1. num.*

Apulejus *porrigit dexteram, & inſtar Oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis ceteros eminus porrigens* [1]. Sed Quintilianus, quae in pronunciatione Oratori ſint uſitata deſcribens, & quid, quum ille exorditur, manu praeſtare debeat admonens, ait: *eſt autem geſtus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus* [2]. Facile autem contingere potuit, ut Graeci levi permutatione non medium, ſed annularem digitum pollici copularent; & quemadmodum apud Latinos Orator in dicendo elatae dexterae motum ad vocem accommodabat ea ratione, qua Antiſtes Chriſtianus *Benedictionem* largitur, ita apud Graecos unum eundemque geſtum, quo populo bene eſſe jubetur, Pontificibus, & concionatoribus communem fuiſſe veroſimile eſt. Nihil etiam cauſſae erat, cur de *Benedictione* hoc loco cogitarem, nam praeter quam quod inſcripta volumini verba manifeſto innuunt, pictorem hac una in tabella Johannem concionantem effinxiſſe; in miniatulis figuris politiſſima arte pictis, quibus ornatur Codex Evangelicus Norimbergenſis Hieronymi Ebneri ab Eſchenbachio [3] Tab. XIII viſitur S. Judas, qui dum Deum aetherea in regione apparentem, nubibuſque circumdatum attente contemplatur, atque alloquitur, hoc uno ferme geſtu ſenſa mentis, & conſilia exprimit, ut vere illa digitorum diſpoſitio, qua pollex, & annularis junguntur ceteris explicatis, pro actione Oratoria a Grecis plerumque accipi certiſſimo conſtet. Sed id perſequamur, quod rei caput eſt.

Geminas alas humeris S. Johannis pictor accommodavit, quas ille excutere, everberare, eiſque in ſublime ſe tollere poſſe oſtendit. Atque illud in primis obſervari nunc velim alatum videri Sanctiſſimum Chriſti Praecurſorem etiam in Theca Reliquiaria, quae eſt Perpiniani in Templo Fr. Ordinis Praedicatorum, a Petro de Marca Archiepiſcopo Pariſienſi ſingulari libello illuſtrata [4]. Inter Vrbis illius homines haec fama manavit, Anno MCCCXXIII. quemdam primae aetatis peregrinum popularibus prorſus ignotum, dum religionis cauſſa Compoſtellam pergeret, Perpiniani

 hanc

1 De *Aſino aureo* lib. XI. *Baſileae* cum notis Var. 1620.
2 *Inſtitut. Orator.* lib. XI. cap. III. *Pariſiis* 1549.
3 *Notitia Graeci Codicis Evangeliorum &c. Norimbergae* 1738.
4 Inter Opuſcula a Stephano Baluzio edita num. XXIII. *De Theca Reliquiarum S. Johannis Baptiſtae, quae ſervatur in Eccleſia Perpinianenſium. Pariſiis* 1681. Monaſterium ab Alphonſo I. Aragoniae Rege An. 1252. fundatum fuit.

hanc ligneam Lipſanothecam depoſuiſſe, ſtatimque ex hominum oculis ſe ſubripuiſſe. Idcirco velut ſibi coelitus condonatam cives venerantur, ac partem Brachii S. Johannis ferunt in ea recondi. Prima Thecae frons colorata, eique penicillo impreſſa imago Praecurſoris. Grandes ille alas a tergo explicat, dextera librum pectori admovet, cui haec inſcripta ſunt verba *Φώνει πρόδρομε ὑπηρέτης τοῦ λόγου. Μετανοοῦν δεῖκνυε νῦν φύσιν τῶν βροτῶν. Clama Praecurſor, Miniſter Verbi. Poenitens oſtende naturam mortalium.* Infra pedes vero haec alia: *τί σε καλέσομεν προφήτην, ἄγγελον, ἀπόστολον, ἢ μάρτυρα. Quid te vocabimus? Prophetam, Angelum, Apoſtolum, aut Martyrem?* Carmina aliquot ſequuntur, de quibus deinceps dicemus. Dextera paropſidem ſuſtentat, huic autem impoſitum eſt Caput detruncatum, ut quam atrox, & truculentus fuerit vitae illius exitus conſpicientis in animum redeat. Ex quo tabulae Graeco-Siculae, quam Diſſertatione Prima exhibuimus, lux affunditur; diſcimuſque factitatum id a Graecis pictoribus, ut Baptiſtae Martyrium bino Capite exprimerent.

Nec longa eſt oratio, qua doceri poteſt Divo Baptiſtae alas conſulto, ac convenienter eſſe datas: nam ſicuti coeleſtes illas atque beatas mentes, etſi ab omni corporis concretione ſejunctas, quibus Deus tamquam ad homines internutiis utitur, aligeras pingimus, ut perniciſſimos eſſe illarum excurſus intelligatur; ita Johanni, qui animi munditia, & innocentia, aeque ac officio ad Angelos proxime accedit, illorum ſymbola, & indicia appinguntur. Et vero hoc uno nomine deſcribitur in Evangelio Marci cap. I. *Ecce Ego mitto* ANGELVM *meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te.* Hinc Sanctus Gaudentius ad Brixienſem Eccleſiam curandam ex Oriente accitus, praeclare ſubdit. *uno teſtimonio Salvatoris Beatiſſimus Praecurſor Iohannes Baptiſta, & ANGELVS, & Apoſtolus, & Propheta praecipuus declaratur* [a]. Tum Anonymus Combefiſianus ille, qui Saeculo VII. claruit, duplici cauſſa coeleſtibus animis merito comparari ſcribit: ANGELI *fortitus nomen a Miſſione, atque nuntio, quin ex accurata Angelicae vivendi rationis imitatione* [b]. In eadem verba loquitur Paſchaſius Ratbertus, anonymo aetate ferme ſuppar [c]. Ceterum quia eos, qui non Eccleſiae judicio,

a *Tract. xvii. De Dedicat. Baſilic. ap. Mansyr. Brixiae* 1738.
b *Incerti auctoris laudatio S. Joh. Bapt. in Bibliotheca PP. tom. vii.*
c *In Matth. lib. ii. Pariſiis* 1618.

cio, ſed ſuo arbitratu ſacras litteras interpretantur, ſua abreptos imprudentia in proclive labi neceſſe eſt, hinc factum, ut, Gretſero teſte, quidam exſtiterint Haeretici, qui Evangelii verba in pejorem partem rapientes, Johannem eſſe *Angelum Humanum* affirmaverint [1]. Fuerunt hi de ſecta recentium Gnoſticorum, qui quicquid loquerentur, numquam medio conſiſtebant loco, ſed in alterutram partem extra modum efferebantur [2]. Sed jampridem refutata atque exploſa illorum ſententia eſt a Cyrillo Alexandrino Commentariis in Johannem: *ἀκούομεν ἄγγελος ὁ μακάριος Βαπτιστὴς Ἰωάννης διὰ τῆς τοῦ δεσπότου κατωνόμασαι φωνῆς, οὐκ αὐτὸς κατὰ φύσιν ἄγγελος ὢν, ἀλλ' ὡς εἰς τὸ ἀγγέλλειν ἀπεσταλμένος καὶ τὴν ὁδὸν Κυρίου ἑτοιμάσατε βοᾶν. Igitur Beatus Baptiſta Johannes Domini voce Angelus nuncupatus eſt, quum non eſſet Angelus natura, ſed miſſus ad nuntiandum, & clamandum. Parate viam Domini* [3]. Porro ne pictura Perpinianenſis anſam daret perverſae opinioni, Johannem *mortalem Angelum* fuiſſe, cavit prudentiſſime auctor inſcriptionis, qui illam his duobus concluſit carminibus:

Φέρεις πτέρυγας, ὡς ἰσωθεὶς ἀγγέλοις
Ἔνυλος ὤν, ἄϋλος, ὡς Σωτὴρ ἔφη.
Fers alas, ut pote aequatus Angelis:
Materialis exiſtens (quaſi) *materia expers, ſicut Salvator ait.*

Vetuſtiſſimis hiſce imaginibus adjungendae duae illae, quas Brugis, & Gandavi ſe vidiſſe narrat Molanus, in quibus Praecurſor Herodem pedibus proculcat, eumque vel moriendo deviciſſe ſignificat [4]. Sunt tandem imagines aliquot ſancti Baptizatoris Domini, in quibus ille ſecuri percuſſus, & *ἀκέφαλος*, caput manibus portare conſpicitur. Ejuſmodi pictorum excogitationem minime ferendam recte admonuit Federicus Cardinalis Borromaeus *de Pictura Sacra* [5], quia quamvis de nonnullis Sanctis traditum id ſit, de Johanne nihil tale uſquam legitur. Hinc tamen minime aſſentior Johanni Gottliebo Bidermanno, qui in Diſſertatione *de Sanctis Acephalis* [6], ait pictores, ſculptoreſque priſci aevi viros ſanctos violenta

1 *Trias Scriptorum* (id eſt Ebrardi Betuniensis, Bernardi Abbatis Fontis Calidi, & Ermengardi) *Adverſus Waldenſes. Ingolſtadii* 1614.

2 Vide quae diximus *Diſſert.* III. *cap.* V.

3 *Oper. tom.* IV. *Lutetiae* 1638.

4 *Hiſtoria SS. Imaginum, & Picturarum lib.* III. *cap.* XX. *Lugduni* 1619.

5 *Lib.* II. *c.* X. *Symbol. litter. Rom. vol.* VIII. *Romae* 1754.

6 Inter *Odas Litterarias Diſſert.* XXIII. editas cura Moshemii *part.* I. *Lipſiae* 1751.

lenta morte interfectos exprimere conſueviſſe capita ſua in manibus geſtantes, quippe quae in nuda terra jacere, a religione alienum ducerent. Nam quum innumeri ſint Martyres, quos capite plexos eorum Acta teſtantur, contra vero pauciſſimae exſtent id genus imagines, nemo erit tam excors, & qui haec ſibi a Bidermanno obtrudi patiatur, nemo tam imperitus, qui harum picturarum originem aliunde petendam non animadvertat.

CAPVT OCTAVVM.

Recta Catholicorum de Imaginibus opinio contra Eraſmi expoſtulationes. Conſtantini Porphyrogeniti narrationes de Imagine Baptiſtae, cujus praeſentia morbi depulſi. Item de alia, quae Saracenos in fugam vertit. Conſpecta S. Iohannis imagine, portenta, quae acciderint, ex Encomio ejuſdem exponitur.

MENDACISSIMAM ſane in nos conflant injuriam, qui ut contemptae Religionis reos nos eſſe probent, ſacris imaginibus Divorumque ſimulacris vim poteſtatemque a noſtris tribui effutiunt, atque ab his auxilium in rebus dubiis efflagitari, perinde ac ſi animum, ſenſumque illis ineſſe credamus. Eraſmus homo verſute malignus, & illi Homerico *Iovi nubila congreganti* ſimilis, ad offundendam veritati caliginem nugatoriis hiſce argutationibus imaginum cultores appetit, deridetque [1], quaſi cum illis fabulentur, & virtute praeditas more Ethnicorum arbitrentur. Quis quaeſo tam bardus, tamque plumbeus, qui vitam mentemque ſimulacris dicat ineſſe? Aut ſi ante illa provolutus vota fuderit, opemque ſibi ferri poſtulaverit, ſignum, vel tabulam auribus percipere preces ſibi perſuadeat? Si morbos, quibus conflictabatur, depelli videat, id marmori vel ligno acceptum referat? Si in bello ſacram aliquam imaginem tanquam ſignum ſuſtulerit, victorque evaſerit, credat picturam illam hoſtes in fugam agere poſſe, eoſque quaſi telis inceſſere?

Dum inanimata ſigna, pictaſque tabellas ſuo honore afficimus, non cum illis colloquimur, ſed cum Coelitibus, quos imagine conſpecta cogitamus, eoſque rogamus, ut deprecatores pro noſtris

1 Saepe in Epiſtolis, ſed potiſſimum in *Encomio Moriae Oper. tom. IV. Amſtelod.* 1703. V. ad- not. Gerardi Liſtrii.

noſtris periculis ſe praebeant: & ſi votis annuit Deus, commoda haec ab illo nobis dari, atque impartiri intelligimus, & figurate loquimur, ſi ab imaginibus miracula patrari quandoque dicimus. Manifeſtis itaque Divini Numinis viribus, & praeſtantiſſimae illius menti ſunt tribuenda portenta ac prodigia, quae Conſtantinus Porphyrogenitus Johanne deprecante, ejuſdemque imaginum praeſentia narrat accidiſſe. Ac primo de Lazaro Pictore inquit, Εἰκόνα διέγραψε τοῦ προδρόμου, ἣν καὶ μέχρις ἡμῶν διασωζομένην τί καὶ ἰάσεις ἐπιτελοῦσαν πολλάς. *Imaginem depinxit Praecurſoris quae hactenus exſtat, multorumque aegrotantium morbos depellit*[1] Tum libro IV praeclaram illam Johannis Monachi in Monte Sancto, qui Epheſo adjacet, allocutionem ad Petronam in expeditione contra Amerem Saracenum poſteritatis memoriae ſempiternae commendavit, quae eſt hujuſmodi: Ἄπιθι, φησὶ, κατὰ τῶν Σαρακηνῶν τοῖς βασιλικοῖς πειθόμενος γράμμασιν, ἄπιθι. Θεὸν γὰρ ἕξεις ῥυόμενόν σε, καὶ προπορευόμενον, εἰ μόνον τὸν αὐτοῦ ἠγαπημένον Ἰωάννην ἀντ' ἄλλου τινὸς φυλακτηρίου ταῖς ἀσπίσι πάντων ἐγγεγραμμένον φέροις ἐμφανῶς. *Vade, inquit, contra Saracenos, Imperialibus parens litteris: vade, Deum enim liberatorem, tibique praeeuntem habebis, ſi modo omnis alterius Amuleti loco, cariſſimum illi Iohannem in omnium ſcutis depictum palam geſtaveris*[2] Itaque Praecurſoris Imago tamquam victoriae teſſera non ſine divini Numinis inſtinctu Graecis data fuit.

Verum ſi praeteritorum temporum memoriam repetamus, facile reperiemus alios fuiſſe homines, qui objecta ſibi Johannis imagine, illius praeſentiam experti ſunt, & nedum confirmatam a morbo valetudinem ſenſerunt, ſed quicquid rogando impetrarunt, ultro ſibi illius gratia ac potentia delatum viderunt. Iterum ad Anonymum illum ſanctitate, doctrinaque florentem, quem ſuperiore capite commemoravimus, hic provocabo. Ille quidem in *Encomio S. Iohannis*, de miraculis ejus deprecatione patratis agens, inquit: *Noſtrum alius ſolo contactu, alius invocatione, alius etiam in imaginem* (Johannis Baptiſtae) *intendens, voti compos exſtitit*[3], omniſque, qui illius colit imagines, calamitates depulſas, bella extincta, ſecundas res, proſperitateſque ſibi reſtitutas ſuſpexit. Haec qui perpendat, nonne cogatur confiteri magna apud omnes gloria nomen Praecurſoris fuiſſe?

CAPVT

1 *L. III. de Lazaro Pictore. Pariſiis 1685.* 2 *Lib. IV.* 3 *Bibl. PP. tom. cit.*

CAPVT NONVM.

Celebris de uſu Statuarum in Templis Graecorum controverſia. Allatii adverſus Chytraeum, & Hottingerum, itemque Aſſemani adverſus Keiſlingium querelae. Quae tamen de Crucibus, de Philacteriis, de aulaeis afferuntur, ad rem pertinere non videntur. Sententia Zachariae Cretenſis, Metrophanis, Ziglarei, Veiler, Smithi, Ricauti, Mabillonii, Lequienii, Philadelphi Lybici, Mamachii, & Cl. Anſaldi ſtatuarum uſum negantium, longe probabilior. Hinc locus Scriptoris rerum Byzantinarum explicatus. Sphoracium nullam ſtatuam S. Iohannis poſuiſſe. Idem locus male a Bandurio ſolicitatus, commodiori lectione reſtituitur.

ACTA utrinque, defenſaque magna concertatione lis eſt, num Graeca Eccleſia Divorum imagines extantes, ſtatuaſque habuerit; an vero pictas tantummodo tabellas, aut proſtypas, & vix in aſperitatem excisas populorum venerationi propoſuerit. Quare quo undique perfectior atque abſolutior ſit noſtra haec diſputatio, id oneris me habere intelligo (ſi onus eſt id appellandum, quod cum laetitia feras ac voluptate) ut rem paucis planam faciam, indeque eliciam, num ſtatuae, ſignaque etiam fuerint Praecurſori dedicata. Goarius ne ambigendum quidem ſcribit *antiquitus* Graecos imaginibus integre ſculptis cultum adhibuiſſe, aitque id colligi ex Paullo Diacono [1]. Id ipſum *aliquando* factum tuetur Iſacius Habertus in ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΩ [2]. Sed pergit Leo Allatius, & tamquam de impacta in ſuos Graecos calumnia conqueritur adverſus Chytraeum, & Hottingerum, qui illos a ſtatuarum cultu vehementiſſime abhorrere affirmaverant [3]. Nuperrime etiam Graecos de ea re iniquiſſime a Keiſlingio expoſtulari probare contendit Cl. Aſſemanus [4]. Quis quaeſo viris eruditis, vel in ipſis Graeciae regionibus natis & innutritis, vel rerum Graecarum longo uſu peritiſſimis refragetur atque obſiſtat? Quis eorum auctoritatem aſpernetur, & reſpuat? Verum in hac cauſſa id primo expe-

1 *Euchologium, in notis ad Ordinem Sacri Miniſterii not. 1. Pariſiis 1647.*
2 *Liber Pontificalis Eccleſiae Graecae obſerv. 112. Pariſiis 1676*
3 *De Eccleſ. Occidental. & Orient. conſenſ. lib. 3. cap. 1. Coloniae 1648. Johannes Henricus Hottingerus fraudis convictus cap. 3. Romae 1661*
4 *De Kalendariis part. 1. c. 2. Romae 1750.*

expetendum videbatur, ut qui ajunt a Graecis imagines per ſe ſtantes, ſimulacraque venerata fuiſſe, exempla protuliſſent, ſtatuaſque nominatim indicaſſent. Nam quae recitant de Crucibus a Monachis Athoniticis fabrefactis, de imaginibus, calicibus, & vaſis inſculptis, de Phylacteriis collo appendendis, de aulaeis opere plumario, tantum abeſt, ut eorum ſententiae ſuffragentur, ut illi perſpicue repugnent; quandoquidem in his nihil vere proprieque ſculptile eſt, nihil omni ex parte protuberans, & excavatum, ſejunctoque ſuo corpore exſtans, ſed figurae omnes, aut coloribus, aut ſcalpro vix expreſſae, & protitypae ſunt. Imo, ſi vera volumus dicere, ipſiſſima illa verba, *antiquitus*, *aliquando*, quibus Goarius, & Habertus rem circumſcribunt, argumento ſunt, ut intelligamus ſtatuarum defenſores fateri, perraro Graecos religioſa cultura illas eſſe proſequutos, nec morem, ſi aliquando fuit invectus, confirmari diuturnitate temporis, nec una cum ſaeculis aetatibuſque hominum, ut apud Latinos accidit, inveterare potuiſſe. Statuas Chriſto Domino a Syrophoeniſſa, & a Conſtantino in foris poſitas non ignoramus; at non ſunt haec ſigna ſacra, de quibus agitur in praſens. Verum ergo illud eſt, Graecos, niſi aliquos, & illos quidem *Latinizantes* excipias, inſitum pene odium in ſtatuas habere, in eaque verſari ſententia, coli ut non debeant. Graecis vero ſcriptoribus, quos commemoravi, habeo quos illis opponam ſuos populares; Zachariam Cretenſem, Metrophanem Critopulum, Apoſtolum Ziglaraeum, atque unum illum, cujus auctoritate maxime moveor, & incredibili doctrinae ſemper tribui plurimum, Thomam Mamacchium [1]. Quod ſi externos a nobis requirunt teſtes, quid aliud docent Veilejus [2], Smithus [3], Ricautus [4], qui hodiernum Eccleſiae Graecae ſtatum diligentiſſime perſcrutati ſunt? Praetereo Mabillonium [5], Lequienium [6], Philadelphum Lybicum [7], ceteroſque eloquentiſſimos homines, quorum veſtigiis inſiſtens, & judicio innixus eruditiſſimus Anſaldius, nuperrime omnem controverſiam diremit, litemque diſſolvit [8].

Quae

1 Epiſt. ad Anſaldium in libro mox edendo.
2 Elias Veilejus de Eccleſia Graecanica hodierna. Argentorati 1661.
3 Thomas Smith de hodierno Eccleſ. Graec. ſtatu. Londini 1678.
4 *Hiſtoire de l'Etat preſent de l'Egliſe Grecque, à Amſterdam 1696.*
5 *Praef. ad ſaecul. 1. Ord. S. Benedicti. Pariſiis 1668.*
6 *In notis ad lib. IV. cap. XVI. de Fide Orthodoxa S. Joh. Damaſceni. Pariſiis 1712.*
7 *In Diſſert. de Sacris Imaginibus Pal. Venet.* 1730. Collectionis Calogerianae tom. III. et IV.
8 *De Sacro & Publico apud Ethnicos Pictarum Tabularum cultu adverſus recentiores Graecos. Venetiis 1753.*

Quae quum ſint, nullam ego Conſtantinopoli puto fuiſſe ſtatuam Divo Baptiſtae poſitam in Templo Sancti Theodori a viro Patricio Sphoracio. Equidem incertus ille auctor Rerum Byzantinarum, quem Bandurius ex Bibliotheca Regia *Cod.* 3054. evulgavit, ſic habet: ἀνήγειρεν δὲ ὁ αὐτὸς Σφωράκιος καὶ τὸν Πρόδρομον ἔσω εἰς κόγχην τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τυγχάνοντα Quae ſic reddi oportere cenſuit Bandurius. *Excitavit idem Sphoracius Praecurſoris STATVAM, quae in Concha Templi S. Theodori erecta eſt* [1]. Et quamvis probe ſciret Lambeccium, & Ducangium in aliam abiiſſe ſententiam, atque affirmaſſe Sphoracium non ſtatuam, ſed Templum Beato Praecurſori excitaſſe in ea Vrbis parte, quae *in Conche* dicebatur, ubi primum non S. Theodori, ſed Johannis Theologi aedes fuerat [2]; pernegat Bandurius exſtitiſſe in tota Conſtantinopoli regionem ullam, quae nomine Conchae appellaretur, ideoque eſſe hic intelligendam ea Templi partem, quae in conchae formam ſuperne ſinuatur, in qua erat *Bema*, ſeu locus Altaris. In ea autem Concha ſignum aut fuſile, aut marmoreum fuiſſe in honorem Praecurſoris a Sphoracio ſtatutum. Clariſſimi tamen Bandurii pace, multa dehortantur quominus novae huic interpretationi aſſentiamur. Ac primo, quid cauſſae eſſe poterat, cur ſtatua Praecurſoris illi in mentem veniret, qui nullam in tot Aedium ſacrarum, quae Byzantii fuerant, deſcriptione viderat umquam commemorari? Statuae utique in Nova Roma frequenter occurrebant; ſed quaero, quibus illae decretae? Imperatoribus, viriſque domi, militiaeque illuſtribus, numquam vero Coelicolis. Vbinam vero poſitae? In foris, in compitis, in palatio, aliiſque publicis aedificiis, nuſquam in Templis. Conſtant haec, & liquido patent ex eiſdemmet libris, quos Bandurius diu verſavit, ſuiſque explanavit commentariis. Vnam S. Michaelis ſtatuam, recepta & recuperata Vrbe, erexit Michael Palaeologus, atqui illam non in Bemate, aut intra parietes, ſed ut auctor eſt Nicephorus Gregoras, πρὸ τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, *ante Templum Sanctorum Apoſtolorum* collocavit [3]. Neque tantum auctoritatis tribuendum eſt ſuo illi Anonymo, ut quamvis nullam Vrbis regionem nomine Conchae inſignitam

1 *Imperium Orientale, ſeu Antiquitates Conſtantinopolitanae tom. I. part. III. lib. III. & tom. II. lib. I. pag. 482. Pariſiis 1711.*

2 *Conſtantinopolis Chriſtiana lib. IV. Pariſiis 1680.*

3 *Hiſtor. Byzantin. lib. IV. Pariſiis 1702.*

tam praeſeferat, idcirco ſummos viros Lambeccium & Ducangium deceptos libere affirmemus. quot quantaque deſunt in hiſce Byzantinis originibus, quae ipſe Bandurius aliunde admonet eſſe petenda? Sed eſto, non illud urgebo. Si quid tamen ſupplendum in ea Hiſtorici ſententia (quae ſi totidem verbis reddatur, manca, & contracta videtur) · *εἰς τὴν κόγχην τὸν πρόδρομον ἀνήγειρε*, *in Concha excitavit Praecurſorem*, cur non potius ita reſtituas, *εἰς τὴν κόγχην τὸν βωμὸν* (vel *τὸ ναΐδιον*) *τοῦ Προδρόμου ἀνήγειρεν*. *In Concha erexit Altare* (vel *Sacellum*) *Praecurſoris*? Sic profecto cenſeo, *Sphoracium* non potuiſſe contra patrium morem, omnemque hiſtoriae fidem, ſtatuam S. Johanni ponere, ſed vel novum Templum, vel in Templi abſida aediculam, vel Altare excitaſſe.

CAPVT DECIMVM.

Vtilitas Rei Nummariae in ſacrarum litterarum ſtudiis. Iohannis effigies Nummis Pontificum, Regum, ac Populorum inſculpta. Chriſtiani Voog perverſa de hiſce imaginibus interpretatio. Hagiologia Numiſmatica *ab Oleario, aliiſque tentata, a Cl. Carolo Schlaegero emendatior, & copioſior promiſſa. Silloge Nummorum, quibus Divi Baptiſtae imago typo excuſa eſt, contexitur, perpetuiſque animadverſionibus illuſtratur.*

ERRARE malunt plerique, eamque, quam animo imbiberunt, ſententiam pugnaciſſime defendere, quam quid conſtantiſſime dicitur cognoſcere, atque approbare. Horum in numerum procul dubio recenſendi nonnulli homines aſperi, ac difficiles, qui quum de *Re Nummaria* nihil prorſus noverint, aut unum vix Nummum caſu aſpectaverint, confidentiſſime ajunt haec monumenta luxu potius, & conſuetudine conquiri, non veritatis inveniendae gratia, nullamque ex his percipi poſſe utilitatem ab illis, qui in ſacrarum litterarum verſantur ſtudiis. Quod ſi fortaſſe vel inviti concedant litteris politioribus ex ſedula Numiſmatum tractatione acceſſionem aliquam eſſe factam, & illorum ope Auguſtorum, Regum, Populorumque hiſtoriam ab humili veniſſe ad ſummum [1]; inde tamen rerum divinarum ſcientiam juvari poſſe inficiantur.

1 Conſule Spiridionem Pouparium *Reflexions ſur la ſcience des Medailles*. à Paris 1705. Fridericum Rebeum *Specimen Philologiae Numiſmaticae*. Francofurti 1708. Eraſmum Froelichium *Utilitas Rei Nummariae compendio propoſita*. Viennae 1733. Adolphum de Steinwer *De uſu Numiſmatum &c.* Francofurti 1741.

ciantur. Non hic ego recudam, quae huic opinioni explodendae ſcripſerunt Aegydius Lacharius [1], Erneſtus Loeskerus [2], Granvilleus [3], Zeibichius [4], vel nos ipſi jam alio in libro protulimus [5]. Sed nullus erit, qui non fateri debeat eximium, atque evidens hinc mihi argumentum ſuppeditari ad cultum S. Jo. Baptiſtae nova quadam, uberiorique luce demonſtrandum. Porro permulta ſunt Numiſmata vel Pontificum, vel Regum, vel Vrbium juſſu, conſultove cuſa, in quorum antica facie S. Praecurſor omni cum ornatu ſuo exſculptus conſpicitur. Atque hac una obſequii ſignificatione quid aliud ſibi propoſuere Pontifices, Reges, Vrbeſque, quam ut Johannem ſe impenſe colere teſtarentur, & quemadmodum ait Rhonius in exercitatione de JOHANNITIS [6], tunſe illum unanimi ſuffragio Patronum ac Tutelarem delectum? Neque eſt cur nos tanquam ſuperſtitione imbutos accuſet Chriſtianus Voog [7], propterea quod Ethnici Deorum ſuorum capita, ut nos Sanctorum, Nummis inſculperent; nam ſi velut ſuperſtitioſum deteſtari, atque a nobis amoliri debemus quicquid ab Ethnicis factitatum eſt, ergo neque Templa, neque ſacrificia, neque ad orandum ſtatos dies retinere licebit, quandoquidem ſunt nobis haec cum gentibus aliis communia. Itaque [illegible], ſi ea, quae [illegible] uſuveniebant Idolorum cultoribus, ſancto conſilio, rectaque mente ad rem Chriſtianam traducimus. Praeclare enim, quod id jam monuerat S. Auguſtinus: *etſi uſus quorumdam rerum ſimilis videtur nobis eſſe cum gentibus* [illegible] *longe tamen aliter iis rebus utitur, qui ad alium finem uſum earum refert* [8]. Dum igitur Numiſmata cum S. Praecurſoris ſignata enumero, piam gentium fere omnium in illum obſervantiam demonſtro, quam qui abjiciunt, majores noſtros, religionum colendarum auctores ac magiſtros, per ſummam impudentiam aſpernantur, atque repudiant. Equidem de Nummis Sanctorum imagines exhibentibus diſputarunt Johannes Chriſtophorus Olearius in *Prodromo Hagiologiae Numiſmaticae*, Arnoſtadii

1 *Oratio de uſu Numiſmat. in Hiſtoria Vet. Teſtamenti praefixa* [illegible] *Auguſt.* [illegible] 1691.

2 *Schediaſmate* [illegible] *de Uſu Rei Nummariae in Hiſtor. Eccleſ. in Sacra Antiquit.* [illegible] *Theologicae*. [illegible] 1696., & *Vitembergae* 1693.

3 *Lettre ſur l'uſage, qu'on peut faire des Medailles par rapport a la Religion. Memoires de Trevoux Avril* 1713.

4 *Obſervationes ex Nummis Antiquis* [illegible] *Vitembergae* 1705.

5 *Oſſervazioni ſopra alcune ſingolari e ſtrane Medaglie. Napoli* 1748.

6 *Godefridi Rhonii Exercitatio Hiſtorica de Johannitis* [illegible] *Vratiſlaviae* 1691.

7 *Manuſc. Caroli Chriſt. Voog De S. Ambroſio in Nummis* [illegible] *Dreſdae* 1749.

8 *Contra Fauſtum lib.* [illegible] *edit. Maur.*

ſtadii MDCCIX., Joh. Michael Weienrichius Epiſtola edita Erfordii eodem Anno, I. David Kohelerus in *Deliciis Nummariis* in varios faſciculos diſtributis, pridemque evulgatis: quamquam horum Nummorum ſeriem adhuc mancam, & hiulcam eſſe, nemo non ignorat. Sed abſolutiſſimam, ac copioſiore rerum ornatu auctam quam primum debebimus induſtriae, ingentique curae V. Cl. Caroli Schlaegeri, qui in ea concinnanda laudatiſſimam operam collocavit. Nos interim non ex illorum Catalogis, ſed ex ectypis variorum ſcriptorum ſequentes proferemus.

SYLLOGE NVMMORVM QVIBVS S. JOHANNIS BAP. EFFIGIES TYPO EXCVSA EST.

VETERVM CHRISTIANORVM. Primum ſibi vindicat locum nummus ille, in cujus antica facie caput Jeſu Chriſti nimbo Crucigero redimitum, in poſtica Johannes Chriſtum baptizans, cum lemmate REDEMPTIO FILIIS HOMINVM Singulari commentario illuſtravit vir ſummus Franciſcus Victorius *Nummus AEreus Vet. Chriſtian. Romae* 1737.

BATENBVRGENSIVM COMITVM. Protulit Guilelmus de Pariis in Theſauro Nummorum aureorum, argenteorumque *fol. N p.* VI. *col.*2. *Antuerpiae* 1580. Belgica lingua.

BAVARIAE DVCIS FRIDERICI. *Ibidem fol.O. pag.*I. *col.*I.

BRABANTIAE DVCIS JOHANNIS. *Ibid. fol.C pag.*II. *col.*I.

BRANDEBVRGENSIVM MARCHIONVM FRIDERICI, GEORGII, & ALBERTI. *Ibid. fol. L. pag* VI. *col.*2.

CAMPENSIS CIVITATIS. *Ibid. fol.N. pag.*VIII. *col.*I.

CLIVENSIS DVCIS JOHANNIS. *fol. N. pag.*II *col.*I.

COLONIENSIS ELECTORIS THEODORICI. *fol. L. pag.*I. *col.*2.

DELPHINI CAROLI. Invenies apud Dufreſnium in Gloſſario Latino *tom.*II. *col.*630. *Pariſiis* 1687

FLORENTIAE. Collegit egregius Eques Victorius *Il Fiorino d' oro. Firenze* 1738

FRANCIAE REGIS PHILIPPI IV. Dufreſnius *col.* 618

FRANCOFVRTENSIS CIVITATIS. Guilelm. de Pariis, *fol. L. p.*IV. *col.* I.

FRISIAE ORIENTALIS COMITIS ENNONIS *Idem fol. M. pag* VIII. *col.* I.

HIEROSOLYMITANI ORDINIS. Plures ex Muſeo Ampliſſimi Cardinalis de Almanara vulgavit deceſſor noſter Clariſſimus Sebaſtianus Paulius ad calcem *Codicis Diplomatici. Tom.* I. *Lucae* 1733. *tom.* II. *Ibid.* 1737. Novos nos proferemus Diſſert. VII.

HOLANDIAE COMITIS JOHANNIS. In lucem extulit Cornelius Alkemade. In Nummis Comitum Holandiae Belgice editis *Te Delſt.* 1700.

JANVENSIS REIP. Argenteum cuſum prope ad Ann. MCCL. Genuae contuendum obtulit Petrus M. Ferrarius Scholarum Piarum, vir oppido eruditus.

(De) LANDO COMITVM. Nobiliſſimae huic familiae jus fuerat cudendae Monetae, ejuſdemque ex argento S. Johannis effigie ſignata extat Placentiae in Muſeo Can. Reg. ab Alexandro Chiappinio multa opera, impenſaque adornato.

LEODIENSIS EPISCOPI JOHANNIS. De Pariis *fol. N pag* I. *col.* 2.

LVBECENSIS CIVITATIS. Conſule *Delicias Nummarias Hamburgenſes* Germanice ſcriptas *pag* 385. *Hamburgi* 1753.

LVNEBVRGENSIS CIVITATIS. Dedit Georgius Andreas Septimus de Praa in *Numophylacio Brunſvico-Luneburgenſi* Germanice exarato. *pag.* 387 *Helmſtadii* 1747.

MOGVNTINI ELECTORIS JOHANNIS. De Pariis *fol K. pag.* III. *col.* 2.

NORDLINGENSIS CIVITATIS. Prodiit cura P. Marquardi Herrgott in *Numotheca Principum Auſtriae part.* I. *pag* 9. *Friburgi Briſcoviae* 1752.

NORIMBERGENSIS BVRGGRAVII FRIDERICI. Adi Sam. Wilh. Oetter. *Specimen* I *Hiſtoriae Burggrav. Norimberg. pag* 144. Germanice. *Francofurti, & Lipſiae* 1751.

PONTIFICVM ROMANORVM JOHANNIS XXII. HADRIANI VI., & SEDE VACANTE poſt obitum LEONIS X. *V. Antiquos Rom. Pontificum denarios* a Benedicto Floravante illuſtratos. *Romae* 1738.

SABAVDIAE DVCVM PHILIPPI & AMEDEI V. Imago Baptiſtae nec initum a noſtris Ducibus cum Florentinis foedus, ut putat Guichenonius (*Hiſtoire de la Maiſon de Savoye. à Lion* 1660.) nec mutuatum a Florentinis typum, ut credit Muratorius (Antiqu. Medii AEvi *tom.* II. *Diſſert.* XXVII. *Mediolani* 1749.) ſed majo-

majorum noſtrorum in eumdem Praecurſorem ſingularem pietem atque culturam demonſtrat

SAXONIAE DVCVM ALBERTI Animoſi, FRIDERICI Sapientis, JOHANNIS Sapientis, & GEORGII Barbati. Reperiuntur in libro Chriſtiani Schlegelii *Schediaſma de Nummis Salfeldenſibus, Arnſtadienſibus &c fol. G. & H. Dreſdae 1697.*

TREVIRENSIVM ELECTORVM CVNONIS, & WERNERI. Nummos ejuſmodi debemus Johanni Nicolao Honthemio Diſſert. *De Monetis Elector. Trevir. ſubnexa Hiſtoriae Trevirenſi Diplomaticae. Auguſtae Windelic.* 1750.

TRAIECTINENSIS EPISCOPI FRIDERICI. V *Collectionem Numiſmatum Rariorum Aur. & Arg.* Germanice editam *pag.* 31. *Lipſiae* 1751.

VRATISLAVIENSIVM EPISCOPORVM. Nulla ferme Vrbs fuit in Tranſalpinis, quae S. Johannem tantopere coluerit. Godofredi Rhonii *de Iohanneis Vratislavienſibus* verba juverit exſcribere. Sileſiae populos S. Johannem prae ceteris eximio amore ac honore fuiſſe proſecutos teſtantur AEdificia Sacra, Templa, AEdiculae, Arae, Statuae, Campanae, Plateae in Vrbibus Sileſiacis obviae. Teſtantur *Tituli* Principum veterum, qui hac inſcriptione uſi ſunt. NOS DEI, ET BEATI JOHANNIS GRATIA &c. Teſtantur Sigilla publica, aliaque praeclariſſima monumenta Nummos ne dum Epiſcoporum, ſed & ipſius Civitatis auctoritate cuſos profert Rhonius S. Praecurſoris imagine notatos; quos iterum eruditorum oculis ſubjecit Gothofredus Deverdeckius in *Sileſia Numiſmatica pag.* 84. Germanice edita Anno MDCCXI. Atque haec ſunt, quae de pictis, fictiſve S. Johannis imaginibus diſſerenda eſſe putavi: in quo id maxime mihi curae fuit, ut monumenta vel nova exprimerem, vel edita recenſerem, quibus communis perpetuuſque erga illum cultus ſplendidius oſtendi confirmarique poſſe videbatur.

DISSERTATIO SEXTA

DE HIEROTHECIS, DIPTYCHIS, ALIISQVE DONARIIS GENTIVM OMNIVM PIETATEM ERGA S. JOHANNEM TESTANTIBVS.

CAPVT PRIMVM.

Martyrum exuviae a Chriſtianis etiam ad capitis aequilibrium conquiſitae ac ſubreptae. Divi Baptiſtae Reliquias non omnes flammis deperiiſſe ex perſpicuo Ruffini Aquilejenſis teſtimonio probatur. Quinam illas Sebaſte ex incendio ſubduxerint. Paullinum, Gaudentium, Gregorium Turonenſem, & Maximianum Baſilicis conſecrandis S. Praecurſoris Pignora intuliſſe. Lipſana ejuſdem ex Oriente advecta, Vrbeſque tum Italicae, cum Tranſalpinae, quae illa ſibi vindicant, denumerantur.

ACERBVM ſane, & miſerum, & grave ſpectaculum toti Chriſtianae Reipubl. conſtituebatur, quum Ethnici improba, ac pervicaci rabie exciti, Chriſtianorum cruore, ſi ita loqui fas eſt, ſitim explere properabant. Non aetati, non generi, non ſexui parcentes, quot quot noverant JESVM colere, ſacrilega manu diripiebant, ſauciabant, violenta, & horrida morte afficiebant. Fluebat aliquando per fora, per vias, ac theatra interfectorum Martyrum ſanguis, & cadaverum necatorum membra, qua beſtiis, qua ferro dilacerata, dilaniataque praedanda canibus, alitibuſque hac illac projiciebantur. Sed haec tam dira, truculenta, & horrifica ceteros Chriſtianos minime remorabantur, quin colligendis Martyrum Reliquiis diu noctuque incumberent, ac ſe ſe in capitis vitaeque diſcrimen conjicerent, ut ex heroum corporibus aliquid religioſe ſubriperent, atque ſervarent [1]. Extremum

[1] Dionyſium Alexandrinum, & Euſebium Diaconum non ſine vitae diſcrimine corporibus SS. Martyrum ſepeliendis dediſſe operam narrat Euſebius *Hiſt. Eccl. lib. VII. cap. 11.* Idem perhibet S. Chryſoſtomus accidiſſe his Chriſtianis, qui SS. Martyrum Juventini, & Maximi noctu corpora ſuſtolerunt, terraeque mandarunt. *Homil. de SS. Martyr. Juvent. & Max. Operum edit. Ducaei tom. 1.* Ut de aliis taceam, confer Marcum Velſerum in adnotationibus ad *Paſſionem S. Afrae* inter illius opera Norimbergae 1682. Verum per laus tribuenda his, qui non totum Marty-

[illegible] hoc periculum ſubire profecto non dubitarunt ii Chriſti fideles, qui Juliano Imperante, dum exanime Praecurſoris corpus igni torrendum, abſumendumque tradebatur, partem aliquam ex flammis, impiorumque ludibrio eximere ſtuduerunt. Theodoretus quidem Ethnicorum crudelitatem ac ſaevitiam, Juliano

ipſo

[illegible]

ipſo inſtigante patratam ſic deſcribit, ἐν Σεβάστῃ δὲ τῇ αὐτῇ εἰς τὸ προειρημένον ἔθνος τελεῖ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ τὴν θήκην ἀνέῳξαν πυρί τε παρέδοσαν τὰ ὀστᾶ, καὶ τὴν κόνιν ἐσκέδασαν. *Sebaſte vero, quae eſt ipſa Vrbs ejuſdem Provinciae* (Palaeſtinae) *Johannis Baptiſtae arcam aperuerunt, oſſa igni tradiderunt abſumenda, & cinerem hac, & illac diſperſerunt* [1]. Dum haec ſcelerate gererentur, *Dei providentia factum eſt, quoſdam de Hieroſolymis ex Monaſterio Philippi homines Dei orationis illuc cauſſa veniſſe. Qui quum tantum nefas humanis quidem manibus, ſed ferina mente fieri viderent, mori gratius habentes, quam hujuſcemodi piaculo funeſtari inter eos, qui oſſa ad exurendum legebant mixti, diligentius inquantum res patiebatur, ac religioſius congregantes, furtim ſe, vel ſtupentibus, vel inſanientibus ſubtraxere* [2]. Haec niſi litteris mandaſſet Ruffinus Aquilejenſis totius negotii, ac piae illorum hominum ſollertiae omnium ſaeculorum poſteritas immemor, ignaraque fuiſſet: quae quidem narratio majorem auctoritatem, ac fidem debet habere, quum Ruffinus paucos poſt annos, nempe CCCLXXI in Orientem cum Melania profectus, Palaeſtinam diu incoluerit, deque tota re certior reddi potuerit [3]. Verum ſimili ſtudio, quo a Monachis Hieroſolymitanis nonnulli artus S. Johannis flammis ſubducti fuere, ſic alios ab aliis religioſe ſubreptos facile credent, qui norunt per ea tempora multos Sebaſte vixiſſe homines, qui aut palam ſe Chriſtianae Religionis cultores magno animo profitebantur, aut ſi eam clam retinebant, omnia tamen obſequia illi praeſtabant, quum occaſionem ad id ſibi oblatam arbitrabantur.

His itaque clariſſimis & immortalibus viris quis non videat deberi CINERES S. Praecurſoris, quos Genuenſes An. MXCVIII. ex Myra in Vrbem ſuam ſplendidiſſimam aſportarunt? [4] Deberi RELIQVIAS

1 *H. E. lib. III. cap. VII.*

2 *Hiſtor. Eccleſ. lib. II. cap. XXVIII.*

3 Palladius *Hiſtor. Lauſiaca* cap. III.

4 Conſule Auguſtinum Calcagninum *Hiſtoria del Glorioſo Precurſore &c. Genova* 1648. Vix alias eſſe crediderim S. Johannis Reliquias, quae continuis, ſplendidiſque documentis tam mirifice, tamque conſtanter confirmentur. Quae enim omnia ad Reliquiarum approbationem pertinere poſſunt, ſive perennis, ubique conſtans traditio; ſive illuſtrium cujuſvis aetatis virorum judicium; ſive cultus ſolemnis; ſive admirandi, & ſupra naturae vim eventus; ea ſunt de Sacris Cineribus ſine ulla dubitatione comprobantur. S. Johannis Reliquias una cum S. Nicolai Myrenſis exuviis conditas fuiſſe accepimus etiam ex *Actis Primigeniis* ejuſdem S. Nicolai, quae Cardinus Falconius ex Cod. Vatic. Graeco in lucem edidit, ediditque Neapoli 1751. Non quaero cujus aetatis aut notae ſint ejuſmodi Acta, ſed certe Johannes Neapolitanae Eccleſiae Diaconus idem perhibet, ac Saeculo IX. Sanctae haec Pignora uno eodemque conditorio repoſita adhuc fuiſſe intelligimus.

RELIQVIAS, vel quas Brixiae Gaudentius [1], Nolae Paullinus [2], Ravennae Maximianus [3], altaribus, vel templis dedicandis, in eiſdem ſollemni ritu collocarunt, vel quas Maurianam pientiſſima Mulier, teſte Gregorio Turonenſi, detulerat [4]; vel quas denique Turonis dum in Baſilica S. Martini reconderentur, Gregorius ipſe patratis a Deo ſupra vim, ordinemque naturae operibus, viderat glorioſe comprobari [5]? Iiſdem collectoribus quis neget accepta referri oportere Lipſana, quae Abbati Florinenſi dono miſiſſe Fridericum Ptolemaidis Epiſcopum narrat Marchantius in *Triumpho S. Iohannis Baptiſtae* [6], & in Belgii Vrbibus adſervari ſcribit Arnoldus Rayſius [7]? vel quae Venetias ab Andrea Memo [8], Florentiam a Johanne Corſino Petri Cardinalis fratre novimus eſſe devecta [9]? Fortaſſe

D d   etiam

1 [illegible]

2 [illegible] Neapoli 1749.

3 Agnellus in vita S. Maximiani Epiſc. Ravennatis: *Collocavit autem hoc* (in Baſilica Divi Stephani) *Merita Apoſtolorum, & Martyrum, idest S. Petri, S. Pauli, S. Andreae, & Zachariae, & S. Iohannis Baptiſtae* [illegible]

H SVNT. PATROCINIA SS.

SAVINI EVGENII &c.

[illegible]

SIRVM. LIPSANIS

ET INDVLGENTIIS

DITAVIT &c.

[illegible]

4 *De Gloria Martyrum* lib. I. [illegible]

5 *Ibidem*.

6 *Triumphus S. I. B.* [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 In libro, qui inſcribitur: [illegible] *Firenze*, [illegible] Johannem Corſinum, qui [illegible]

etiam illinc repetenda Patrocinia Johannis Baptiſtae, quae Romae in Baſilica Seſſoriana Bezzotius [1], in Lateranenſi Marangonius [2], in Eccleſia S. Hadriani Ven. Card. Thomaſius [3] memoriae prodiderunt fuiſſe aliquando repoſita. Praetervehor cetera, quae Ripajani [4], Caſtelloduni, Ciſtercii, Perpiniani, Valentianae, Patavii, Senis, Monachii &c. coli comperimus [5]. Sed aliunde procul dubio delatae Reliquiae omnes, quae ad ſacrum Baptiſtae Caput pertinent; velut illae, quas Alexius Comnenus ſe habere gloriabatur [6], Johannes Zemiſces Coſtantinopolim deportaſſe dicitur [7], S Ludovicus, a Balduino acceptas, Lutetiae in Regio Sacello conſtituit [8]; tum eae, quae Ambiani [9], Sancti Angeriaci Vicen-

[illegible]

1 Raimondo Besozzi Storia della Basilica di S. Croce in Gerusalemme, [illegible] Roma 1750.

2 Giovanni Marangoni Storia dell'Antichiſſimo Oratorio Sancta Sanctorum, cap. [illegible] Roma 1747

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

Viterbii, Treviris [1], Angeriaci & Taurini [2], in Baſilica Anagnina [3], Auguſtae *Praetoriae* in finibus Subalpinorum [4] religioſe cuſtodiuntur. Fieri autem potuit, ut dum ſpeculator ſecuri, gladiove Johannis caput amputaret, qui ſupervenerant *Diſcipuli* ad corpus pollingendum, ſimulque curandum, recens effuſum ſanguinem orario colligerent. Quanta enim cura, ac religione primorum temporum Chriſtiani, ait Mabillonius de Cultu SS. ignotorum [5], Martyrum ſanguinem pannis, linteaminibusque excipiebant, vel ſpongiis exceptum in ampullis reponebant? Illorum proinde induſtriae tribui forte debet, ut hac aetate Neapoli in phiala cryſtallina ſanguis S. Johannis adhuc extet, quem ſacerdote Aram operante purpureſcere, ebullire, atque colliqueſieri tradunt [6].

[illegible]

CAPVT SECVNDVM.

Intemperantium quorumdam cenſorum de harum Reliquiarum copia accuſationes, & raucae querelae. Vnde magnus ille numerus proficiſci poſſit ex Theodoreto, & Procopio docetur. Graviſſima de hoc Guilberti ſententia. Inter veritatis indicia merito haberi Inſcriptiones Lipſanothecis inſculptas.

ADVERSVS ejuſmodi Lipſana, quas olim Calvinus inſtituit accuſationes [1], eaſdem crebro uſurpant leviſſimi homines, qui praeclariſſimum ingenii, & ſapientiae indicium putant ſi cenſoris animum ſumant, & ſacra quaeque averſentur, reſpuant, derideant, exſibilent, inſectentur. Quaenam queſo, ajunt, major, & evidentior falſitatis nota, quam eaſdem numero Praecurſoris Reliquias in tot, diverſiſque aedibus, diſſitiſque locis paſſim ob oculos proponi? Sed primo falſam hanc & toties recantatam criminationem ſplendidiſſimis verbis depellit Theodoretus in Dialogis, quos ERANISTES, ſeu POLYMORPHVS inſcripſit, & Garnerii ſententia [2] circa An. CCCCXLVI. adverſus Armenos pervulgavit. *Τοῖς κοινοῖς ὀνόμασι καὶ τὸ μέρος προσαγορεύομεν. εἰς γὰρ τοὺς τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων, ἢ προφητῶν ἢ μαρτύρων εἰσιόντες σηκοὺς, πυνθανόμεθα, τίς ὁ κείμενος ἐν τῇ λάρνακι, οἱ δὲ τὸ ἀληθὲς εἰδότες ἀποκρινόμενοι, λέγουσιν, ἢ τὸν Θωμᾶν τυχὸν τὸν ἀπόστολον ἢ τὸν* ΒΑΠΤΙΣΤΗΝ *τὸν* ΙΩΑΝΝΗΝ *ἢ Στέφανον τῶν μαρτύρων τὸν πρόμαχον, ἢ ἕτερον τινὰ τῶν ἁγίων ὀνόμασι λέγοντες καὶ τοι* ΣΜΙΚΡΩΝ ΑΓΑΝ *ἐνίοτε* ΛΕΙΨΑΝΩΝ *κειμένων. Communibus nominibus etiam partem appellamus. Etenim ſi Sanctorum Apoſtolorum, aut Prophetarum, aut Martyrum Templa ingredientes, interrogamus quis poſitus ſit in urna: qui autem conſcii ſunt veritatis, reſpondent, aut Thomam Apoſtolum, aut* JOHANNEM BAPTISTAM, *aut Stephanum Martyrum Propugnatorem, aut alium quemdam ex Sanctis nominantes, etiamſi* ADMODVM EXIGVAE RELIQVIAE *ibi ſint repoſitae* [3]. Saepe etiam nominum ſimilitudo in cauſſa eſſe potuit, ut ea ratione, qua Vrbis Conſtantinopolitanae incolae,

1 *Admonitio* De Reliquiis inter opera to. VIII. *Amſtelod.* 1667.

2 De libris Theodoreti *Diſſert.* 2. *Pariſiis* 1684.

3 *Dialog.* 1. p. 18. *edit. Sirmondi Pariſiis* 1642. Conſule Johannem Petrum Puricellium *Monumenta Baſilicae Ambroſianae* num. 471. *Mediolani* 1645 ubi de corporibus SS. Gervaſii, & Protaſii Mediolani quieſcentibus, quae & in Baſilicenſi Eccleſia depoſita a nonnullis credantur.

incolae, teſte Sozomeno [1], corpus Paulli Apoſtoli illic jacere putabant, quum revera oſſa Paulli Epiſcopi a Theodoſio Ancira aſportata apud illos quieſcerent, ita pleriquę Johannis Baptiſtae Reliquias ſe adeptos cenſeant, dum alterius Johannis exuvias nacti ſunt. Quot enim extitere viri ſanctiſſimi, vel pro Chriſto in Crucem acti, mortique objecti, vel doctrinae illius fortiſſimi homologetae, quibus hoc ipſum nomen fuerat? Progreſſu temporis, ob nominis ambiguitatem, Reliquiae illi uni attributae, cujus & virtus fuit praeſtantior, & fama celebrior evaſit. Quo ſane loco illud etiam obſervari volo, quod a Procopio Gazaeo memoriae proditum eſt. Quum teterrimi Tyranni Chriſtianos omni ſaevitia inſectarentur, eoſque poenis atrociſſimis delere contenderent, divini Numinis conſilio, ac permotione fiebat, ut Ethnici quamplures ſuperſtitione ejurata, ſe Chriſti aſſeclis libentiſſime adjungerent, ſibique Sanctorum nomen adſciſcerent: hac nova appellat one veluti muniti ac corroborati, alacriores ad Martyrium properabant [2], & eminente animo inter ſupplicia emoriebantur. Quid tum? Qui horum corpora vel a tortoribus pretio redimebant, vel inhumaniter projecta tollebant, ſepulcro nomen inſcribebant, quod nuper Chriſtiani illi athletae ſibi induerant. Nullum autem fortaſſe tam uſitatum, quam Johannis Baptiſtae, quandoquidem illud ſplendidiſſimum, & Deo cariſſimum eſſe videbant [3]. Jam vero non dubito, quin multae id genus Reliquiae poſt bella tranſmarina ad noſtras Vrbes ſint depoſitatae: quanto enim ſtudio tunc fuerant homines de Lipſanis ſibi anxie, copioſeque comparandis, tanto incurioſi in illorum *identitate* perveſtiganda. Alterum igitur fontem habes, ex quo Reliquiarum multitudo petenda ſit, & unde ea ſubrepſerit animis opinio, ut omnes unius Divi Baptiſte eſſe credantur. Quid dicam jam de temporum injuriis, de vaſtationibus, de incendiis, quibus documenta, tituliquę capſis adpoſiti deperierunt, ſummaque promanavit confuſio? [4] Sed nihil iſtorum ſcrupulum, aut moram injicere debet, ut Reliquias ſuo honore, qui hactenus conſtantiſſime illis eſt redditus, immerito nunc fruſtremur. Praeclare huc faciunt verba Guiberti S. Mariae Novi-

1 H. E. lib. VII. cap. [illegible].
2 Commentar. in *Iſaiam* cap. xxiv. *Pariſiis* 1580.
3 Ne omnia [illegible] exempla [illegible], in Menologio Ciſtercienſi edit. Antverpiae 1630. legitur v. Kal. Sept. *Villarii in Brabantia Beatus Johannes Praecentor, ejuſdemque Monaſterii Sacriſta.*
4 Ferrand. lib. [illegible], cap. [illegible].

Novigenti Abbatis, libro *de Pignoribus Sanctorum* [1], quae idcirco libet exſcribere. *Quaeritur ab aliquibus utrum eorum Reliquiae, cum alterae prae alteris honorantur, & non ſint ejus, cujus eſſe putantur, aliquid pernicioſum colentibus importare credatur, quod ego non aeſtimo, cum enim Dominus de eis dicat, Ioh. VII.* ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus, *cum ipſorum univerſitas ſub Chriſto capite ſit quaſi identitas corporis, & una cum Deo ſit ſpiritus ipſi adhaerens, inter eorum oſſa, qui Sancti ſunt, non eſt error ſi alia pro aliis excolantur, qui commembres ſint in univerſo Patrum corpore dignoſcuntur.* In tanta autem rerum obſcuritate tamquam faces humanae menti praelucere, & probabilia quaedam indicia cenſentur Epigramata Hierothecis inſcripta, ſin minus ad veritatem detegendam, certe ad ſollemnem quemdam cultum erga coeleſtes animas probandam. Igitur, quoniam ea a me ſuſcepta eſt oratio, ut monumenta omnia, quae cultum Praecurſoris demonſtrant, quaeque diſperſa ſunt ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur, ordo ſcribendi admonet eſſe hoc loco percenſenda, edendaque carmina his inſculpta Thecis, quibus Baptiſtae Reliquiae certo includi credebantur.

CAPVT TERTIVM.

Veteres inſcriptiones Eccleſiaſticis etiam diſciplinis lucem quamdam affundere. Epigrammata undecim, alia Graeca, Latina alia, inſculpta antiquis Hierothecis, & capſellis ad Divi Baptiſtae Pignora concludenda oblatis, recenſentur, eademque brevi commentatione explicantur. Quid de tot S. Praecurſoris Lipſanis aeſtimandum.

QVAESITA diu, ac multum diſputata res eſt, num ex nummis, an vero ex inſcriptionibus in liberalium artium ſtudiis majora peti, expectarique poſſint emolumenta. Alii enim plus momenti nummos habere, alii inſcriptiones plus luminis afferre cenſuerunt; tantaque doctrina, ſaeculo ſuperiore a viris illuſtribus ſuſcepta, defenſaque utrinque cauſſa eſt, ut ſi eorum argumenta conferas, haud ſit proclive, cui potius aſſentiaris, & in adjudicando anceps diſtrahatur animus [2]. Sed quum de ſacris diſciplinis

1 *Lib. 1. cap. 1v. §. 2. edit. Lucae Dacherii Lutetiae 1651.*

2 Inter viros doctos Spanhemium, & Cuperum agitata ſaeculo ſuperiore haec quaeſtio. Adi Cl. Maffejum in Praefatione ad librum *Traduttori Italiani &c.*

ſciplinis ſermo eſt, quamvis nulli dubium eſſe poſſit, nummorum cognitionem lucem quamdam illis affundere, id tamen non haeſitans affirmavero, ex marmoreis, aeneiſve tabulis litteratis multo plura patere, quae ſi priſca vetuſtas his monumentis non conſignaſſet, in tenebris retruſa & obſcura laterent, vel jamdiu in hominum oblivionem veniſſent. Itaque quum paullo ante ad probandum quam late ſe fuderit illuſtre nomen S. Johannis, & quam eximius cultus ſit illi ubique attributus, Numiſmata praeclare fidem facere docuerim, nunc quae de hoc ipſo argumento patefaciant Inſcriptiones enunciabo. Sunt equidem

Inciſa notis marmora publicis,
Per quae ſpiritus, & vita redit bonis
Poſt mortem Ducibus.

At quis non perſpicit haec etiam poſſe aptari viris Sanctis, qui in coelo Beati aevo ſempiterno fruuntur, quorum memoria his litteris tradita immortalitati commendatur? Quanta enim illis vis ineſt in Sanctorum geſtis illuſtrandis, maximiſque controverſiis dirimendis[1]? Ac ne vagari, & errare cogatur oratio, aut vetera Epigrammata Templis, ſigniſque addita, quae paſſim toto hoc libro a me evulgantur, recantare videatur, id modo mihi ſumo, ut de his quae Lipſanothecis, & loculis ſacrorum Pignorum Divi Baptiſtae inſcripta viſuntur, ſermonem inferam. De Graecis primo, deinde de Latinis dicam.

I. CASTELLODUNI.

ΟΚΑΡΠΟΣ ΟΣΤΟΥΝ ΗΔΕ ΧΕΙΡ ΧΡΥΣΗ ΠΟΘΕΝ
ΕΚ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ ΚΑΡΠΟΣ ΕΚ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ
ΧΡΥΣΗ ΠΑΛΑΙΣΤΗ ΧΡΥΣΟΔΑΚΤΥΛΟΣ ΞΕΝΩΝ
ΟΣΤΟΥΝ Ο ΚΑΡΠΟΣ ΕΚ ΦΥΤΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ
ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΔΩ ΓΑΝΩΣΕ ΤΕΧΝΗ ΚΑΙ ΠΟΘΟΣ
ΑΝΝΗΣ ΑΝΑΣΣΗΣ ΕΚΓΟΝΟΥ ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΑΣ.

Id eſt

Os, Carpus, & Manus aurea unde ſunt?
Carpus quidem ex eremo ex Palaeſtina,

Palma

1 Confer Johannem Fridericum Eiſenbartum De [illegible], de uſu Inſcriptionum, cap. [illegible] Helmſtadii 1710. Multa in hanc rem ſcripſit etiam Johannes Wunderlich De Uſu Inſcriptionum Romanorum Veterum. Quedlinburgi 1750.

Palma aurea cum aureis digitis peregrinum quid.
Os fructus eſt ex frutice Praecurſoris.
Manum auream dedit, & exornavit ars atque amor
Annae Reginae in Purpura natae.

Oſſiculum ex Manu vola, ſeu illius carpo incluſum Theca aerea deaurata, & ad manus ſimilitudinem fabrefacta, Caſtelloduni in Monaſterio S. Mariae Magdalenae populo conſpiciendum exhibetur. Epigramma eidem viriculo inciſum legitur, in quo poeticus ille luſus in voce καρπὸς, quae, & fructum, & eam manus partem, qua brachio connectitur, ſignificat. Liquet ex inſcriptione capſam Reliquiariam fuiſſe Annae Comnenae Porphyrogenitae Alexii Imperatoris Filiae. Edidit Ducangius in *CPoli Chriſtiana*[1].

II. CISTERCII.

ΗΝ ΒΑΡΒΑΡΟΣ ΧΡΕΙΡ ΧΕΙΡΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ
ΚΑΤΕΙΧΕΤΟ ΠΡΙΝ ΝΥΝ ΕΧΕΙΘΕΝ ΕΛΚΥΣΑΣ
ΑΝΑΞ ΜΕΤΗΞΕ ΠΡΟΣ ΠΟΛΙΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ
ΤΑΥΤΗΝ ΔΕ ΤΗΔΕ ΘΕ ΣΑΥΡΩ ΘΗΣΑΥΡΙΑΣ
ΣΚΕΠΟΥΣΑΝ ΑΥΤΟΝ ΕΠΛΟΥΤΗΣΕΝΤΟ ΚΑΤΟΣ.

Quam barbara manus manum Praecurſoris
Poſſideat prius, poſtea inde eruens
Imperator adduxit in orbem Conſtantinus.
Eamdem vero, qui iſtuc in theſaurum contulit
Quae protegebant ipſum, ditatus Imperio eſt.

Duo illi Religioſi, eruditiſſimique viri Martenius, & Durandus, qui Belgium, aliaſque regiones ſtudiorum cauſſa peragrarunt, carmina haec protulerunt in Gallica ſui itineris narratione[2], eorummet verba recitabo, quibus inſignem hanc Ciſtercienſis Cimeliarchii Reliquiam deſcribunt. *La plus conſiderable Relique, qui ſoit dans le Treſor, eſt le Bras de Saint Iean Baptiſte, qui eſt enfermè dans un fort beau Reliquairie de vermeil dorè, ſur le quel ſont gravez ces cinq vers grecs. Par cette main barbare on entend le Sultan d'Antioche.* *Par*

1 *Lib. IV. cit. edit.*
2 *Voyage Litteraire de Deux Religieux Benedictins de la Congregation de S. Maur. part. I. pag. 213. à Paris 1724.*

Par la Ville, ou ce Bras fut d'abord apportè, on entend Conſtantinople. Par l'Empereur Conſtantin, Conſtantin Porphyrogenite, qui regnoit l'an 956. & par celui, qui a enrichi l'Abbaye de Ciſteaux, & qui avoit ète elevè à l'Empire, Baudouin Comte de Flandre, fait Empereur de Conſtantinople l'an 1204. C'eſt l'explication qu'en donne le P. Hardouin ſçavan Jeſuite. Ce n'eſt pas pourtant pas l'Empereur Baudouin qui en a fait preſente à Ciſteaux, mais Otton Cycone.

III. S. ANEMUNDI.

ΣΥ ΜΕΝ ΘΕΩΡΕΙΣ ΤΩΝ ΔΡΑΚΟΝΤΩΝ ΤΑΣ ΜΥΛΑΣ
ΒΑΠΤΙΣΤΑ ΤΟΙΣ ΥΔΑΣΙΝ ΗΛΟΗΜΕΝΑΣ.
ΕΓΩ ΔΕ ΤΗΝ ΣΗΝ ΕΥΤΥΧΩΝ ΤΑΥΤΗΝ ΜΥΛΗΝ
ΕΧΘΡΩΝ ΟΛΑΣ ΘΡΑΥΟΙΜΙ ΠΑΝΤΟΙΩΝ ΜΥΛΑΣ.

Tu quidem maxillas Draconum intueris,
Baptiſta, in aquis contribulatas
Ego autem hanc tuam maxillam poſſidens,
Maxillas hoſtium quorumcumque confringo.

Inſcripta haec ſunt Thecae aureae in Sacello Caſtri Sancti Anemundi Dioeceſis Lugdunenſis, qua maxillae pars Praecurſoris adſervatur. Ducangio haec etiam debetur, qui in tractatu Gallico de capite S. Johannis cap. XI. in lucem dedit.

IV. PERPINIANI.

. . . .
. . . .

ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΣΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΣ ΠΛΗΡΗ ΕΙΣΙ
ΛΕΓΕΙ ΓΑΒΡΙΗΛ ΤΗΝ ΓΕΝΝΗΣΙΝ ΣΟΥ ΞΕΝΩΣ:
ΠΑΤΡΟΣ ΤΗΝ ΑΠΕΙΘΕΙΑΝ ΤΙΜΩΡΩΝ ΘΕΛΕΙ
ΔΙΚΗΝ ΔΕ ΤΗΝ ΚΩΦΕΥΕΙΝ ΕΙΣΦΕΡΕΙ ΤΑΧΟΣ.
ΥΠΕΡ ΘΕΝ ΩΦΘΗΣ ΑΡΕΤΩΝ ΤΡΙΣΟΛΒΙΩΝ
ΚΡΕΙΤΤΩΝ ΠΡΟΦΗΤΩΝ ΙΣΟΣ ΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

ΤΗ ΤΙΜΙΑ ΣΟΥ ΘΗΚΗ ΤΗ ΤΩΝ ΛΕΙΨΑΝΩΝ
ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΕΛΙΞΕΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΤΡΟΦΑΣ ΒΙΟΥ
ΡΩΣΙΝ ΣΩΜΑΤΟΣ ΣΥΝ ΘΥΜΗΔΙΑ ΔΕΩΝ
ΕΥΛΟΓΩΝ Δ᾽ ΑΥΤΟΣ ΚΥΒΕΡΝΩΝ ΩΣ ΣΟΙ ΘΕΜΙΣ.
ΦΕΡΕΙΣ ΠΤΕΡΥΓΑΣ ΩΣ ΙΣΟΘΕΙΣ ΑΓΓΕΛΟΙΣ
ΕΝΥΛΟΣ ΩΝ ΑΥΛΟΣ ΩΣ ΣΩΤΗΡ ΕΦΗ.

Superiore Diſſertatione cap. VII. late diximus de Theca lignea Reliquiaria Perpinianenſi, quam Petrus de Marca ſingulari diſputatione illuſtravit. Ex duo de viginti Graecis carminibus, quibus operculum perornabatur, ſex una cum incruſtatione deperiere; ſed quum omnium ſupererit latina verſio, olim facta ab Archiepiſcopo Thebano, integram licebit, latine ſaltem, inſcriptionem exhibere. Quia vero Thebanus Praeſul verbum verbo appenderat, propterea que obſcurior illius interpretatio evaſerat, nos utemur faciliori, & ad latinae linguae rationem magis accommodata, ex qua planius perſpiciatur verſus ad Troparıorum ſimilitudinem fuiſſe conſcriptos.

Deus deſcendit in omnium ſalvationem,
Veni Tu Praeco declarare verbum
Omnia tua miraculis ſunt plena.
Nativitatem tuam edicit Gabriel mirifice
Patris vult punire incredulitatem.
Poenam ſtatim infert, ut obmuteſcat.
Apparuiſti ſuperior ter beatis virtutibus.
Melior Prophetis, Apoſtolis aequalis
Martyrum apparuiſti ornamentum beate pleniſſimum
Non guſtans cibum qualemcumque quae in natura ſunt.
Genuflectens adjuva omnes, ut eſt mos.
Praebens auxilium procidentibus in voto
Ad honorabilem tuarum Loculum Reliquiarum.
Negotiorum complicationes, vitaeque viciſſitudines
Salutem corporis cum laetitia adnectens.
Benedicens autem ipſe, & gubernans, ut fas tibi eſt.
Fers alas, ut aequatus Angelis . . . . .
Materialis exiſtens, materiae expers ut Salvator dixit.

V FLO-

V. FLORENTIAE.

ΡΕΙΘΡΟΙΣ ΠΛΥΝΑΣ ΣΥ ΤΗΝ ΚΑΡΑΝ
.·. ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ .·. ΠΛΥΝΟΝ ΜΕΤΑΝΟΙ .·.
✠ ΑΣ ΜΕ ΡΕΙΘΡΕΙΣ ΔΑΚΡΥΩΝ .·.

Quae ſic verti poſſunt.

Tu, qui laviſti undis caput Domini,
Lava me rivis lacrymarum Poenitentiae.

Piiſſima haec, atque prudens ſupplicatio ſcalpello inciſa legitur, Anulo aureo, quo digitus INDEX Beatiſſimi Baptiſtae, Urbis illius, populique praeſidis, & cuſtodis a Papa Johanne XXIII. dono datus [1], diligentiſſime aſſervatur. Miſit Amicorum optimus ac beneficentiſſimus, omnigena quadam ſacrae, profanaeque antiquitatis cognitione inſtructus A. F. Gorius Baptiſterii Florentini Praepoſitus. Eſt praeterea in Aede Praecurſoris nomini illic dicata *pars Mandibulae, cum Dente* ejuſdem Johannis, argentea Theca eleganti opere incluſa. Haec olim concludebatur arcula metallica, cui Graeca epigraphe ſuperſcripta erat. Poſtquam ſacra haec Pignora in ſplendidiorem capſam translata ſunt, quid de veteri arcula acciderit penitus ignoratur, omniſque de Graeca inſcriptione memoria deperiit. Latinam tamen illius verſionem, quae una ſupereſt, Florentino Senatori, & antiquitatum cultori optimo Carolo Strozio debemus, ex cujus ſchedis deſcripſit Gorius. Ea eſt hujuſmodi.

BEATA HAEC MAXILLA PRAECVRSORIS PROPHETAE CHRISTI
VNVS ETIAM DENS MANSIT. ANTE VIAS
QVI DIXIT VENIENTIS DEI PRAEPARARE;
SED ME PROHIBE BAPTISTA AB OMNI VIA VITII.

 VI. SE-

1 Vitam illic poſuit Florentiae. S. Antoninus Chronic. part. III. tit. XXII. *Lugduni* 1587. De hac S. Praecurſoris Reliquia, tum de altera, quae Florentiae in eodem S. Johannis Oratorio eſt, de qua Petrus Bonifegnius in Hiſtoria Florentina, plura ſuppeterent dicenda; ſed notamus locum, praecipere eruditiſſimo Gorio, e quo Baptiſterii Florentini Hiſtoriam praeſtolamur.

VI. SENIS.

AEneas Silvius Piccolomineus Calliſto III. ſucceſſor datus, appellatusque Pius II, dexterum Brachium S. Baptiſtae a Thoma Palaeologo Deſpota Peloponneſiaco acceptum, Senas ipſe detulit & VIII. Purpuratis Patribus ſtipatus Prid. Nonas Majas A. MCCCCLXIV. ante Aram maximam Templi principis, in patriae ſuae praeſidium atque ornamentum, donavit[1]. Exſtare illic ajunt teſtificationem Biſſarionis Cardinalis Nicaeni, qui poſtquam Brachium illud attente eſt contemplatus, idem eſſe affirmavit, quod Conſtantinopoli pluries viderat, piaque obſervantia coluerat. Duplex, ac bilinguis Inſcriptio Thecae Senenſi adpoſita, altera Graeca, altera vero Illyrica: utramque communicavit Cl. Joſeph Fabianus, rerum patriarum ſtudioſus.

Illyrice

ΑΓΙΟΣ ΙΩΑΝΝΗΣ
PVRA DEXTERA IOHANNIS BAPTISTAE
PROTEGE SERVVM ARCHIEPISCOPVM.

Non hic Archiepiſcopum Senenſem deſignari cuivis vix attendenti apparebit; neque enim ea aetate, qua inſcriptio caelata eſt, Vrbis illius Antiſtes praecellentem hanc dignitatem fuerat adeptus, neque, ſi ad illum pertinuiſſet, Illyrice videbatur exaranda. Sequitur itaque Achajae Deſpotam alteri Provinciae Illyricianae Epiſcopo hanc Lipſanothecam primum dono dediſſe. At quum varia fuerint ultimi hujus ex Palaeologis hominis fata, variaque illius per Peloponneſum domicilia, cui potius dediſſe cenſendum eſt, ut iterum Reliquiam ſibi reſumere, indeque aſportare potuerit? Monuit, nec ne Biſſarion novam huic Thecae additam fuiſſe epigraphen, quam certe Byzantii non viderat? Obſcura res, & implicata, quae aut difficiles habeat explicatus, aut majori, quam a nobis tribui poſſit, egeat indagatione.

VII. TRE-

[1] Patet hoc ex Inſcriptione eodem in Templo poſita. Conſule Vghellium de Eccleſia Senenſi, & Oldoinum in notis ad vitam Pii II.

VII. TREVIRIS.

Francigenae, qui duce Balduino Hannoniae Comite, Graecos de Imperio dejecerunt, & Conſtantinopolim vehementi aggreſſione occuparunt, triumpho, & aeſtu victoriae incitati Vrbem diripuerunt. Templumque S. Sophiae Lipſanis nonnullis celeberrimis expoliarunt, quibus deinde ſuam Galliam, finitimaſque regiones locupletarunt. Illis acceptas referunt Trevirenſes, teſte Browero, & Maſenio [1], Thecam ex bracteis laminis argenteis inauratis cum Reliquiis, quarum poſtrema hac notatione indicatur.

ΑΙ ΤΙΜΙΑΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩ
ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ ΤΡΙΧΕΣ.

Venerandi S. Iohannis
Praecurſoris capilli.

VIII. VALENTIANAE.

HIC SVMMI VATVM DIGITVM SCITOTE LOCATVM

A BALDVINO GRAECORVM REGE LATINO
BAPTISTAE PETIIT DIGITVM, SVMENSQVE PETITVM
MILES DVM VEHERET REDITVMQ. PER AEQVOR HABERET
MORTEM IBI SVBIIT FATVM, DIGITVMQVE SACRATVM
ATTVLIT HINC NOBIS NOSTER PETRVS INCOLA GRATIS
DONATVM NOBIS A XXI. MILLE ET DVCENTIS.

Celebre eſt Coenobium Valentianae in Belgio nomini ac tutelae Beatiſſimi Johannis dedicatum. Articulus ejuſdem Sancti in theca argentea turrita adſervatur, cui primus ille verſus inſculptus. Qua ratione Aſcetae Monaſterii illius, ſub Theodorico Abbate, a Petro cive Valentiano acceperint, nedum ejuſdem Chronicon MSS., ſed exaſticon mox allatum palam facit [2]. Verum totne Balduinus S. Baptiſtae Reliquias ex Oriente advexit, ut ne dum primariis Vrbibus, ſed etiam militi, & huic forte gregario, concederet [2]

IX. MON-

1 *Antiquitatum & Annalium Trevirenſium libri xxv. Auct. Chriſtophoro Browero, & Iacobo Maſenio tom. II. lib. xv. Leodii 1671.*

2 *Arnoldi Raysii Hierogazophylacium Belgic. &c.*

IX. MONTIS VENERIS.

NATVS EX OMNE BONO IACOBVS MAZONVS IN ESTE
COENOBIO VENDAE DEDIT HOC ALTISSIMO TERRAE.

Multa diximus Diſſert. I cap. IV de Coenobio Montis Vedani, deque S. Praecurſoris Digito, qui illic adſervari pie creditur. Jamvero Inſcriptio haec, capſulae Reliquiariae inciſa, quiſnam Sacrum illud pignus detulerit, patefacit.

X. TICINI.

MENTE PII SITIS VOS HVC QVICVMQVE VENITIS
TEMPLI PRAECLARAM SVBLIMIS AD ISTIVS ARAM
VT POTE DICATIS REVERENTER EVMQVE COLATIS
HAEC SVNT CVLTA NAM SEDE RECONDITA MVLTA
PIGNORA SANCTORVM MVLTA PRECIOSA PIORVM
PASSVS PRO CHRISTO LOCVLO IACET VNVS IN ISTO
MATRIBVS EX DEMPTIS PVERIS AB HERODE PEREMPTIS
DENTEM BAPTISTAE IOHANNIS HABET LOCES ISTE
ALTERIVS PVLCRI CLAVSVM IN PARTE SEPVLCRI
IOHANNIS MANNA PIA MENSA HABET HAEC VENERANNA.

Epigramma hujuſmodi verſibus *Echoicis*, parti poſticae Arae maximae Baſilicae Papienſis inſculptum exſcripſit, vulgavitque V. Cl. Franciſcus Antonius Zacharias [1], qui licet cujuſvis litteraturae genus ſedulo complectatur, prima tamen ſua ſtudia, primaſque vigilias antiquitatibus perveſtigandis ſemper addixit. Duo indicant extrema carmina, DENTEM ſcilicet, & MANNA; primum quidem dicitur eſſe Sancti Baptiſtae, ſecundum vero ALTERIVS Johannis, idest Evangeliſtae. Hujus prodigii cauſſa maxime celebratur a ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſepulcrum Johannis Theologi; nam ut praeteream Synaxaria, quae ad diem VIII. Maii id innuunt, Julius Africanus, qui memorabilia quaeque diligentiſſime adnotavit in V. Chronographiae libro de tumulo Johannis haec habet; *Et pretiosus*

MAV-

1 *Excurſus litterarii per Italiam cap.* 11. *Venetiis* 1754.

MANNA *exiens de ſepulcro apparuit cunctis, quam uſque hodie gignit locus iſte*[1]. Scripta haec ſunt a Julio labente Saeculo III. Deinde Gregorius Turonenſis *lib.* I. *de Miraculis* de eodem Johanne affirmat, *cujus nunc ſepulcrum* MANNA *in modum farinae hodieque eructat*[2]. Tum etiam Leo Oſtienſis memorat MANNA *ſepulcri S. Johannis Evangeliſtae*[3]. Facile ergo accidit, ut MANNA, cujus tanta erat celebritas, ex ſepulcro Johannis Epheſo Ticinum deveheretur, & cum ceteris Lipſanis ſub Ara maxima reconderetur. Liquor ne an pulvis odorus eſſet, plerique dubitant. mihi vero hiſtoricorum verba perpendenti, pulvis potius, quam oleum, aut liquor aliquis videtur.

XI. VITERBII.



Feli-

1 Vid. Spicilegii Chronicon edit. Pariſienſe Goarii.

2 Cap. xxx. edit. Ruinartii.

3 *Chronica Caſinenſis lib.* III. *cap.* xxx. quod eſt de Reliquiis in dedicatione Eccleſiae *ſub* Altari repoſitis. *Pariſiis* 1668.

Felicianus Buſſius in Hiſtoria Viterbienſi lib. IV narrat An. 1376. dum Templi Majoris aedicula quaedam reſtauraretur, & murus laxandis ſpatiis disjectus eſſet, pariete incluſam inferiorem mandibulam fuiſſe repertam, quae S. Johannis habita eſt [1]. Hujus rei gratia marmor tunc in muro incruſtatum, quale nos ipſi deſcripſimus, duobus hiſce adjectis carminibus.

✝ DENOTAT HOC SIGNVM LOCVM REVERENTIA DIGNVM
PLVRIMIS IN ANNIS LATVIT HIC BARBA IOANNIS
B
REPERTA AN. D. M. CCC. LXXVI.

Quatuor autem illa elementa BB. BB., ſi dictionis barbariſmum ſequaris, facile interpretaberis *Barba Baptiſtae*. Verum eccur Johannis Baptiſtae, potius quam alterius oſſa haec eſſe dicuntur? Neque enim narratio omni teſtimonio deſtituta quicquam me commovet. Quis verba ſibi dari tam facile in hoc patietur, tamque libenter ſe credulum praebebit hiſtoriae, quam nullis prorſus litteris fulciri videbit? An adeo improvida Viterbienſium in S. Praecurſorem pietas, ut nec Reliquiam honeſtiori loco repoſuerint, nec memoriam ullam in libris Eccleſiaſticis deſcripſerint? Sed cur ego ſic ago? Ea erat temporum illorum caligo, ut facile in animos hominum obreperent leviſſimae opiniones. Quamquam non is ego ſum, qui de hactenus recenſitis Praecurſoris Lipſanis velim in alterutram partem quicquam conſtituere ac definire. Non latet id me, fuiſſe nedum Auguſtini [2], & M. Gregorii aetate [3], ſed inſecutis temporibus [4] perditos homines ac potiſſimum natione Graecos, qui turpiſſimi & ſacrilegi quaeſtus gratia oſſibus quibuſcumque Sanctorum nomina accommodabant, eaque velut genuinas Reliquias venditabant. His ergo falſarius erunt, qui facile credant eſſe tribuenda ea Divi Johannis Pignora, quae omni alia deſtituuntur probatione, praeterquam breviuſculo quodam titulo capſae inſcripto. Sed haec videant, accuratiuſque expendant, qui id genus Lipſana habere affirmant. Sane muneris, officique mei ratio id tantum praeſtolari videtur, ut ſuo loco omni liberem ſuſpicione, & ſatis probabilibus documentis fulciri oſtendam illa, quae ampliſſi-

1 Feliciano Buſſi *Iſtoria di Viterbo lib. IV. pag.* 210. *Roma* 1742.

2 *Lib. de Oper. Monach. cap.* XXVIII. *Inter opera edit. Pariſ.*

3 *Epiſtolarum lib.* XII. *ep.* XXX. *Indict.* XIV.

4 Gregorius Turon. *Hiſt. lib.* IX. *cap.* VI. Vide Epiſt. PP. Clement. IV. libellus Fraudum Regis Roberti. Raynald. *Hiſtor. Eccleſ. tom.* XIV. *Ad An.* MCCLXVIII. *Romae* 1648. Glaber. *Hiſtor. lib.* III. *cap.* VI. &c.

ampliſſimus Hieroſolymitanus Ordo ſe eſſe adeptum merito gloriatur. Interim quod bene ac ſapienter ab Innocentio PP. III. de Chriſti Jeſu Praeputio (quod ſibi variae Vrbes vindicabant) dictum accepimus, de S. Baptiſtae Reliquiis uſurpare licebit: *Melius eſt Deo totum committere, quam aliquid temere definire* [1].

CAPVT QVARTVM.

Ex veteribus Diptychis ſive litteratis, ſive figuratis cultum S. Johannis apertiſſime probari. In illis ſacratioribus Tabulis S. Baptiſtae nomen jugiter exaratum. Harum Tabularum uſum a Saeculo II. & III. viguiſſe. Diptycha figurata vel anaglypha, vel picta. Varia illorum materia, & quadruplex uſus. Sacrae Menſae impoſita. Melinei, & Voigtii callidum de his ſilentium. Canon Concilii Turonenſis illuſtratur, & perperam a Thierſio explicari evincitur. Effigies Praecurſoris frequentiſſime in his exhiberi. Quemadmodum & in Sacrorum Codicum integumentis. Eamdem ſaepe occurrere in Diptychis, Triptychiſque privatis.

PVLCHERRIMVM, atque utiliſſimum Sacrarum Antiquitatum ſtudium ita comparatum eſſe videtur, ut plurimae diſtinctaeque res occulto quodam atque admirabili foedere invicem copulentur, & dum ipſarum aliqua ſubtilius exploratur, ceterae nativa quadam ſerie, nexuque devinctae ſponte occurrant, mentique repente offerantur. Vix ſacras Aedes, ita dicam, ingreſſus, animum adjeceram his contemplandis, ſeligendiſque monumentis, quae eſſent optimi vetuſtatis nuncii, & ad veterem S. Johannis Baptiſtae cultum demonſtrandum integerrimi teſtes, multo plura ad id aptiſſima deprehendi, contra quam ipſo in aditu ſperaveram. Nam etſi paucis ab hinc ſaeculis immanis quaedam barbaries ubique Gentium incubuerit, hominumque incuria late ſe fuderit, quae Sacris etiam memoriis aut exitium importavit, aut turpem intulit confuſionem, nihilominus illuſtria illius cultus indicia, de quo quaerebam, defixa ad immortalitatem, ubique fere ſuſpexi; quumque in aliis explicandis operam ſtudiumque collocarem, alia ſe ſe in conſpectum prodidere. Praeſtantiſſimas S. Praecurſoris imagines aetate ipſa, ſive artificio commendabiles jam protuleram;

1 *Myſteriorum Miſſae lib. IV. cap. XXX. Venetiis 1578.*

Graecas, Latinaſque inſcriptiones thecis, capſellis, loculis inſculptas, vel depictas jam certo quodam ordine expoſueram, ceteraque jam expenderam monumenta, quibus ſatis accuratam, ſibique conſtantem ejuſdem cultus hiſtoriam veluti conflari putabam. At novum ſane argumentum, neque illud in poſtremis habendum, de quo hoc loco orationem adornarem, circumſpicienti mihi a Sacris DIPTYCHIS ſuppeditari intellexi; quandoquidem Beatiſſimi Praecurſoris nomen, effigiemque his etiam Eccleſiaſticis Tabulis commendatam videbam, quod permagni faciendum nemo inficiabitur, qui animo cogitabit in uſum ſanctiorum religionum ac caeremoniarum Diptycha inſtituta, uſurpataque fuiſſe. Itaque ne quid reliquum faciam illarum rerum, quibus haec praeſens cauſſa juvari, ornarique poſſe videtur, quidquid ex Diptychis ad eam confirmandam inferri, elicique poteſt, diligentiſſime complectar. Nec tamen mea oratio erit ejuſmodi, ut Diptychorum originem, eorumque uſus, ac varia genera dicendo, diſceptandoque perſequar. diſputata haec ſunt non ita pridem ab Alexandro Wilthemio [1], Joh. Andrea Schmidtio [2], Philippo Bonarrotio [3], Chriſtiano Auguſto Salig [4], Guſtavo Philippo Negeleinio [5], Joh. Henrico Leichio [6], Joh. Caſparo Hagenbuchio [7], nuperrime autem a docto Viro Sebaſtiano Donato [8]: quare de his Diptychis Eccleſiaſticis, quod unum nunc inſtat, ſermo erit, quibus Sanctorum nomina, effigieſve deſcriptae viſebantur.

Atque illud ſtatim patet ſacras ejuſmodi ac pretioſiores Tabulas in duo genera eſſe tribuendas; alia enim erant Diptycha LITTERATA, alia FIGVRATA. Illis quidem nomina mandabantur eorum, qui capti a Tyrannis per vulnera, perque cruciatus occubuerant, ſerius deinde illorum etiam, qui Chriſti fidem vita ſine labe peracta confeſſi conteſtatique fuerant [9]. Porro in his Tabulis conficiendis veteres Chriſtianos accuratam operam poſuiſſe minime eſt dubitandum, nam ſi, ut inquit Cardinalis Noriſius, *nomina haud promiſcue inſcribebantur, ſed in una pagina Epiſcopi, in alia Presbyteri, in altera Diaconi, atque in diverſis etiam Laici, ac Feminae* *Dipty-*

1 V. ad pag. 118.
2 *Diſſert. De Diptychis, Jenae* 1696.
3 *Oſſervazioni ſui Vetri &c. Firenze* 1716.
4 *De Diptychis tam ſacris quam profanis. Halae Magdeburgicae* 1731.
5 *Diſſert. Inauguralis de Dipt. Conſul. & Eccleſ. Altorfi* 1742.
6 *De Diptychis Veterum. Lipſiae* 1743.
7 *De Diptycho Brixiano &c. Tiguri* 1748.
8 *De' Dittici degli Antichi libri* III. *Lucca* 1753.
9 V. BENEDICTI XIV. *De Serv. Dei Beat. lib.* 1. *cap.* 1. *de cultu Confeſſorum.*

Diptychis conſignabantur [1]; quid ni Sanctis Martyribus, & Homologetis ſuas paginas deputarint? Ac fuit haec prima, & ſimplicior ratio, qua iis hominibus, quos nobilis & ardua virtus in coelum evexerat, ſacri honores decernebantur; ut idem eſſet in Diptycha referri, ac publica religione conſecrari [2]. Tum Myſticis ejuſmodi Catalogis ſuus inter ſacrificalia utenſilia erat locus, eiſdemque, quum res Divina perageretur, Sacrae Menſae impoſitis Diaconus thus ingerebat [3]. An hic deinde Sanctorum nominibus enunciandis ſuggeſtum conſcenderet, an vero in ipſo Altaris gradu promulgaret [4], num aliquando a Subdiacono in aures Sacerdotis recitarentur [5], examinare minime conſtitui, nec quo Sacrificii loco Diptychorum recitatio [6], aut lectio fieret, nunc inquiro, ſed illud nemini non exploratum puto in ſacratioribus hiſce antiquiſſimis Matriculis nomen S. Baptiſtae deſcriptum adinveniri. Porro, undenam excerpti illi Sanctorum Catalogi, qui in vetuſtioribus Latinorum, & Graecorum *Sacramentariis* adhuc obſervantur? Ex Diptychis in rituales Sacrificii libros tranſlati ſunt [7]: nam quum in iſtis continuata omnium precum ſeries, Eccleſiarum commodo, eſſet exhibenda, quicquid ad rem pertineret, ibidem collectum oculis ſubjicitur. Jam vero in Sacramentariis Gelaſii, Leonis, Gregorii, Eccleſiae Gallicanae, in Liturgiis Jacobi, Marci, Baſilii, Johannis Chryſoſtomi, aliiſque nomen SANCTI JOHANNIS BAPTISTAE legenti occurrit. Quia tamen ejuſmodi Liturgiae, ut nunc circumferuntur, non ab ipſis Apoſtolicis Patribus conſcriptae cenſentur, nemo nos accuſet Diptychorum uſum cum Chriſtiano Lupo [8] ab eo uſque tempore repetiiſſe. Nam ex Apoſtolorum traditione, eorumque ſucceſſoribus ſaltem profluxiſſe, nulli ambigimus; & contra audaciſſimas Zornii criminationes [9], Chladnii,

1 *Diſſert. de V. Synodo cap.* [illegible] *Operum tom.* I. *Veronae* 1729.

2 *Bona Rerum Liturgicarum lib.* II. *cap.* XII. Adde ſi placet Angeli [illegible] Diſſertationem [illegible] quae eſt prima earum quae Neapoli, ſub nomine Lucae [illegible] editae 1727. A Diptychis ergo, non ab [illegible] *Commentarius* II. repetenda.

3 Goar in ΕΥΧΟΛΟΓ. *Miſſa Chryſoſtomi*.

4 In Concilio Conſtan. V. ſub Menna Act. V. populus acclamat: [illegible] Conſule Binghamum *Origin. lib.* VIII. *cap.* [illegible] § 17.

5 Legendus omnino Cl. Bertholdi C. R. De *Oblationibus ad Altare* §. [illegible] *Taurin.* 1743.

6 Schelſtraten *de Concilio Antiocheno* [illegible] *Antverpiae* 1681. Tria Diptychorum genera in Eccleſia fuiſſe ſcribit: I. [illegible] Epiſcoporum, II. Vivorum [illegible] III. Mortuorum, ſive *Necrologium*. Sed non [illegible] Eccleſiam [illegible] ſcripta fuiſſe arbitrabitur? Fuit ergo, ut [illegible] Diptychorum, aut ſaltem [illegible] in Diptychis aſſignatus.

7 Donati ibid. cap. XIII.

8 *Notae ad V. Synod. Bruxellis* 1673.

9 *Diſſert. De Origine Diptychorum in prima Eccleſia* §. 11. *Altenburgi* 1734.

nii [1], & Schurtzfleiſchii [2] teſtimonia objicemus, qui II., & III. Eccleſiae ſaeculo harum Tabularum uſum viguiſſe probant. Quod ſi Joſepho Scaligero [3], Renaudotio [4], nonnulliſque aliis eruditiſſimis viris minime dubium fuerat, nedum vetera illa, & brevioſcula Kalendaria, ac Martyrologia, ſed *Litanias* contractiores a Diptychis promanaſſe, idemque ferme cum iſtis fuiſſe, omnis noſtra Diſſertatio IV. perſpicue, exquiſiteque evincit nullum extitiſſe priſcum Kalendarium, nullum Martyrologium, nullamque Litaniam, quae Divi Baptiſtae nomen non praeſeferat. Igitur demonſtratum eſt, illius cultum ex *Diptychis Litteratis* manifeſto probari; quod primo loco erat expediendum.

DIPTYCA FIGURATA eas dico Tabulas vel argenteas, vel eburneas, vel ligneas, quibus vericulo, ſcalpro, aut penicillo Sanctorum Imagines inducebantur. Quadruplex fuit iſtorum uſus; alia enim erant Diptycha, quae ad Altaris ornatum Menſae divinae imponebantur, alia, quae Evangeliorum codices contegebant; alia, quae inter Myſteria populo praebebantur oſculanda, alia denique, quae Chriſtiani homines ſibi effingi curabant, privatiſque in aedibus cauſſa pietatis habebant. Molineus quidem [5], & Voigtius [6] in iis, quos de Altaribus conſcripſere libros, quum de eorumdem ornatu agerent, de Tabulis figuratis prorſus ſiluere, vel quia uterque ſanctas Imagines averſaretur, vel quia priſcis temporibus id uſitatum negarent. Si primum, illorum calliditas accuſanda; ſi alterum, Canonem III. Concilii Turonenſis II. habiti An. DLXVII. opponemus, quo praecipitur, *ut Corpus Domini non in Imaginario ordine, ſed ſub Crucis titulo componatur*. Quid quaeſo his verbis imperatum? Dicam quod res eſt. Quum olim EVCHARISTIA Turriculis, Ciboriis, argenteiſve Columbis incluſa aſſervaretur [7], juſſum eſt a Patribus Turonenſibus, ne ea repoſitoria inter Sanctorum Imagines in Altari poni ſolitas ſuſpenderentur, ſed infra Crucem, quae media aſſurgebat, ut aptior eſſet rerum diſpoſitio, ac nobilior, vereque conveniens locus Corpori Chriſti deputaretur [8]. Nec

1 *Miſſ. Sacror. Rituum Tit. De Dipt.* Vitembergae 1641.

2 *Controverſiae Antiquit. Eccleſiaſt.* XXXVI. Lipſiae 1731.

3 *Ep. ad Marcum Velſerum.* Vltrajecti 1647.

4 *Liturg. Orient.* tom. II. *Obſerv. in Lit. Syriac.*

5 *Petri Molinaei de Altaribus, & Sacrificiis Chriſtianorum*. In Collectaneis opuſculorum variorum Steuelii.

6 *Gothof. Voigtii Thyſiaſteriologia, ſive de Altaribus*. Hamburgi 1709. curante Fabricio.

7 *Traité de l'Expoſition du Saint Sacrement* tom. 1. lib. 1. chap. 7. à Paris 1673.

8 Sirmondus Notis ad hunc Canonem. Labbe tom. 5.

Nec ſatis mirari queo eruditiſſimum alioquin Thierſium libro *de Altaribus* [1], aſſirmare nil aliud vetitum eo Canone fuiſſe, quam ne Euchariſtia in capitulis columnarum, aut parietibus Templi, ubi unice Imagines fuiſſe contendit, collocaretur. Parum in hoc ſibi conſtat, illique memoria certe exciderant, quae paullo antea ſcripſerat in tractatu Gallico *de publica Sacramenti Oſtenſione* [2]; nam quum loca omnia enumeraſſet, in quibus Corpus Chriſti cuſtodiebatur; nempe thecas, tabernacula, aediculas juxta Altare, aut in Secretario poſitas, numquam illi in mentem venit de Templi columnis, & parietibus quicquam cogitare; quod ſane abſurdum illi viſum fuiſſet, niſi putaſſet hac qualicumque Canonis Turonenſis explicatione abſurdiorem ſententiam ſe poſſe tutari, ante Saeculum X Imagines in Altari poni minime conſueviſſe. Tabulae itaque effigiatae ante id tempus inter Altaris ornamenta ſunt recenſendae [3]. Non autem haec ſemper Diptychae & bipatentes, ſed ſaepe Triptychae, & ad modum plutei, qui duobus oſtiolis, interius, exteriuſque ornatiſſimis, claudebatur. Aliquando unica Tabula omnis affiguratio continebatur. Et ſi in his imagines SS. quos quiſque impenſius colebat, effingerentur, Divus Baptiſta ob maximam ſui nominis celebritatem crebro occurrebat. Extat Florentiae in Muſeo Goriano Tabella eburnea fere bipalmaris, oblonga, & in triangulum iſoſcelem ſuperne deſinens, quae media Triptychi cujuſdam facies eſſe deprehenditur. Totam trianguli aream occupat Aeterni Patris imago, in rectangulo inferiori vero Beatiſſima Deipara puerum Jeſum gerens; dextrorſum S. Johannes Baptiſta, & S. Margarita: ſiniſtrorſum S. Antonius Abbas, & S. Catharina. Tri-

1 *Diſſertation ſur les Principaux Autels de l'Egliſe chap. 12. à Paris 1688.*

2 [illegible]

3 [illegible] ſingulorum [illegible] Chriſti [illegible]

[illegible] *de ſacro Miniſterio* [illegible]

Triptychum ejuſmodi pro altaris ornatu conſtructum nullus dubito: cetera jam ſunt excutienda.

Veteris rei domeſticae ſtudioſis non incomperta ſunt illa librorum integumenta, ſcortea, lignea, eburnea, metallica, quibus inſerti a pulveris, temporiſque injuriis conſervarentur, quae Cicero *Sittybas* appellat, & modo ſplendidiora, modo ſine ulla exornatione, pro cujuſque libito conſtruebantur. Chriſtiani ſacris maxime Codicibus [1], ſittybas effigiatas aptari faciebant; iiſque prae ceteris, quibus ſacra Evangelia eſſent deſcripta. Gregorius Magnus miſit Adulovaldo *Lectionem Evangelii incluſam Theca Perſica* [2], Rex Childebertus auro puro, gemmiſque contegi praecepit [3], & Berardus Abbas Monaſterio Farfenſi reliquit *Miſſalem cum tabulis argenteis, & eburneis*, item *Orationalem cum tabulis eburneis* [4]: ut alia omittam, quae a Schmidio *de cultu Evangeliorum* [5], & longe accuratius a Cl. Catalano [6] in hanc rem ſuppeditantur. Plura ſuperſunt id genus Diptycha, quibus veteris, novique Teſtamenti illuſtria facta, Sanctorum Virorum, Epiſcoporum, Imperatorum etiam imagines inſculptae viſuntur, Vaticanum [7], Barberinum [8], Vercellenſe [9], Rambonenſe [10], Trevirenſe [11], Veſuntinenſe [12], S. Michaelis de Murano [13], Senenſe [14]. Huic poſtremo adfixae ſunt tabellae ligneae bracteis argenteis inauratis inſtratae. Orbiculi ex encauſto eiſdem inſerti Sanctorum imagines referentes, inter quas effigies S. Johannis comparet. Quod ad tertium Diptychorum Ordinem ſpectat, his numquam S. Praecurſoris imaginem, niſi per inſcitiam, arbitror inſculpi potuiſſe. Poſt ſublatum ob hominum improbitatem veterem morem, quo *Communicantes* oſculo ſe invicem ſalutabant, pacemque mutuo adprecabantur,

1 Reverà talia ornatu in Codicibus [illegible] Bartholinus [illegible] *de* [illegible] *MSS. Romae* 1715.

2 *Epiſtolar. lib.* [illegible] *ep.* [illegible]

3 Gregorius Turonenſis *Hiſt. Francorum* l. [illegible]

4 Libro *de Caſibus inſignibus Monaſterii Farfenſis* apud Muratorium *Antiquit. Medii Aevi* Tom. [illegible] *Diſſert.* [illegible] *Mediolani* 1743.

5 *Romae* 1690.

6 *De Codice S. Evangelii lib.* [illegible] *cap.* [illegible] *Romae* 1741.

7 Conſule Epiſtolam [illegible] ad [illegible] de [illegible] Romano An. 1743.

8 Auri [illegible] vulgavit Cl. [illegible] in Praefat. Oper. V. Thomaſii Tom. [illegible] Romae 17[illegible].

9 Praefatum Evangeliario [illegible] a Cl. [illegible] Mediolani 1748.

10 [illegible] lib. cit.

11 Apud W[illegible].

12 Apud Salig. cap. [illegible] num. [illegible]

13 Edidit Coſtadonius Tom. [illegible] Collectionis Calogerianae 1748.

14 Adſervatur Senis in Noſocomio. Eſt autographum S. Johan. Chryſoſtomi commentaria in Evangelia [illegible] a Senenſibus [illegible], ut in *Diario Italico* cap. [illegible] *Pariſiis* 1702. ipſi [illegible]. Sed Codex [illegible] ipſa Evangelia Graeca [illegible] complectitur.



NEDICTI XIV. P.O.M. Secondo [illegible] fec.

bantur [1], conſtitutum fuit ſapienter, ut aliqua pia tabella, ac ſacra imago ligno, ebore, argento, aut marmore expreſſa oſculanda praeberetur, quae idcirco *Oſculatorium pacis*, *Aſſer ad pacem*, *Marmor deoſculandum* dicta eſt. Quae quidem nomina, quum primo in Conciliis, Statutiſque Anglicanis occurrant, ut ait Spelmannus [2], facile intelligimus illuc primum conſuetudinem fuiſſe invectam. Verum in hiſce oſculatoriis, ſive monotypa, ſive bipatentia eſſent, nullae aliae imagines effingi par erat, quam eae, quae aut placidiſſimae concordiae, mutuaeque paci inter Chriſtianos perpetuo habendae alluderent, aut ſacrificationem auguſtiſſimi corporis JESU CHRISTI utcumque ſignificarent [3].

At ſi nulla S. Praecurſoris imago hic videtur eſſe quaerenda; ultro illa ſe ſe offeret in poſtremo Diptychorum genere. Quamquam ſi privatas omnes Tabellas, quibus S Baptiſtae imago ſcalpro, aut colore indita eſt, velim numerando percenſere, minus ſapienter quaeſtioni proviſum eſſet; ſuſciperetur enim infinitum diſputationis genus, quod exitum vix reperiret. Nam quum nulla extiterit gens, nulla natio, nullus hominum ordo, qui a S. Johanne ſalutem, praeſidiumque non expectaret, ubique illius icon depicta, ubique tutelae, & obſervantiae cauſſa adſervata. Ex Gazophylacio Pariſienſi S Genovefae edidit Dufreſnius tabellam Graecanicam [4], in qua Chriſto Jeſu, ejuſque Divinae Matri copulatur Johannes Prodromus, atque hanc in privatum uſum elaboratam, conſtructamque fuiſſe, exigua illius area ſuadet. Ejuſdem omnino rationis Triptycha duo Moſcorum, quae Agiologi Antuerpienſes [5] protulerunt, effigie Beati Johannis inſignita. Verum haec libenter praetervehimur, & ad lautiorem quamdam dignitatem, exiſtimationem, utilitatemque huic libro conciliandam, Triptychum elegantia, pretio, multiplicique repraeſentatione omnium praeſtantiſſimum nunc primo publica luce donamus, ejuſque explanationem, prolixe cumulateque adjungimus.

CA-

1 V. Menardum ad Sacrament. Gregorii PP. pag. 177. Pariſiis 1642. Bellotium ad Ritus Laudun. p. 478 Pariſiis 1672. &c.

2 In Gloſſario Archaiologico Tom. II. Londini 1664.

3 BENEDICTUS XIV. De Sacrif. Miſſ. lib. II. cap. XX. num. 15.

4 Praefixa Diſſertationi de Nummis inferioris Aevi. Pariſiis 1678.

5 In Proleg. Act. SS. Maii.

CAPVT QVINTVM.

Mira Sanctiſſimi Patris BENEDICTI XIV. in Chriſtianis monumentis comparandis cura ac diligentia. Ex privato illius Cimeliarchio TRIPTYCHVM *eburneum Graeci operis, Tuderto advectum, nunc primum eruditorum oculis proponitur. De Eboris uſu in Sancto Miniſterio nonnulla afferuntur. Altaria, Cruces, Calices, Patenas, Candelabra ex ebore quandoque fuiſſe exemplis luculentis demonſtratur. Itemque Iconas Sanctorum, Altaribus ſuperponendas.*

INTER maxima, & praeclara ſcientiarum commoda, & adjumenta, quibus illae feliciter ali, atque foveri ſolent, praecipuum, ac pene divinum cenſendum eſt, ſi Principem ac patronum litterarum ſtudioſum nanciſcantur, cujus non tam munificentia, quam exemplo augeri, ornarique contingat. Praeſentiſſimum hoc tutelae numen videntur profecto adeptae liberales diſciplinae omnes, poſtquam rerum cum divinarum, tum humanarum poteſtas uni BENEDICTO XIV. P. M. delata eſt. Nam quis eſt qui neſciat illum inter ceteras egregias animi dotes, omnem vitam, omnemque fortunam cum optimarum artium ſtudiis perpetuo conjunxiſſe? Nunc autem ad ſupremum Eccleſiae faſtigium evectus, quamvis multis graviſſimiſque officiis diſtentus, eas litteras, quas in omni vitae genere comites habuit, abs ſe numquam divelli patitur, & ſi quid ſibi concedatur otii, illud omnino in libris ponit. Ex hac innata penituſque illi inſita doctrinae aeſtimatione nobiliſſimus ardor dimanat, quo optimarum artium ſtudia provehit, & ad illa excolenda doctiſſimos quoſque propoſito exemplo incitat, atque inflammat. Atque ad ea imprimis amplificanda animum mentemque ſapientiſſimus Pontifex convertit, quibus ſacerrimos Religionis Ritus confirmari poſſe, eorumque originem, aut vetuſtatem perſpicue oſtendi intelligebat. MVSEVM CHRISTIANVM illius cura, & impenſa inſtauratum, quodque omnium ſaeculorum poſteritas admirabitur, hic iterum appello. Multa enim in re Chriſtiana percipi hinc poſſe emolumenta is tantum inficiabitur, qui ſit in ſacris diſciplinis plane rudis, earumque naturam penitus ignoret. Itaque ex hoc illuſtri Cimeliarchio, Triptychum Tuderto advectum, tanti Principis liberalitate tabulis aereis inci-

ſum

ſum evulgamus, & ad Praecurſoris cultum uberius demonſtrandum, velut teſtem locupletiſſimum, certiſſimumque accimus: ſic autem de eo dicere incipiemus.

Eburneum eſt, atque ex earum tabularum genere, quas primo loco recenſuimus, quaſque ad Altaris ornatum Menſae ſacrae imponi conſueviſſe paullo ante docuimus. Porro quum Ebur apud antiquos maximo in pretio eſſet, ut Romani, Graecique homines nihil ſumptuoſius, nihilque magnificentius haberi poſſe cenſerent, quam ſi domeſtica utenſilia ex ebore pararent [1]; cauſſa praeſto eſſe videtur, cur Chriſtiani ſacram ſupellectilem, qua Altaria inſtruebantur ex hac tunc pretioſiſſima materia confici curarent, ſplendidiſſimam ſiquidem apparationem eſſe adhibendam, & Aram ſacrificam omni ornatu decorandam, quum coeleſte convivium populo daretur, re ipſa admonebantur. Quamobrem vaſa ex ebore *in Sancto Miniſterio* ſaepenumero occurrunt. S. Everardus Comes, Abbatiae Ciſonienſis in Dioeceſi Tornacenſi fundator, An. DCCCXXXVII. *de paramento ſuae Capellae* legavit Filio Berengario ſecundo loco genito *Calicem* EBURNEUM [2]. In deſcriptione Theſauri Abbatiae Centulenſis, ſive S. Richarii An. DCCCXXXI. praeter *Capſam Reliquiarum* EBURNEAM, recenſetur *Offertorium* (Patenam) EBURNEUM [3]. Leofricus Epiſcopus Exonienſis, *ut anima ejus eſſet Deo acceptior*, Monaſterio, quod erat in ſuo territorio An. MLXXI. reliquit *Altare oſſeum*, *magnas Cruces oſſeas*, *Calicem oſſeum*, *& oſſea Candelabra* [4]. Recte quidem opinantur Dodſworthius, & Dugdalius *Monaſtici Anglicani* auctores omnia ea *oſſea* utenſilia, Eborea vere fuiſſe. Praeterea in repertorio Eccleſiae Eboracenſis legitur, *Cornu de* EBORE *ornatum cum argento deaurato* [5]. In altero Eccleſiae S. Paulli Londinenſis, *Cornu* EBURNEUM *gravatum beſtiis, & avibus. Ciſtula* EBURNEA, *continens Reliquias* S. JOHANNIS BAPTISTAE [6]. Item Burchardus cognomento Ingenitus.

1 Teſtimonia aliquot collegit Angelus M. Bandinius libello cujus inſcriptio: *In Tabulam Eburneam obſervationes &c. Florentiae* 1746.

2 Aubertus Miraeus in *Codice Donationum* piar. *Bruxellis* 1624.

3 *Chronicon Centulenſe* lib. III. cap. III. in *Spicilegio* Dacherii *Tom.* IV. *Pariſiis* 1661.

4 *Monaſticon Anglicanum Tom.* I. *Londini* 1655.

5 In illius additamento.

6 Ibidem. Monumenta haec Anglicana veteribus [illegible] legenti, occurrunt Donationes Capellaniae, Oblationes [illegible] in honorem S. Praecurſoris [illegible] in Regno olim conſtitutae. Item Monaſteria, Templa, [illegible] illius conſecrata, Imagines, & Reliquiae ſummo in honore habitae; ſed haec omnia [illegible] [illegible], [illegible], quae [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

nitus, vertente Saeculo x. Monaſterio S. Galli, cui praeerat, dono dedit *duo cornua ex ebore mirae magnitudinis* [1]. Eadem materia conſtabant tabulae, de quibus nunc ſermo eſt, quaeque SS. imagines vix exſtantes & poſtypae ſcalptoris manu deformatas referebant. Comes Everardus Filio natu majori Vnroch *Tabulas eburneas auro paratas* [2], & S. Riculfus Eccleſiae ſuae Helenenſi *Tabulas eburneas duas* [3] teſtamento reliquerunt. Quibus adde *Tabulas eburneas ex argento paratas* in Sceuophylacio S. Richarii [4]. Quis eſſet illarum uſus teſtantur verba donationis factae a Theobaldo Abbate S. Liberatoris in Comitatu Teatino Anno Domini MXIX. *Poſui ſuper altare S. Liberatoris unam Iconam* EBVRNEAM, *in qua caelata eſt imago Sanctiſſimae Genitricis Dei, & Virginis Mariae, & hinc inde imagines Sanctorum Martyrum* [5]. Jam illud eſt apertius, quam ut alia teſtificatione indigeat, harumce tabularum uſum ante Saeculum x. obtinuiſſe, ac poſt datam Eccleſiae pacem perduraſſe.

CAPVT SEXTVM.

Figurae, quae mediam Triptychi cellulam occupant, deſcribuntur. Ibidem Iohannes Chriſto, ejuſque Matri aſſidens. Receptum id conſtanti more apud Graecos. Locus Sophronii Archiep. COpolitani teſtatiſſimus. Trium harum imaginum pictura in tabulis Graecanicis, atque Moſchis. Eadem conſociatio Ieſu, Deiparae, & Baptiſtae in anaglypho marmoreo Baſilicae Marcianae. De eo paucis diſſeritur. Quid de illo Sanſovinius. Iohannes Patriarcha COpolitanus ſacrum flammeum tribus hiſce figuris decorari mandat. Vetus Stola opere phrygio Sacrarii Vaticani eiſdem ornata. Praecurſor Mariae comes datus in Sigillo Beſſarionis Cardinalis. Comes Fridericus Pulpitum Templi S. Vitonis iiſdem imaginibus elegantiſſime perornat.

NVnc ſibi ad oculos referat Lector primum noſtri Triptychi ſchema. Reſeratis utrinque oſtiolis in adſpectum venit media & princeps illius facies, in tres veluti cellulas diſſecta. Cathedrae pulvillo oblongo, & ſuppedaneo inſtructae, atque opere artifi-

1 Apud Caniſium *Antiquarum lectionum T. v.*
2 Miraeus ubi ſupra.
3 Teſtamentum Riculfi Ep. Helenenſis ed. à Baluzio in *Appendice ad Reginonem Pariſiis* 1671.
4 Apud Dacherium l. c.
5 Muratorius *Antiquit. Medii Aevi Tom.* IV. *pag.* 118.

artificioſiſſimo elaboratae aſsidet JESUS CHRISTUS tunica, & pallio indutus, dextera manu modeſte geſticulans, laeva vero librum apprehendens. Famulantur pone illum coeleſtes duo appari tores, celereſque Divini Numinis miniſtri: duabus aliis Imaginibus ſuppoſito hypopodio ſtantibus, erectiſque ne litteram unam aſſinxit artifex, qui tamen ceteras omnes ſua inſcriptione notavit; idque prudenter, conſiderateque. Nam quis eſt Graecarum conſuetudinum vel leviter eruditus, qui continuo non advertat BEATAM DEI MATREM, & JOHANNEM BAPTISTAM hic repraeſentari? Tanta ſemper fuit gentis illius in Praecurſorem veneratio, ut in quavis pictura Chriſto Jeſu, & Deiparae Divi Baptiſtae imaginem addi conſueſcerent. Atque id nitide, diſerteque teſtatur locus Sophronii Damaſceni, primum Sophiſtae, deinde ex Monacho Hieroſolymorum Archiepiſcop: An. DCXXIX. in Encomio SS. Cyri, & Johannis: ἐλθόντες εἰς ναὸν τινα πάλαιον . μεγίστην εἰκόνα καὶ θαυμασίαν ἐβλέπομεν μέσον μὲν τὸν δεσπότην χριστὸν γεγραμμένην χρώμασιν ἔχουσαν, χειρῶν δὲ τὴν μητέρα καὶ δέσποιναν ἡμῶν τὴν Θεοτόκον, καὶ ἀειπαρθένον ΜΑΡΙΑΝ εὐωνύμων, καὶ ἐκ δεξιῶν ΙΩΑΝΝΗΝ τὸν ΒΑΠΤΙΣΤΗΝ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος καὶ πρόδρομον. *Ingreſſi templum aliquod perfectum maximam imaginem, & admirabilem videbamus, quae quidem in medio Chriſtum Dominum coloribus depictum habebat, Chriſti vero Matrem Dominam noſtram Dei genitricem, & ſemper Virginem* MARIAM *ſiniſtrorſum, & dextrorſum* JOHANNEM BAPTISTAM *ipſius Salvatoris praecurſorem*[1]. Vetus autem iſta Chriſti, Mariae & Baptiſtae conſociatio, quam Sophronius in pictura ſuſpiciebat, quam in Graecanicis tabulis S. Genovefae, & Moſcorum animadverterant Ducangius, & Papebrochius[2], quam denique in noſtro hoc Triptycho admiramur, fuerat adeo Graecorum animis inſita, adeo ab illis uſurpata, ut in quovis ſacrarum antiquitatum genere ſe prodat. Ad ampliſſimam illam Venetorum Baſilicam Graecis omnibus decoramentis inſtructam, atque inſignem libet iterum oculos animumque convertere. In exteriori Templi facie prope ad portam Baptiſterii muro inſertum viſitur anaglyphum oblongum ex Pario marmore, cujus deſcriptionem licet anguſto ſpatio concluſam, accuratiſsimam tamen, hujus libri anteloquio praefixi. Tribus loculamentis, quae columnis Medianis in ſpirae formam ſtriatis disjunguntur, pulvillis lapideis rubi-

1 Inter Act. Concil. Nic. II. Actio IV. Labb. Tom. VII.
2 Capite ſuperiore.

rubrico, auroque diſtinctis inſtant Jeſus Chriſtus, Beata Virgo, & Johannes Praecurſor. unicuique litteris compendiariis ſuum additur nomen, ſcilicet IC. XC. MHP. ΘΥ Ⓐ IΩ. Humanae ſalutis auctor Chriſtus volumen in ſcapum convolutum ſiniſtra manu tenet, dextera aut *Benedicit* ritu Latino, aut oratorio more geſticulatur [1] Deipara, vero, ac Baptiſta porrectis manibus Deum precibus ſalutant. Sunt qui cenſent totum opus architectonicum, quo imagines circumornantur, poſteriori aetate fuiſſe eiſdem accommodatum utcumque res ſe habeat, eo libentius has imagines in aſpectum lucemque proferre decrevi, quod nullus hactenus de tam illuſtri toreumate deformando, edendoque conſilium ſuſceperit Illuſtrius ſane illud appellarem, ſi quam fidem auctoritatemque habere poſſent ea, quae de illius fabrica, & conſtructione a Sanſovinio narrantur. *Nel cantonale della deſtra vicino alla porta del Battiſtero ſono tre figure, chiamate i tre Santi di mano di un ſanto Uomo Scultore, il quale avuto comandamento da Deciano* (corrige *Diocleziano*) *Imperatore, che ſcolpiſſe Giove, Giunone, e Mercurio, fece un Gesù Criſto, una Noſtra Donna, e un S. Giovanni Battiſta, onde fu percio da quell' empio martirizzato Et eſſe Statue furono portate da Aquileja a Venezia* [2]. Alterum hujus conſociationis teſtimonium eſt apud Johannem Cantacuzenum. Conſueverant Antiſtites Conſtantinopolitani flammeo caput protegere, & operire, ſed alto, & inornato. At Johannes Patriarcha, quum Andronici filio, cognomento item Johanni, Imperatoria corona caput evinxiſſet, tantoque inſigni honeſtaſſet, de nova quadam ſibi dignitatis ſpecie adſciſcenda cogitavit, flammeumque imaginibus decoravit At quas praetulit? quas putavit ſplendidiores? quas recte copulari poſſe exiſtimavit? Audiendus Cantacuzenus. καὶ τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν, ἣν τοὺς Πατριάρχας ἔθος φέρειν, ἣν μὲν τῷ σχήματος οὐκ ἔτι τὸν μεταζόνειν, ὀθόνῃ περιειλημμένην πρότερον, αὐτὸς κατεκόσμησε χρυσῷ, εἰκόνας αὐτῇ τοῦ τε σωτῆρος ἡμῶν ἐγγράψας Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἀχράντου Θεο-

1 Vide quae diximus Diſſert. V. cap. 11

2 Venezia deſcritta &c. (pag. 103.) Venezia 1663. Non Baptiſtam, ſed Evangeliſtam hic ſculptum ſcripſit Sanſovinus, ſed aut ipſius inconſiderantia, aut typographi incuria hoc errorum irrepſit; nam notis compendiariis manifeſte Prodromum eſſe demonſtrat. Perperam etiam Statuas vocat, quum anaglyphae imagines ſint. Decianum praeterea pro Diocletiano poſuit. Extant adhuc Aquilejae monumenta Diocletianeae vexationis in Chriſtianos. Confer Bertolium *Antichità di Aquileja pag. 383.* Venetiis 1739.

Θεοτόκου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. *Et flammeum, ſeu tegmen capitis, quod antea Patriarchas, ſi de Monachis non eſſent, album ferre mos erat, ipſe auro illuſtravit, depictis in eo imaginibus Servatoris noſtri, & illibatae ejus matris Deiparae, &* JOHANNIS BAPTISTAE [1]. Quamquam in tali re libentius domeſtica ac noſtra, quam externa ac remota commemorabo. Quum ante paucos menſes juſſu, & ſumptibus Optimi Maximique PONTIFICIS aedicula Sacrarii Vaticani, Lipſanis reponendis, cuſtodiendiſque addicta, ſplendidiori ornatu, laxatiſque ſpatiis in melius, ac majus reſtitueretur; Reliquiae omnes illinc aſportatae ſunt, quas dum venerabundi contemplaremur, occurrit vetus *Stola* ſatis lata, & perlonga, opere phrygionico diligentiſsime variata, & aureis filis contexta [2]. Haec, quia a viro egregia virtute conſpicuo adhibita creditur, inter Reliquias merito aſſervata eſt. Sanctorum imagines acu pictae Stolam a vertice uſque ad extremam oram diſtinguunt. In ea autem parte, qua collo aptatur, tres orbiculi ſunt aurea corona circumdati: iis ſubtili artificio *οἱ πρόσωποι*, ſuis nominibus notatae, viſuntur. Orbiculo qui medius eſt, Servatoris Jeſu IC. XC., dextrorſum Mariae Virginis ΜΗΡ ΘΥ; ſiniſtrorſum Divi Baptiſtae, ΙΩ ΠΡΟΔ. Atque haec Stola, ſi quid recte conjectamus, ante flammeum Patriarchae Johannis acu elaborata videtur.

Neque vero quis arbitretur poſt fatales rei Chriſtianae in Oriente caſus aut concidiſſe, aut ſaltem fuiſſe imminutam hanc Graecorum pietatem erga S. Praecurſorem. Signa ac indicia clariſſima patefacta ſunt ab iis, qui *ὀρθοδοξίαν* retinere, noſtriſque favere partibus ſtuduerant. Inter eos magnum eſt BISSARIONIS CARDINALIS NICAENI, & EPISCOPI TUSCULANI nomen. De incliti hujus viri voluntate in Divum Baptiſtam propenſiore teſtatur ectypon Sigilli ejuſdem, quod apud me eſt. Ibi ad laevam B. Virginis infantulum Jeſum geſtantis [3] aſſidet Praecurſor, velut fidiſsimus Chriſti, & Deiparae comes.

Quam-

1 *Hiſtoriar. lib.* III. *cap.* XXVI. *Pariſiis* 1645.

2 Meminimus ſane Theodoretum H. E. lib. II. cap. XXVII. narrare Conſtantinum M. dediſſe Macario Hieroſolymorum Epiſcopo ut ἱερὰν στολὴν ἐκ χρυσῶν νημάτων κατεσκευασμένην, *ſacram Stolam contextam filis aureis*; ſed non adeo huic noſtrae tribuimus, ut illam ipſam eſſe contendamus.

3 A Graecorum more profecto recedit hujus Sigilli ſculptura. Hi quidem Chriſtum quamvis infantulum ſtantem ante matrem repraeſentabant; Latini primum, ut videtur, illum eam effinxerunt Jeſum utroque brachio complectentem. Apud Ant. Boſium in Gregorio III. num. 14. (quod occurrit, *facit in Oratorio ſancto, quod Praeſepe dicitur, imaginem auream Dei genitricis amplectentis, Salvatorem Dominum*.



Quamquam non ita Graecorum peculiare id fuit, ut nulla exſtent apud Latinos exempla. Hugo Flaviniacenſis in Chronico Virudunenſi Parte II. enumerans beneficia a Comite Friderico Godefridi Ducis filio collata monaſterio S. Vitoni in Burgundia, poſt Templi reſtaurationem, fabrefactum ſcribit illius pecunia Anno MIV. *Pulpitum, quo Evangelium recitatur, aere crebris tunſionibus in laminas tabulaſque producto, & deaurato, ſatis accurate, & eleganter.* Huic imagines circumquaque *ſculptorio, & polymito opere exaratae. In facie autem Dominus* JESVS *in throno majeſtatis reſidens, &* VIRGO *Mater, &* BAPTISTA *Iohannes apparet.. Dextra laevaque Domini Angeli Redemptori obſequium exhibentes* [1]. Ex omni itaque parte conſentit cum probatiſsimis monumentis, & exemplis princeps noſtri Triptychi repraeſentatio.

CA-

1 *In Bibliotheca Mſſ. Labbei Tom. I. Pariſiis 1657.*

CAPUT SEPTIMUM.

De Chriſti Sella, & hypopodio in prima noſtri Triptychi facie expreſſis diſputatio inſtituitur. Etſi Graeca tota hujus operis ratio Dominum Jeſum more Latino Benedictionem ibidem impartiri. Graecis id uſitatum ex Nummis, Gemmis, aliiſque monumentis inferioris aevi oſtenditur. Cauſa cur illi adſint Angeli ex Athanaſio. Angeli utrinque adpoſiti S. Baptiſtae in veteri Sigillo Archiep. Florentini. In eodem Schemate Deipara velo, palla laciniata, calceiſque donatur. De re veſtiaria mulierum Hebraearum obſervationes.

HAEc poſtquam ex ſententia peregimus, cultumque S. Baptiſtae novo probationis genere demonſtravimus, penſanda explicandaque exhibentur cetera Imaginum adjuncta, quae eodem ſchemate continentur. Ac primo de *Sella*, ſeu Throno ſacro, cui inſidet Chriſtus. Dignitatis, potentiae, majeſtatiſque indicium ſemper habita eſt Sedes, tum apud Hebraeos, in quorum libris Deus ſedens frequenter exhibetur, tum apud Ethnicos, qui forte ſacrarum litterarum lumine edocti, Numinibus ſuis marmoreas, aureaſque Sellas inter ſolemniora munera offerebant, ut lectiſſimis exemplis probat Johannes Nixon in commentario ad Marmor Eſtonianum [1], tum denique apud ipſos Chriſtianos nulli enim dubium eſt a primis uſque temporibus ſacrorum Antiſtites ſingularem, celſamque ſedem in templo obtinuiſſe, quod ubertime cuivis patebit ex praeclara Diſſertatione, quam adornavit amicus noſter optimus, & Vir antiquitatis ſcientia eruditiſſimus I. B. Paſſerius, inſcripſitque *de Sacro Throno* [2]. Huc ſpectant Prudentii carmina [3]:

> *Fronte ſub adverſa gradibus ſublime Tribunal*
> *Tollitur, Antiſtes praedicat unde Deum.*

Quare Hieronymus de la Higuera *de Diptycho Toletano*, rectiſſime ſcribit, *a principio Eccleſiae inoleviſſe, ut Pontifices in altis locis ſedes haberent* [4]. Quae quum ita ſint, optimo jure Chriſto Jeſu, qui vere fortiſſimus Rex, animarumque noſtrarum Epiſcopus [5], idemque

1 *Diſſert. de Sella Marmorea Veteri Eſtoniae conſervata. Londini* 1744.

2 *In Theſauro Gemmarum Aſtriferarum Tom. III. Diſſert. XII. Florentiae* 1750.

3 PRVDENT. *Hymn.* XI.

4 *Num.* XXXVI. *Tarracone* 1617.

5 *Petri Ep. I. cap.* II.

que doctor ac magiſter eſt, Cathedra in noſtro hoc Triptycho tributa videtur. Argenteam imaginem *Salvatoris ſedentis in Sella*, teſte Anaſtaſio [1], poſuit Conſtantinus in Baſilica ſua. Illud praeterea notandum artificem throno addidiſſe *ſcabellum*, *ſubſellium*, *ſuppoſitorium*, quod Perſas primum ad augendam dignitatem excogitaſſe tradit Clemens Alexandrinus [2], vetereſque omnes pro honoris indicio habuiſſe probat Chimentellius ad Marmor Piſanum [3]. Hinc praeclara illa Hieronymi ad Euſtochium admonitio; *quando in conventum Fratrum veneris, aut ſororum, humilius ſedeas*, SCABELLO *te cauſeris indignam* [4].


Iterum ac tertio de ritu *Benedicendi* mihi ſuſcipienda oratio eſt, nam ea digitorum diſpoſitione quam dextera manu Chriſtus praeſefert, quidnam demonſtrare ſcalptor cogitaverit, omnino ambiguum. Si illum docentem, praeceptaque ſanctiſsima tradentem effinxiſſe dicemus, poſſet id confirmari ex antiquis Gemmis, Picturis, Sarcophagis, in quibus Poetae, Philoſophi, Oratores hoc geſtu exprimuntur. Si autem *Benedicentem* repraeſentaſſe affirmabimus, ad manus eſſent innumera, & aptiſsima in eam rem exempla. Quamvis enim Graeca ſit tota operis ratio, non inſolens tamen in Graecanicis Monumentis Chriſtum *Benedictionem* impartiri ea digitorum conformatione, qua Latini utuntur. Graeca ſunt numiſmata *Michaelis Rhangabe* [5] & *Romani Lecapeni*, illa quidem Saeculo IX., haec autem XI. percuſſa [6]. Atqui in his totius mundi Servator Latinorum in morem benedicere conſpicitur. Sequitur itaque aut hoc diſcrimen Latinae, Graecaeque Benedictionis in ſeram aetatem eſſe rejiciendum, aut Graecos promiſcue utramque adhibuiſſe. Longe id clarius ac vividius pateſcit ex altero monumentorum genere. In praeclaro jaſpide Dactyliothecae S. Genovefae Pariſiis Chriſtus librum ſiniſtra tenens, dexteram binis extenſis digitis protendit, addita epigraphe IC. XC. O. ΕΛΕΗΜΩΝ: *Ieſus Chriſtus miſericors*. in altera facie XC. O ΘΕΟC EIC CE ΕΛΠΙΖΩΝ ΟΥΚ ΑΠΟΤΥΓΧΑΝΕΙ. *Chriſtus Deus, qui in te ſperat, non fruſtratur* [7]. In veteri Tabella ejuſdem Muſei Chriſtus in Cathedra ſedens effingitur, dextera Benedictionem ad Latinorum

1 *In S. Silveſtro.*
2 *Stromat. lib. I. cap. XVI. Oxonii 1715.*
3 *De honore Biſellii. Bononiae 1666.*
4 *Epiſt. XXII. Edit. Pariſienſ.*
5 *Apud Bandurium Numiſmata Imp. a Trajano Decio ad Palaeologos Tom. II. pag. 712. Pariſiis 1718.*
6 *Ibi pag. 740.*
7 *Apud Lamium De Chriſto ſolidatis manibus Benedicente. In Miſcellan. Lipſien. Vol. XI. Part. I. Lipſiae 1747.*

tinorum conſuetudinem impartiens, altera Evangelium tenens [1]. In pictura Graeci Codicis ſub Baſilio Macedone exarato Chriſtus ſedens, Evangeliorumque librum apertum gerens, erecta manu Familiae Auguſtae in altera tabella e regione depictae jubet bene eſſe his verbis: *εἰρήνην ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*, *pacem meam do vobis* [2]. Sed exemplorum multitudine ſuperſedendum eſt. Zornium adeat in *Hiſtoria Bibliorum Manualium* [3], qui haec curioſius conquirit. Interim vero tam conſentiens, ac continuata apud Graecos Chriſtum pingendi, fingendique ratio, quem non coget, quae dicuntur a me comprobare? Illud inſuper patere arbitror quam convenienter, communemque morem ſequutus ſcalptor Chriſto novae legis conditori librum adjudicaverit.

Verum quis neſciat ante thronum, ac tribunal Dei perpetuo adſtare coeleſtes Spiritus, qui ſunt illius *λειτούργοι καὶ παραστάται*, *miniſtri*, & *officiales*? Par itaque erat, ut Chriſto elapſo de coelo, ut afflictos proſtratoſque homines e crudeliſſimo interitu eriperet, Angeli famulatum venerabundi praeſtarent. Huc facit egregius Athanaſii locus in II. Oratione contra Arianos, quo nihil dici poteſt expreſſius. *καὶ οἱ μὲν Ἄγγελοι διακονοῦσιν, ἀνερχόμενοι, καὶ κατερχόμενοι. περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ φησιν. καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ*. *Angeli quidem ſurſum deorſumque commeantes, miniſtros ſe praebent: De Filio vero dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei* [4]. Opportune id quidem ad id, de quo agimus Duo Angeli Chriſto adſtant in noſtro Triptycho, fortaſſe ut de divina illius natura ſe teſtes praebeant; nam quum imagines pro libris rudi populo eſſent, recte caverant majores noſtri, ut Angeli Chriſto famulantes ferme ſemper pingerentur, hunc enim altius animis imprimi poſſe ſperabant *Verbi Divinitatem* adverſus Arianorum haereſim, quae tantopere late ſe fuderat, multorumque animos miſere occupaverat, atque infecerat. Quid vero, quod Johannes Baptiſta hoc coeleſti comitatu decoratus appareat in Sigillo ARCHIEPISCOPI FLORENTINI BARTHOLOMAEI ZABARELLAE [5]?

1 Ibidem.
2 Confer Montfauconii *Palaeographiam* lib. III. cap. VIII.
3 *Cap.* III. §. III. *Miſcell. Lipſ. loc. cit.*
4 Operum Tom. II. Pariſiis 1698.
5 Miſit Cl. Mannius.



Vetus quidem ac prope inſita mortalium animis opinio eſt, quam etiam rerum Chriſtianarum Scriptores ignari adamarunt, unicuique ab ortu ſuum comitem, cuſtodemque Angelum a Deo eſſe datum[1]. Pauciſsimis vero perſuaſum fuit, quemadmodum Caſsiano[2], & Antiocho Monacho[3], duos Angelos unicuique hominum aſſeſſores eſſe, quorum alter bonus, & juſtitiae amantiſsimus, alter malus, malique perfidioſius incentor. Nullum certe momentum poſtremae huic ſententiae ex noſtro Sigillo accedet, in quo bonum utrumque Angelum eſſe, ipſa imaginum lineamenta vix conſpicienti ſuadent. Vel ergo cenſuit artifex duos tutelares Angelos Johanni adjungendos, ut illum unum prae ceteris hominibus Deo cariſsimum fuiſſe demonſtraret, vel potius ad innocentiſſimam illius vitae rationem declarandam Angelis conſociavit. Quamvis autem colendos eſſe Angelos utraque Eccleſia exiſtimaverit, neque in Triptycho, neque in Sigillo Zabarellae ullum Diadema illorum capiti adpictum conſpicitur. Nihil tamen id ſuffragatur Johanni Gerardo Voſsio[4], ceteriſve Acatholicis ſcriptoribus, qui hunc cultum peſsime interpretantur, ac veluti novitium inventum jactitant, nam praeterquamquod in aliis picturis Diade-

ma

1 Argumenta ac teſtimonia collegerunt Todocus Coccius in *Theſauro Catholico Tom. I. lib.* 11. *Coloniae* 1619 Dionyſius Petavius in opere Dogmatico Tom. III. lib. II. Antverpiae.

2 *Collation.* VIII. *cap.* XVII. *Pariſiis* 1642.

3 *Homilia* LX. *In Auctario Bibl. PP. tom.* I. *Pariſiis* 1624.

4 *De Origin. & progreſs. Idololatr. lib.* I. *cap.* IX. Invehitur adverſus Ἀγγελολατρείαν. Edit. Oper. ejuſdem *Amſtelodami* 1700.

ma illis appoſitum videmus [1], ultro fatebimur cum P. Ayala in ſuo *Pictore Christiano*, ſi non erroris, certe indiligentiae artifices inſimulandos, qui notam illam ſanctitatis, aut ſaltem celſioris cujuſdam conditionis praetermiſere, & diſcum caput obnubentem, praecipui honoris inſigne, Angelis denegarunt [2].

DEIPARA Virgo, dulce hominum decus ac praeſidium, hic, ut decebat, velato capite exhibetur. Porro Tertullianus de *Corona* [3] ſcribit; *Apud Iudaeos tam ſollemne eſt Feminis eorum velamen capitis, ut inde dignoſcantur*. Quem quidem morem apud omnes bene moratas nationes viguiſſe copioſe probat Raynaudus de capitis tegminibus [4] Inter Chriſtianos velum ejuſmodi idem Tertullianus *benerigeram notam Virginitatis* [5] appellat. Ex quo vetuſtiſſimus Eccleſiae Ritus profluxit, cujus meminere Concilium Agathenſe, Caeſaraugustanum, Gangrenſe, Carthaginenſe II. &c. ut mulieres, quae ſe Deo mancipaꝛent, ſollemni caeremonia *velarentur* [6]. Sed quod maxime artificis peritiam, diligentiamque declarat; non leve, non anguſtum, ſolutumque *flammeum* appoſuit, quod Beatiſſima MARIA capiti injiceret; verum Palla praelonga, & laxa caput operientem exſculpſit. An non receptum hoc communi conſuetudine velamentum apud Hebraeas mulieres, quae pudori, famaeque conſulebant? Ita ſane Rebecca:

> *Non legitur variis veniſſe ornata lapillis;*
> *Sed ſuper obducto praedita palliolo;*
> *Quo pudibunda ſuum texit velamine vultum;*
> *Oblatam ſponſi Virgo pavens faciem* [7].

Quin & Graecarum matronarum proprius fuerat *Peplus* amplus, ac promiſſus, qui ceteris veſtibus ſuperinduebatur, capitique cooperiendo aptabatur. Quid vero laciniae, quae ab extrema Pepli ora utrinque dependent? nam etſi mulieribus veſtes paullo molliores eſſent concedendae, nullus certe luxus, ac ſplendor in Deipara excogitari poteſt. At praeſtantiſſimae illius modeſtiae laciniosa Palla nihil incommodat, neque enim laciniae (niſi pretioſa

Hh 2 con-

1 Ut in Sigillo [illegible]; in quo tamen reprehendo Nimbum eſſe Cruciferum, quem ejuſmodi uni Chriſto convenire. Vide Durantum Rationale Divin. Offic. lib. 1. cap. 3. Lugd. 1672.

2 Lib. 1. cap. 11. num. 3. Matriti 1730.

3 Cap. 14.

4 De Pileo &c. cap. 10. & 11. Inter opera Th. Rayn. tom. XIII. Lugduni 1665. Id monitum adſtruunt Nummi Auguſtarum, quae capite obvoluto repraeſentantur cum lemmate PIETAS [illegible].

5 De Veland. Virgin. cap. [illegible].

6 Vide Raynaudum fol. [illegible].

7 S. Paulinus in Epithalamio Juliani, & Iae. Poem. XXV. v. 106. editionis Muratorii. De Pallio, quo ſe [illegible] Rebecca Geneſeos [illegible].

conſtarent materia) inter luxurioſa ornamenta a ſcriptoribus de re veſtiaria recenſentur ; quin imo vulgaribus ſagis , lacernis , palliiſque additae leguntur . Convenienter etiam video factum in noſtro Triptycho , ut MARIA , non ſandigerula , non ſoleata , ſed vere *calceata* appareat . Ne dum optimatibus , ſed pudicioribus Hebraeorum matronis calceos datos hiſtoriae Judaicae ſcriptores tradunt . Equidem Bochartus in Hierozoico lib. II. cap. L.[1] *ἀνυποδησίαν nudipedium* viris ac mulieribus Hebraeis , etiam in ipſa Judaea , rebus illorum maxime florentibus , uſitatum fuiſſe contendit ; ſed illa ipſa exempla , quae profert , vel captivorum , vel Davidis regno ſuo pulſi , vel Berenices Agrippae ſororis coram Floro Gubernatore deprecantis , id unice probant , quod ultro fatemur , Judaeos calceos ſibi detrahere , nudiſque pedibus incedere conſueſſe luctus , aut reverentiae gratia , quare inter moerentis , afflictique animi ſigna *ἀνυποδησία* habebatur . Confer Sagittarium de *Nudipedalibus*[2] & Ikenii *Antiquitates Hebraicas*[3] . Hinc libenter Bynaeo *de calceis Hebraeorum*[4] adſtipulamur , calceamentorum uſum fuiſſe illis domi , foriſque familiariſſimum . Quid autem eſſet tam futile , quam diſputare , an Divipotentis Virginis calcei crudis pellibus conſtarent , vel corio tincto , vel panno , aliave materia ? Id inquirant qui nimio affluunt otio , & Balduinum , ſive Nigronium[5] , quantum libet , volutent , ſollicitent , emendent .

CAPVT

1 Operum ipſius tom. II. pag. 503. Lugduni Batavorum 1693.

2 Inter Diſſertationes Philologicas tom. II. Roterodami 1699.

3 Parte III cap. v. Bremae 1732.

4 Dordraci 1682.

5 De Calceo antiquo . Amſtel. 1667.

CAPUT OCTAVUM.

Johannem Baptiſtam dexterum Chriſti latus in his Tabulis claudere. An locus magis conſpicuus illi datus? Quis apud veteres Chriſtianos honoratior, dexter ne an ſiniſter? Incerta, & varia quandoque in Templis ſacrarum Imaginum collocatio. Dexterum Altaris cornu quale in libris caeremonialibus? Controverſia de dextero, & ſiniſtro Sedium loco in Concilio Ferrarienſi inter Graecos, & Latinos. De ea Dialogus Andreae de Sancta Cruce. Nummus tunc cuſus pro unione Graecorum, & Armenorum. SS. PP. BENEDICTI XIV de dexterae, ſiniſtraeque partis ratione in Sacris faciendis admonitio.

AGE vero, & ad JOHANNEM BAPTISTAM, cujus gratia omnis haec diſputatio ſuſcepta eſt, dicendo revertamur. Hic quidem in noſtro Triptycho dexterum Chriſti latus claudere videtur. Sed quaeſo, locus ne magis conſpicuus illi datus prae una Virgine praemiis omnibus, donisque coeleſtibus perfecta, atque cumulata? Quaeſtio perdifficilis eſt, & obſcura, quae virorum litteratorum ingenia diutiſſime torſit, quinam apud veteres, dexter ne, an ſiniſter locus praeſtantior nobiliorque cenſeretur; tantaque huic controverſiae ſubeſt ambiguitas, ut Leo Allatius, quamvis multijugis doctrinae apparatu inſtructus, doctorum hominum ſui temporis, ac praeſertim noſtri Antonii Caraccioli ſententiam, judiciumque exquiſierit [1]. Factum hinc eſt, ut haec eadem res ſaepe & multum ſit diſputata, maximeque ab iis, qui de SS. Petri, & Pauli imaginibus diſſeruerunt, quae in nonnullis picturis, atque in ſigillis *Litterarum Bullatarum* Rom. Pont. ordine praepoſtero aliquando collocatae videntur [2]. Mihi non ſumo tantum, neque arrogo, ut me plus illis vidiſſe profitear; ſed alia omnino via, me judice, pertentanda, ut huic quaeſtioni aliquatenus fiat ſatis. Ac primo in definienda praelatione ſitus ac poſitionis Sanctarum Imaginum nihil ab Hebraeis, ſive Ethnicis puto eſſe huc adſciſcendum;

1 *De Eccleſ. Occident. & Orient. perpetua conſenſione lib. 1. cap. 11. Coloniae Agrippinae* 1648. *Antonium Caracciolum appellat Virum doctiſſimum, & ſingulari eruditione praeſertim Eccleſiaſtica praeſtantiſſimum.*

2 *Adiſis Franciſcum Mucantium de SS. Petri, & Pauli Imaginibus Romae* 1573. *Nicolaum Alemannum de Parietinis Lateran. cap.* 12. *Franciſcum Fogginium de Itinere Divi Petri Exercit.* 22. *&c.*

dum [1], bene vero Ritus, caeremoniaſque Majorum noſtrorum expendendas. Ne in dubium quidem mihi cadere videtur, dexteram fuiſſe illis honoratiorem, quare imagines Sanctorum, quos dignitate, aut aliqua alia ratione antecellere rebantur, dextrorſum conſtituebant [2]: etſi optima haec diſpoſitio non raro perturbata artificum oſcitantia, aut ignoratione conſpicitur, quemadmodum picturis Aedis S. Praxedis extra Portam Nevalem vix contuenti manifeſto apparebit. Verum quiſnam proprie vereque DEXTER haberetur locus, tam ambigue a ſcriptoribus traditum, tamque inconſtanter ab artificibus expreſſum eſt, ut vix aliquid certum, ratum, firmum, fixumque poni, decernique poſſit. Atque ut a Latina exordiar Eccleſia, ea Templi, Altariſque pars dextera, & honoratior cenſenda videtur, quae ſacram Aedem ingredienti, & ad Aram ſacra facienti laevorſum objicitur. Parides Craſſus Apoſtolicarum Caeremoniarum Magiſter lib. I. cap. XXXI. quod eſt de *Regulari poſitione, & ornatu Altaris*, ſcribit ad hunc modum. *Quum dicimus cornu Altaris dexterum eſſe ubi Epiſtola legitur, tunc ratio celebrantis habetur, cujus dextera tendit ad ipſum Epiſtolae cornu. Sed proprie dexterum cornu Altaris eſt, ubi Evangelium legitur, tamquam dignius, quod etiam patet ex dextra Crucis ſuper Altari poſitae, quae ad populum (ut eſſe debet converſa) dexteram ſuam ad ipſum cornu Evangelii protendit.* Deinde paucis interjectis, quae eſſe debeat SS. Imaginum poſitio ex his concludit. *Item ſuper medio Altaris erectus ſedeat Crux, & ad ejus latera per longum Altaris aliquae Imagines Sanctorum, & ſi erunt Imagines S. Petri & S. Pauli obſerventur omnino, ut imago*

[1] [illegible]

[2] [illegible]

imago S. Petri ſit locata in dextera parte Crucis [1]. Eadem fermè habet cap. XLVII. Quibus rebus intelligitur quamobrem in Concilio Ferrarienſi, quum de ratione ſeſſionis oborta lis eſſet, ac Imperator ſibi, & Patriarcha principem locum deberi contenderent; contra vero Papa merito vellet Thronum ſibi, ac ſuis Latinis ſedilia digniori in parte collocari, τέλος συνεφώνησαν οὕτως, ὅτι τὸ ἓν μέρος τοῦ ναοῦ εἰσιόντι ἀριστερὰ δοθῇ τῷ πάπᾳ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ. τὸ δὲ ἄλλο μέρος τὸ δεξιὸν ἀπελθόντι τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ. *Tandem hoc inter eos convenit, ut Papae quidem & Pontificis ea pars Templi daretur, quae laeva eſſet ingredienti; altera vero, dextera ſcilicet Imperatori, & ſuis* [2]. Quis non animadvertat hoc uno ordine Pontificem primum tenuiſſe ſubſellium? Atque adeo id fuerat Latinis perſuaſum, ut in prima collatione ejuſdem Concilii, ſeu dialogo Andreae de Sancta Cruce cum Ludovico Pontano legatur: *Fuerunt ſedilia in medio Eccleſiae Ferrarienſis primitus conſtituta. Dextera pars Eccleſiae, ubi ſummi Pontificis erat ſedes, Latinis; ſiniſtra Graecis, diſpoſitas ſunt* [3]. Graeci tamen ſibi ipſis maxime placuerunt de ſedium diſpoſitione, quia quae Latinis dextera erat, illis patrio more ſiniſtra putabatur.

Jam vero illud conſequens videtur noſtri Triptychi Graecum caelatorem JOHANNI BAPTISTAE eam deſtinaſſe partem, quam minus ſplendidam, ac minus illuſtrem apud ſuos populares eſſe intelligebat. Quamquam, ut paullo ante admonui, ſcriptorum hac una in re inconſtantia, & picturarum varietas efficit ſane, ut fruſtra quaeratur a veteribus monumentis hujus quaeſtionis ſolutio, & in ea definienda ancipiti deliberatione fluctuet animus, & in contraria diſtrahatur. Nam in Graeco Anaglypho S. Marci, de quo cap. VI. diximus, atque in Altari viatico Ordinis Hieroſolymitani, quod Diſſertatione IX. publica luce nunc primo donamus,

1 *De Caeremoniis Cardinalium, & Epiſcoporum libri duo.* Romae 1564. cum *Privilegio Pii IIII.*

2 Labbe Concilior. tom. XIII. *Acta Concil. Florent. cap. II. De ingreſſu Patriarchae Ferrariam &c.* Pariſiis 1672.

3 *Ibidem.* Siniſtram medii partem ſibi reſervaſſe Romani Pontificis Legatos in Conciliis Nicaeno, & Chalcedonenſi, tum Hincmarum Rhemenſem Antiſtitem in Concilio Vermerienſi eruditis ſatis exploratum arbitror; nihilominus videntur ſoliti in Synodis aſſidendi [illegible] Eccleſiaſticis monumentis edocemur. Quia enim in ea locorum diſtributione, quam in Eccleſia ſignatis partibus haberi oportere prae caeteris ſenſerunt Cyrillus, Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius Papa III, [illegible] dexteram vocabant hanc, [illegible] partem viris aſſignatam legimus, [illegible] viris dexteram, mulieribus laevam, ut [illegible] conſtans fuerit hac in re Eccleſiae diſciplina. Conſule Binghamum *lib.* VIII. *cap.* V. §. VI. & Thomam [illegible] in [illegible] *ad Prolegom.* S. *Cyrilli Hier. pag.* [illegible] Oxoniae 1703.

mus, Divinam Matrem, hominumque adjutricem, & Divum Baptiſtam ab Helleniſtis ſculptoribus, ſecus ac in hoc Triptycho, cernimus fuiſſe collocatum. Atque haec differens obſcuritatem dubitationemque magis magiſque afferri video ab ipſis Concilii Ferrarienſis monumentis. Nummus aureus elegantiſſimus, quem e gaza Regis Chriſtianiſſimi poſt Moulinetum edidit Hieronymus Baruffaldus in ſupplemento Hiſtoriae Gymnaſii Ferrarienſis [1], in majorem profecto me adducit haeſitationem. Cuſus is fuit commemorandae pacis cauſſa initae inter Graecos ac Latinos ſub Eugenio IV., cujus effigies viſitur in antica parte cum litteris AVE EVGENIO PAPA IIII ANNO XPI MCCCCXIL. VNITI SVNT. In poſtica vero GRAECI ARMENI IN SINODO FLORENTINA CVM SEDE APOSTOLICA. Sub imagine Divi Petri a dextris (more quidem Latino) eſt Imperator Johannes Palaeologus diademate redimitus, & in genua procumbens, qui Graecorum nomine fidem devovet Sedi Apoſtolicae, idemque praeſtat Armenorum legatus a ſiniſtris. Vel ergo Monetarius a Concilii hiſtoria receſſit, ordinemque ſeſſionis penitus immutavit, vel loci praecellentiam ad Graecorum conſuetudinem in Nummo cudendo minime conformavit. Igitur luce clarius patere arbitror, quin res longiori egeat oratione, nihil omnino referre, at potius artificum libito adſcribendum eſſe, quod S. Praecurſor nunc ad laevam, nunc ad dexteram Chriſti Servatoris effictus, pictuſque conſpiciatur. Nihil proinde eſt, cur Baſilicas *ἀνατολικὰς ἢ δυτικὰς Orientales*, vel *Occidentales*, quas nonnulli excogitant, hic memorem; aut de latere earumdem *Auſtrali*, vel *Boreali*, quod alii comminiſcuntur, ſermonem inſeram; licet enim haec omnia maximam veri ſpeciem praeſeferant, nihilotamen minus quamcumque ſententiam eligas, atque ſequare, plura ſemper contra afferri poſſunt argumenta & exempla, quibus illa infirmetur, ac pene de medio collatur. Ceterum quum de Liturgia ſermo eſt, temporum ratio hac in re ſedulo habenda; nam ut ſapientiſſime monet Sacratiſſimus Princeps BENEDICTVS XIV. *De Sacrif. Miſſ. lib. II. cap.* IV. dexterae, ſiniſtraeque manus diſpoſitio alia ante Saeculum XV., alia poſt eam aetatem apud Latinos fuit.

CAPVT

1 *Jacobi Guarini Animadverſiones ad Ferrarienſis Gymnaſii Hiſtoriam a Ferrante Borſetto conſcriptam, Part. I. pag. 7. Bononiae 1740.*

CAPVT NONVM.

Imagines Sanctorum XXXIV. oſtiolis Triptychi inſculptae partitim deſcribuntur. Quaeſtiones complures pro re nata proponuntur. De imaginibus μέχρι ςέρνων. De libris, & voluminibus inepta Durandi diſtinctio. De externa Petri, & Pauli forma. De ſandaliis Apoſtolorum. Ritus ornandi ſacram ſupellectilem eorumdem imaginibus. De Georgio τροπαιοφόρῳ, ejuſque imagine equo vecta. Quid ταβλὶς in veſtibus Byzantinorum? De noſtri Triptychi aetate judicium. De cingulis veterum. Florum, ſtirpium, avium que fabuloſarum ornatus in Eccleſiaſticis monumentis haud infrequens. De Cruce gemmata dorſo Triptychi inſculpta. Crux aurea a Iuſtino Seniore Baſilicae Vaticanae oblata, omnium quae exſtant, antiquiſſima, evulgatur.

QVEMADMODVM majores noſtri pie ſanctoque putarunt viris illis egregiis, quorum animi virtutibus omnibus tamquam moenibus ſepti, vinci & ſuperari nullis minis, nulliſque tormentis potuerunt, certum ac definitum in Coelo eſſe locum, ita eorum in multis & difficillimis rebus praeſens auxilium haud fruſtra expoſcebant, ſibique affatim largeque oblatum gloriabantur. Grati proinde memoreſque beneficiorum, nedum illorum nomina in Sacris Tabulis deſcribebant, ſed imagines in Diptychis effingi curabant, ſcitum etiam erat illud Dionyſii apud Euſebium: οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ, καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ, *Sunt hi nunc Chriſti aſſeſſores, & regni illius conſortes ac judicii participes, & cum ipſo judicaturi*[1]. Cauſſam ex his in medio poſitam, apertamque exiſtimo, cur in hoc Triptycho multae exiſtant SS. Imagines, totumque intus, foriſque eiſdem perornetur. Ne igitur in ſuſcepta illius explicatione muneri meo deeſſe videar, quae maxime in hac ſerie notatione, aut laude digna ſunt, expromere inſtituam, breviſſimoque verborum ambitu concludam.

In media Triptychi tabula.

Ⓐ ΦΙΛΙΠΠΟΣ. *S. Philippus.*
Ὁ Ἁγ. ΛΟΥΚΑΣ. *S. Lucas.*

1 H. E. lib. VI. cap. XLII.

Ὁ Ἅγ. ΜΑΤΕΟΣ. *S. Matthaeus.*
Ὁ Ἅγ. ΜΑΡΚΟΣ. *S. Marcus.*
Ὁ Ἅγ. ΘΩΜΑΣ. *S. Thomas.*

In primo hoc ſegmento imagines *προτομαὶ* ſunt, ferme ad eum modum, quo Conſtantinus ſe ſuoſque liberos pingi fecerat, *μέχρι᾽ στέρνων*, *pectore tenus*[1]. De littera A. altera majore O concluſa, quibus ὁ ἅγιος exprimitur, de re veſtiaria Apoſtolorum, de varia manus, digitorumque conformatione, de circulo, ſeu nimbo capiti illuſtrium virorum adpoſito, ita copioſe jam dixi, ut nihil fas ſit hoc loco iterare. PHILIPPVS, Diaconus Palaeſtinus, qui omnium primus poſt Chriſti aſcenſum Evangelium Samaritis praedicaſſe perhibetur[2], & *Archiepiſcopus Apoſtolus* a Hieronymo dicitur[3], cujus Latini memoriam colunt die VI. Junii, Graeci vero XI Octobris, primo hic occurrit, volumen convolutum manu geſtans. Plane mihi ineptire videtur Durandus, qui ait volumina obvoluta, & *Rotulos* Patriarchis, & Prophetis attributos, quia ante Chriſti adventum doctrina illius obſcura, & implicata fuerat; Apoſtolis vero datos eſſe libros, quia tunc explicata, & patens[4]. Nam librum duarum plicarum, & Rotulum promiſcue datum Apoſtolis hoc in Triptycho, innumeriſque aliis monumentis animadvertimus. Sequitur LVCAS, domo Antiochenus, arte Medicus, comeſque Pauli dilectus. In Dalmatia, Macedonia, Achaja, atque Italia, pro Chriſto Legatione eſſe functum facile concedunt eruditi, ſed etiam in *Gallia*, quod tradit Epiphanius[5], negant plerique, aut fortaſſe de Ciſalpina intelligendum affirmant. Adeundus Launojus in epiſtola ad Camuſium[6]. Porro ſi imaginum ordinem attendas, eumque ad Graecorum morem referas, Matthaeus medium locum tenet, dexterum Marcus, laevum autem Lucas. In quo cautum providumque fuiſſe artificem dicendum eſt, eumdem enim in ſacris Scriptoribus effingendis retinuit ordinem, quem ipſis Evangeliis attribuunt Irenaeus, ac Tertullianus, quemque vetuſtiſſimum, & apud omnes nationes probatiſſimum fuiſſe obſervat Grotius[7]. Kalendarium Carthaginenſe, de quo pagina 87. de Lu-

1 *Euſebius Vit. Conſt.* lib. 4. cap. [illegible]
2 Baronius ad An. [illegible]
3 *Epiſt.* [illegible]
4 *Rationale Divin. Offic.* lib. 1. cap. [illegible]
5 *Haereſ.* [illegible]
6 *Operum Tom.* [illegible] *parte* 2. *Coloniae Allobrog.* [illegible]
7 *In Lucam cap.* [illegible]

de Luca agit III. Octobris. Pone illum MATTHAEUS. Pſeudo-Abdias in Hiſtoria *certaminis Apoſtolorum*, quam Lazius e latebris eduxit [1], multa narrat, quorum certe nec editor ipſe ſponſor acceſſiſſet. Nullum autem gravius, aut ſplendidius de conſcriptis ab eo libris afferri poteſt teſtimonium, quam illud apud Euſebium Papiae Eccleſiae Hieropolitanae in Phrygia Epiſcopi, Johannis diſcipuli, & Policarpi ſodalis [2]. Vetuſta Hagiologia variis diebus Matthaei feſtum indicunt [3]. Quarto loco eſt MARCUS, primus Alexandriae Epiſcopus, Scriptorque Evangelii, non Marcus Barnabae conſobrinus, non Johannes Marcus filius Mariae, quos nonniſi Hippolyti, & Dorothei (auctorum ὑποβολιμαίων) judicio, ſi Cotelerium audias [4], ſacris Scriptoribus liceret copulare. In coelum abiens duo fertur reliquiſſe, quae diu apud homines maximo in honore habita ſunt; *Pallium*, quem Antiſtites Alexandrini induebant, quum Epiſcopatum auſpicarentur [5]; & librum ſua manu exaratum, quem Venetiis perhibent adſervatum. Hunc tamen codicem, ſive papyro Aegyptiaca, ut Montfauconio viſum eſt [6], ſive Charta Bombycina conſtet, quod Maffejo clariſſimo eſt probabilius [7], *litteris latinis* ſcriptum teſtimonio Nicolai Patriarchae, qui poſtrema illius folia Carolo IV. Imp. donavit, evincit P. De Rubeis, vir quidem mihi, & nomine meo, & litterariae Reipb. cariſſimus [8]. Poſtrema eſt imago THOMAE, qui & Didymus dicebatur. Alium Thomam, ſed damnatae prorſus memoriae, utpote Maneris diſcipulum, Indiae oras pervaſiſſe, narrat Theodoretus [9]. Huic adjudicanda Itineraria, & Evangelium, caeterique libri, qui nomine Thomae circumferuntur [10]. De hujus Apoſtoli habitu, corporiſque tranſlatione eſt apud Florentinium [11] ſingularis exercitatio.

In eadem tabella inferne.

Ⓐ ΙΑΚΩΒΟΣ. *S. Iacobus.*

Ὁ Αp. ΙΩ. ΘΕΟΛογος. *S. Iohannes Theologus.*

1 *Baſileae* 1551.

2 Confer Dupinium *Diſſert. Preliminaire de la Saint Bible lib.* I. *cap.* II. *Bibliotheque* t. I. à Paris 1701. Cellierium *Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſtiques tom.* I. *lib.* II. *cap.* 2.

3 V. Georgium ad *Adonem* XXI. *Septembris*.

4 *In Conſtitut. Apoſtol. lib.* II. *cap.* LVII.

5 V. Liberatum, qui ſcripſit Saeculo Christi VI. apud Labbeum *Concil. tom.* V.

6 *In Diario Italico cap.* 10.

7 *Iſtoria Diplomatica lib.* I. *num.* II.

8 *Monumenta Eccleſ. Aquilejen. cap.* XL.

9 *Haeretic. Fabularum lib.* I. *cap.* XXVI.

10 Patet apertiſſime legenti ſextam Cyrilli Catecheſin.

11 *Not. & Exercitat. in Martyrologium p.* 1.

'Ο ΑΓΙΟΣ ΠΕΤΡΟΣ. *S. Petrus.*
'Ο Αγ. ΠΑΥΛΟΣ. *S. Paulus.*
'Ο Αγ. ΑΝΔΡΕΑΣ. *S. Andreas.*

Fruſtra tempus contererem, inutiliſque a me labor ſuſciperetur, ſi de horum Apoſtolorum geſtis memorabilibus quidpiam diſputarem, nam praeterquamquod non id agitur hoc tempore, in promptu nulli non ſunt Tillemontius, Gottus, Sandinius [1], ne dicam de Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſcriptoribus, quorum omnis oratio in illorum factis percenſendis, explicandiſque conſumitur. Extant inſuper Diſſertatiunculae, quas Gudius in Bibliotheca Hiſtoriae Eccleſiaſticae [2] ſubindicat, unde uberrima rerum omnium cognitio petatur. Illud tamen par eſt ut admoneam, JACOBUM cognomento MAJOREM, Fratrem Johannis Theologi probabilius hic eſſe ſcalptum, tum quia alteri minori plerumque additur ἀδελφόθεος, tum quia, quum hic non omnes exhibeantur Apoſtoli, ſed ii, qui vocatione, aut alia de cauſſa primores fuere, certe de eo potius videtur cogitandum, quem Chriſtus pluris quam alterum feciſſe docemur. quamquam nec mihi incomperta de *Tribus Jacobis* opinio, [3] quam aliis excutiendam libentiſſime relinquo. Nec mirum eſſe debet, quod ſculptor nec amiculum, nec concham marinam, nec baculum, & quae ſunt peregrinantium indumenta, Jacobo appinxerit, nam quum fatentibus Molano [4], & Ayala [5] haec illi addantur, ut celerrimus illius in Hiſpania profectus demonſtretur, neſcio an haec ſententia, licet a SS. PP. BENEDICTO XIV. [6], & a noſtro Emmanuele Souſa [7] egregie defenſa, ac propugnata, Graecis innotuerit. JOHANNES, a Concilio Epheſino, Oecumenico III., & Eccleſiae Patribus THEOLOGI nomine donatus, imberbis a Latinis plerumque pingitur, ſed longe rectius ſenex, ac bene barbatus in noſtro Trypticho, & cum Evangeliorum libro repraeſentatur; quis enim neſciat Nerva Imperante, omnium pene Aſiae Epiſcoporum rogatu, exilio revocatum, ſenioque jam confectum Epheſi Evan-

1 *Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire Eccleſiaſtique* tom. I. Gott. *Veritas Religionis Christianae* tom. [illegible] *Romae* 1737. *Sandini Hiſtoria Apoſtolica* [illegible] 740.

2 [illegible] *Bibliotheca Diſſertationum* [illegible] *Lipſiae*, & [illegible] 1743.

3 [illegible] *ubi ſupra pag.* 25.

4 *De Hiſtoria SS. Imaginum* l. III. c. [illegible] *Lugduni* 1619.

5 *Pictor Chriſtianus* &c. lib. VII. cap. II.

6 *De Serv. Dei Beatific.* &c. lib. IV. Par. II. c. [illegible]

7 *De expeditione Hiſpanica S. Jacobi. Ulyſſipone* 1737.

Evangelium litteris conſignaſſe ad retundendos profligandoſque Cerinthi, & Ebionis errores [1]. [2] PETRO dignior datus eſt locus, ejuſque vultus cum his, quae a Nicephoro traduntur, [3] apprime conveniunt: fuiſſe nempe mediocri corporis ſtatura, ſed aliquanto erectiore, capillis criſpulis & ſpiſſis, ſed non admodum prominentibus, naſu longiori, ſed preſſo, & ſimo; barba non multum promiſſa, quemadmodum ſcribit Nicephorus, hac una imagine comprobatur. Utinam vero Euſebius, qui quaſdam veteres Petri, & Paulli imagines illorum aetati ſuppares ſe vidiſſe affirmat, [3] totam hominis formam, habitum, lineamenta, oraque ipſa aptis verbis indicaſſet, poſteriſque tranſmiſiſſet, maxima hinc lux affulgeret quaeſtioni dirimendae, recalvaſter ne exſtiterit Petrus, & an jure Claudianus Jacobum Magiſtrum Equitum compellarit:

Per cineres Paulli, per cani limina Petri.

Nam quae ſuperſunt cujuſvis generis illius ſimulacra, ſive vitris Coemeterialibus depicta, ſive Sarcophagis ſculpta, ſive Templorum parietibus opere teſſellato inducta, minime inter ſe ſe cohaerent, quin imo de Petri calvitie incertam fuiſſe famam, declarat Hieronymus ad ea Paulli verba: *Veni Hieroſolymam videre Petrum*, ubi ſubdit, *non ut oculos, genas, vultumque ejus aſpiceret . . . . . , & utrum frontem veſtiret coma, an (ut Clemens in periodis ejus refert) calvitiem haberet in capite.* [5] In PAULLO autem effingendo opifex harum Tabularum meminiſſe videtur ſententiae Pſeudo-Luciani in Dialogo *Philopatris* [6], qui Paullum appellat ἀναφαλαντίαν, *recalvum*, & verbo vere Lucianeo ἐπίῤῥινον, *naſo juſto praeditum*. Sed quod Chryſoſtomus ῥητορικώτερον, & oratorie dixit, hominem fuiſſe τριπηχυαῖον *tricubitalem* [7], rem eſſe exploratae fidei fortaſſe dubitavit. Tandem quod ANDREAM juxta Petrum, & Paullum, & loco illuſtri poſuerit, non ideo factum dicam, quia ea aetate in popularium ſuorum ore verſari, omnibuſque in triviis jactari fabulam audierit, Byzantinam Eccleſiam ab hoc uno Apoſtolo fuiſſe fundatam [8]; ſed quia vera uſitatus, opti-

1 Multiplici eruditione, pro more ſuo, id evicit [illegible] Cl. R. in vita Cerinthi cap. vi. & in vita Ebionis cap. iv. Storia Critica delle Vite degli Ereſiarchi Secolo i. Venezia 1752.

2 H. E. lib. ii. cap. xxxvii.

3 H. E. lib. vii. cap. xviii.

4 Epigramma LX. Cum notis Barthii Francofurti 1650. Codex meus veterem apud Barthium habet non cani, ſed ſancti limina Petri.

5 In cap. i. Ep. ad Galatas. Oper. tom. iv.

6 Amſtelodami 1687.

7 Orat. 30. in Princip. Apoſtol. Oper. tom. vi. edit. Ducaei.

8 Niceph. Calliſtus H. E. lib. ii. c. xxxix. aliique; id ipſum legitur in Menaeis.

optimuſque ordo poſtulabat, ut poſt duo illa clariſſima Eccleſiae lumina, ii accederet, qui a Graecis *πρωτόκλητος primus vocatus* appellatur. Illud interea obſervari volo nihil oſcitanter, nihil temere, nihil contra hiſtoriae fidem in hac elegantiſſima Tabula fuiſſe expreſſum. Enimvero Chriſtus *σανδάλια ſandalia* quidem Apoſtolis permiſit, ut eſt apud Marcum cap. VI. ſed interdixit *ὑποδήματα calceos*, ut legere eſt apud Matthaeum cap. X. Quare ſcalptor caute, provideque fecit, dum Chriſto ejuſque primis diſcipulis non calceamenta (quae deinde aliis ſequioris aetatis conceſſit) ſed ſoleas aptavit, quae plantam pedis ſubtegunt, ligagulis tantum, & anſulis quibuſdam deſuper coeuntibus. Atque illa quidem dixiſſe ſufficiat: uberius & fuſius S. Bonaventura in opuſculo *de Sandalis Apoſtolorum* [1], & Hieronymus a S. Maria *de Sandaliis calceamentiſque Apoſtolicis* [2].

Ceterum ſi veſtigia temporis acti, quae quidem oratione percurrere facile eſt, in mentem revocemus, perſpicue conſtabit Baſilicarum tholos, parietes, porticus, altaria, antimenſia, aulea fuiſſe Apoſtolorum imaginibus conſtantiſſime decorata. Factum id videmus nedum Romae a Conſtantino [3], aliiſque viris ampliſſimis, qui de Templorum ſplendore reſtituendo, augendoque cogitaverunt [4], ſed & Ravennae a Petro Chryſologo, cujus ſacelli Muſivum nec aetas ipſa, nec dirae viciſſitudines delere potuerunt [5], atque in aliis Italiae Urbibus, quarum fama, nomenque celebratur. Sacram ſupellectilem eiſdem figuris ornatam ſaepe laudat Anaſtaſius, & Beda de *Locis ſanctis* neſcio quem Linteum opere textorio memorat ſimilibus imaginibus conſpicuum [6]. Quem ſane morem in Galliam, atque Angliam quoque invectum probant Eccleſiaſticae Antiquitates a Mabillonio [7], Boſchio, Felibieno, Savalio [8], Urbano Planchet [9], & a Monaſtici Anglicani deſcriptoribus prolatae. Tanta erga illos ſanctiſſimos Duodecimviros pietas emicat praeterea ex feſto, quod in Uſuardi Martyrologio ad diem XV. Julii indicatam legimus, omnium illorum memoriae

una

1 Operum tom. VII. Romae 1596.
2 Apud [illegible] Romae [illegible]. tom. [illegible] Romae 1750.
3 [illegible] de [illegible] [illegible].
4 V. [illegible] ad [illegible] tom. [illegible] pag. [illegible] Romae 1728. [illegible]
5 In Appendice Pontificalis Agnelli pag. [illegible] Mutinae 1708.
6 De Locis Sanctis cap. [illegible]
7 Liturgia Gallicana l. [illegible] Lutetiae 1685.
8 Antiquitatum [illegible] cap. [illegible] pag. [illegible]
9 Histoire de Bourgogne avec des notes à Dijon 1739.

una ſimul celebrandae cauſſa [1], quod adhuc Pariſiis a nonnullis retineri, celebrarique affirmat Tillemontius [2].

In dextero partis anticae oſtiolo.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΘΕΩΔΟΡΟΣ ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΗΣ.	*S. Theodorus Dux Militum.*
Ὁ ΑΓΙΟΣ ΓΕΟΡΓΙΟΣ.	*S. Georgius.*

Sic in Orbiculis.

Ὁ Αγ. ΠΑΝΤΕΝΟΣ,	*S. Pantaenus.*
Ὁ Αγ. ΜΗΝΑΣ.	*S. Mennas.*

Inferne.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.	*S Demetrius.*
Ὁ ΑΓΙΟΣ ΕΥΣΤΡΑΣΙΟΣ.	*S. Euſtraſius.*

Quum ejuſmodi oſtiolum dexterum dico, nemo non videt ſequi me Graecorum, ideoque & artificis conſuetudinem. De THEODORO MILITUM Praefecto jam pagina 120. in Kalendarii Ruthenici explicatione, quantum operis ratio poſtulabat, ſatis a me dictum exiſtimo: venio ad GEORGIUM, cujus fama Latinam, Graecamque Eccleſiam latiſſime pervaſit. Perſpicuis teſtimoniis erudimur ſacros honores omnes huic uni mira conſenſione fuiſſe large, magnificeque decretos. Quid enim aliud condoceſaciunt Templa, vel Monaſteria illius nomine inſignita, a Cuniperto Langobardorum Rege [3], a Clotario III. [4], a Leone PP. III. [5], a Leidrado Archiep. Lugdunenſi [6], a Conſtantino M. [7], vel Monomacho, a Mauricio Imp., a Sergio Patriarcha, ab Anna Comnena [8], aut exſtructa, aut ditata, aut commendata? Quid nomen illius libris Ritualibus Ordinis Gregoriani, aliiſque antiquiſſimis inſcriptum [9]? Graeci τροπαιοφόρον illum appellabant, indeque auſpicia belli ge-

1 [illegible] 15. Jul. Apoſtolorum, quando diviſi ſunt. Lovanii 1573 cum notis Molani.

2 T. 1. Article Saint Matthieu, pag. 557. au College de Mont-aigu.

3 Paullus Warnefridus de Geſt. Langobard. lib. V. cap. XVII.

4 V. Apographum Antverpienſes 23. Aprilis.

5 Anaſtaſium in Leone III.

6 Ad Calcem operum Agobardi edit. Baluzii tom. II. Pariſiis 1666.

7 Codinus Excerpta de Antiquit. Conſtantinop. Pariſiis 1655.

8 Ducangius CPolis Chriſtiana lib. IV. Conſule praeterea Guillelmum Tyrium, de Bello ſacro lib. VII. cap. XXII. edit. Bongarſii, Bucelinum Germania ſacra Part. II. pag. 58. Browerum, Annales Trevirens. lib. VIII. Leodii 1670.

9 V. Georgium ad diem 23. Aprilis.

gerendi ab illo expetebant Chriſtiani Imperatores [1], & S. Georgii imaginem inter ſigna militaria, ac vexilla praeferebant [2]. Quae dum mecum ipſe reputo, primam ORDINVM EQVESTRIVM, qui S. Georgii nuncupantur, originem fortaſſe ab ea Graecorum piiſſima opinatione repeti poſſe non ibo inficias: & quamvis plurimi apud me ſit illuſtris ſcriptor *Fabulae Equeſtris Ordinis Conſtantiniani* [3], attamen ſatis auctoritatis ad fidem faciendam, habere videntur Diplomata, ac genuina Privilegia huic Ordini a Rom. Pontificibus conceſſa [4]. At nullus certe dubitationi locus, de Ordinibus ſub S. Georgii tutela auſpicioque inſtitutis in Anglia ab Eduardo III. [5], in Germania a Frederico III., & Maſſimiliano Imp. [6], in Hiſpania a Petro II. Aragoniae Rege [7]. Animadvertendum praeterea Theodorum, & Georgium illum ſeniorem, hunc imberbem, habitu militari, cum omni levi armatura, lorica, ſubligaculis, ocreis, ſago, haſta pura, gladio majori, & ſcuto circumornari, ſed ambo *Pedites* eſſe. Conſueverunt Chriſtiani artifices tum Theodorum, cum Georgium equo inſidentem, & Draconem conto tranſverberantem pingere, quod etiam in Gemmis Chriſtianis non raro viſitur [8]. *αἰνιγματώδης* omnis hujus picturae ratio, quippe quae id unice ſignificat, egregios Martyres infernum illum veteratorem, cui mille nocendi artes, viciſſe, praelioque ſuperaſſe. Fuit id Graecis uſitatius, qui pariter SS. Syſinium, & Synodorum equis invectos, monſtrumque horrendum haſta confodientes depingunt [9].

PANTAENVS Presbyter Alexandrinus, & illic Scholae Catecheticae Praefectus, Latinis aeque ac Graecis celebris, & utriuſque Eccleſiae faſtis memoria illius conſignata eſt. Multas in illum conferunt laudes Hieronymus, & Euſebius, quas apud Hancoxium de

1 Cantacuzenus Hiſtor. ſuorum tempor. l. III. cap. xxvii.

2 Codinus de Offic. Conſtantinop. cap. vi.

3 Sub emendato nomine Vibii Tiguri 1712.

4 V. Compendio de' Privilegj dell' Ordine Coſtantiniano Venezia 1680. La falſità ſvelata &c. Parma 1724. Alberto Zepeda Origen y fundacion de la Religion Conſtantiniana. Sevilla 1676.

5 Aubertus Miraeus Origin. Ordin. Equeſtr. In Chronico Eccleſiaſtico Gratiani tom. II. Francofurti 1614.

6 Ibid. V. praeterea Wolphangum Lazium de Migrationibus gentium l. VII. Francofurti 1600. Bernardum de Luzenburgo de Ordinibus Militaribus. Coloniae 1527.

7 Franciſcus Mennenius Deliciae Equeſtres. Colon. Agripp. 1613. Miraeus, Juſtinianus, Mendo, aliique.

8 Edidit Cl. Victorius de Monogrammate SS. Nominis Ieſu, Romae 1747. Johannes Bapt. Paſſerius magnum Reipub. litterariae lumen tom. II. Theſauri Gemmarum Aſtriferarum Doctrina. Florentiae 1750. Gemmam vulgavit, in qua Eques militari habitu ſedens draconem haſta confoſſum exhibetur. Non Imperatorem illum, ſed vel Georgium, vel Demetrium, vel alium hujus ordinis Chriſtianum militem repraeſentari credimus.

9 Allat. de quibuſdam Graecorum opinat. apud Ayala lib. VI. cap. XI. §. 7.

de illuſtribus Orientalis ſcriptoribus me legiſſe memini [1]. Quum autem plures extiterint viri perfecti, quibus MENNAS nomen fuit, hic certe non ille occurrit, qui a Papa Agapeto conſecratus, Conſtantinopolitanam rexit Eccleſiam, nullum enim Pontificis indicium in omni illius imaginis deſcriptione, ſed potius Mennas Aegyptius Miles, poenis atrociſſimis in Diocletiano Natalitiis vexatus: atque id mihi libentius perſuadeo, quum cogito huic Mennae Aedem fuiſſe COpoli a Juſtiniano Imper. extructam [2], tum alteram Romae extra Portam Oſtienſem [3], ejuſdemque Martyris laudes in libris Liturgicis antiquioribus memorari.

At praeglorioſiſſimus a Graecis dicitur DEMETRIVS, Teſſalonicae olim Proconſul, & crudeliſſimo Maximiani edicto lanceis transfoſſus. Quot huic honoris, cultuſque ſtatutae teſtificationes? Quot integritatis, ac fortitudinis illius laudatores? Quantus ad illius ſepulcrum hominum concurſus? Quam ſollemnis in feſto ejuſdem pompa, atque apparatio? Scripta haec ſunt copioſe a Fabricio tom. IX. Bibliothecae Graecae, atque Tillemontio [4]: quibus addendum teſtimonium *Caeremonialis Aulae Byzantinae* Conſtantini Porphyrogeniti, a Joh. Henrico Leichio, & Joh. Jacobo Reiskio publica luce ac latinitate donati lib. I cap. XXI., quod eſt *de obſervandis in feſto, & proceſſione S. Demetrii* [5]. Et quia Sanctos Milites hic maxime proponi video, illum prae aliis EVSTRASIVM exſculptum cum Demetrio exiſtimo, qui a Graecis *ὁ μεγαλομάρτυρος* appellatur, coliturque die XX. Septembris.

Quandoquidem vero ea potiſſimum in hoc noſtro commentariolo perſequimur, quibus Chriſtianas Antiquitates illuſtrari poſſe putamus; de Demetrii, & Euſtraſii veſtibus dicendum ſupereſt, quarum forma peculiaris, & infimi Imperii temporibus plane reſpondens. Sagus, quem uterque defert, *σκαραμάγγιον* ea aetate appellabatur, quod ſupra veſtem arcendis aeris tempeſtatiſque incommodis injiciebatur, & ad humerum dexterum, vel infra collum fibulabatur. At quid ſegmentum illud panni e nodulo ſcaramangi dependens, in extrema ſui ora circumquaque ſcutulatum, totumque protegens pectus? Nobiliores ac potentiores apud

 Roma-

1 *Vitae Patrum Orientis t. I. Daniel 1653.*
2 *Procopius de Aedific. Iuſtiniani, l. 1. c. 1. edit Pariſien.*
3 In veteri Urbis Romae deſcriptione, quae eſt in tomo IV. *Analectorum Mabillonii. Pariſiis* 1685.
4 *Memoires &c. tom. V.*
5 *Tom. I. Lipſiae* 1751.

Romanos in tunicis ad guttur aurea ſegmenta geſtaſſe ex Juvenali conjicit Ferrarius [1]; ſed longe id diſſimile ab hoc *pectorali*, cujus exemplum in omni Ethnica antiquitate fruſtra requiras. Illius ſpecimen nonniſi in pictura Codicis Saeculi XI. Bibliothecae Coiſlinianae, aut aliis illorum temporum monumentis reperiri quovis pignore affirmarim. Pictura igitur Codicis, qui fuerat Nicephori Botoneatis [2], Imperatorem, & tres Aulae adminiſtros exhibet, quorum veſtes verſicolores, aureis inſtitis clavatae, & acu mirifice variegatae ſunt, aſſuto unicuique pectorali, cujus uſus vel maxime in ipſa Imperatoris imagine deprehenditur, atque illud fuiſſe ornamentum exiſtimo, quod barbarae Graecitatis ſermone ταβλίς appellabatur, cujus in Graecis medii aevi ſcriptoribus frequens mentio eſt. Quibus rebus breviter diſputatis, illud jam non opinione ſolum, ſed etiam ad veritatem plane exploratum eſt, totum noſtri Triptychi opus ad eam ipſam aetatem poſſe referri, & fortaſſe COpoli fabrefactum cenſeri; quum enim ea, quae exſcalpſit artifex, nonniſi Saeculo XI. atque in Aula Byzantina uſuvenirent, dicendum videtur, per id tempus, deſumptoque illinc exemplo, operi manum admoviſſe. *Cingulo* praeterea, ſeu baltheo utriuſque Martyris veſtis conſtringitur. Prima ea fuerat nota, ſine qua nemo in ordines militares cenſebatur adſcitus: fuerat etiam militiae praemium, aut ſupplicium, ut quemadmodum militibus bene merentibus cingulum honorarium dabatur, contra vero male dimicantes, & ignave terga dantes baltheo privari juberentur. Strenuos igitur, emeritoſque milites Demetrium, & Euſtraſium fuiſſe demonſtratur, niſi potius credendum ſit, ceu bonos Chriſti milites, utrumque latus juſtitia, ac veritate eos praecinxiſſe, atque roboraſſe. Multa in eam ſententiam tradit Vngerus de *Cingulis, eorumque vario apud veteres uſu* [3]. Sed quibus armis uterque vicit, hoſtemque ſubegit, niſi CRVCE, quam manibus oſtentat? Quo fit ut, illa ſolemnis acclamatio in mentem redeat, quam Leo Imperator militibus Chriſtianis in conflictatione uſurpandam praecepit: *νικητικὸν τῦ ςαυρῦ*: *Victoria Crucis* [4].

In

1 *De Re Veſtiar. lib. III. cap. XV. Patavii* 1654.

2 *Biblioth. Coiſliniana, olim Segueriana, edita a D. Montfaucon P. I. cap. I. Pariſ.* 1715.

3 *Cap. VI. & VII. Lipſiae* 1740.

4 *De apparatu bellico cap. XI. Confer Gretſerum de Cruce lib. II. cap. I. Ingolſtadii* 1600.

In Oſtiolo ſiniſtro partis anticae.

ʽO Ἁγ. ΘΕΟΔΟΡΟΣ Ο ΤΗΡΩΝ. *S. Theodorus Tyro.*

ʽO Ἁγ. . . . . *S.* . . . .

In Orbiculis.

ʽO Ἅγιος ΜΕΡΚΟΥΡιος. *S. Mercurius.*

ʽO Ἅγιος ΣΤΕΦανος. *S. Stephanus.*

Inferne.

ʽO ΑΓΙΟΣ ΑΡΕΘΑΣ. *S. Arethas.*

ʽO ΑΓΙΟΣ ΠΡΟΚΟΠΙΟΣ. *S. Procopius.*

De Theodoro Tyrone late egimus pag. 122. At cur quaeſo artificem alterius S. Militis nomen miſſum feciſſe dicemus? Ex multis ejuſmodi Ordinis, quos Synaxaria, Menaea, & Anthologium cum laude commemorant, quis potior? quis praeferendus? Quidpiam ne conjectura augurari, ac divinare licebit? Nihil ſatis firme aſſeverare, aut ſuſtinere me poſſe video; nec lector litigioſis verbis, inutilique diſputatione eſt fatigandus. Quid tamen, ſi Demetrium, qui in Graecorum Gemmis habitu militari indutus conſpicitur [1], hic iterum occurrere ſuſpicabor? Alter certe miles, & Martyr eſt MERCVRIVS, cujus nobile eſt in utraque Eccleſia nomen; ſed ingens facinus, quod Mercurio nonnulli adſcribunt, videlicet exitiabili telo Julianum Apoſtatam in bello ſauciaſſe, mortique dediſſe, vereor ne ex Actis genuinis depromptum ſit; multa enim in peſſimi Imperatoris obitu accidiſſe narrantur, de quibus optimorum, veterumque ſcriptorum ſilentium ſaltem addubitare cogit [2]. STEPHANO nulla adjecta nota eſt, qua internoſcatur, ſit ne ille illuſtris Protodiaconus, an unus ex duobus Stephanis, qui pro SS. Imaginum cultu ſub Conſtantino Caballino duriſſimis tormentis vexati interierunt; an vero alius Stephanus *Confeſſor*. ARETHAS Juſtini Imp. temporibus ultimis poenis excruciatus, mortique addictus fuit; ſed celebrior memoria PROCOPII, qui Diocletianeae vexationis inhumanitatem, ſaevitiamque omnem expertus eſt. Huic Baſilicam excitavit Conſtantinus M., ut auctor eſt Codinus,

1 V. Gemmas Chriſtianas Demetrium & [illegible] referentes apud Cl. Victorium *De ſeptem SS. Dormientibus*. Romae 1741.

2 Vie de Julien Empereur par l'Abbé de la Bletterie livre VI. *à Paris* 1746.

dinus, quam Zeno Iſaurus refecit [1]; feſtuſque illi dies in Conſtitutione Emmanuelis Imp. memoratur [2].

Pars poſtica oſtioli dexteri.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΙΩ. ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΣ. *S. Johannes Chryſoſtomus.*
Ὁ Αγ. ΚΛΗΜΕΝΣ ΑΓΚΥΡΑΣ. *S. Clemens Ancyranus.*

In ſcutulis.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΚΟΣΜΑΣ . . . . *S. Coſmas.*
Ὁ ΑΓΙΟΣ ΔΑΜΙΑΝΟΣ. *S. Damianus.*


Infra.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΑΓΑΘΟΝΙΚΟΣ. *S. Agathonicus.*
Ὁ ΑΓΙΟΣ ΝΙΚΟΛΑΟΣ *S. Nicolaus.*

Nihil hic eſt expeditu difficile: pervulgatum omnino quos forti animo ſuſceperint, ac tolerarint labores JOH. CHRYSOSTOMUS, & CLEMENS Ancyrae Epiſcopus, ſive ad improborum hominum vim nefariam repellendam, ſive ad impiorum dogmatum peſtem propulſandam, ſive ad Eccleſiae dignitatem vindicandam, his quidem temporibus, quibus Chriſtianae Reip. ſalus in maximum periculum, & extremum pene diſcrimen adducta videbatur. De Clariſſimis Anargyris COSMA, & DAMIANO mihi erit dicendum Diſſertatione IX, quum illorum imagines in Agiothecio Ordinis Hieroſolymitani expendam. Interim ſi quem, exhibitum illis a Graecis, & Latinis cultum pernoſcendi, deſiderium tenet, diſquiſitionem hiſtoricam Bernardini Mezzardi haud pridem vulgatam [3] proponimus. In honorem AGATHONICI Martyris teſte Procopio, inſignem Aedem COpoli condi fecit Juſtinianus Imperator [4], qui & alteram NICOLAO Myrenſi dedicavit, a Baſilio Aug. dein reſtitutam [5]. Ita vero per orbem univerſum hujus fama percrebuit, ut quidquid ad illius culturam amplificandam pertinebat, in ipſum copioſe collatum ſit [6]. Notanda, animadvertendaque ea verba in Photii Nomocanone: *καὶ ὁ ἅγιος διὰ τὸν ἐν θαύμασι περιώνυμον καὶ μυροβλύτην Νικό-*

1 *Ducangius COpoli Chriſt. lib. iv.*
2 Balſamon *ad Photii Nomocanon. Tit. vii. Biblioth. juris Eccleſiaſt. Juſtelli tom. ii.*
3 *Diſquis. Hiſt. de SS. Coſma, & Damiano. Romae* 1747.
4 *Procop. de Aedif. lib. i.*
5 Idem *lib. i.* Codinus *Compend. Hiſtor. in Baſilio. Pariſiis* 1645.
6 Multa etiam de translatione Reliquiarum Ipſius circumferuntur. Adiiſis Ampliſſimum Cornelium, *Eccleſiae Venetae Decas. xii. Venetiis* 1749. Tres Barenſibus ... Antonius Beatillus *Vita di S. Nicolò. Napoli* 1665. & Scriptores non laudandi.

Pag.260



Νικόλαον. *Item ſextus* (Decembris ſacer eſto) *miraculis celebri fundentique Mannam Nicoalo* [1]. Haec Photius antequam corpus S. Antiſtitis Barium deveheretur. Atqui non deſunt auctores vere idonei, & probabiles, qui id ipſum Barii accidiſſe teſtentur: quos inter permagni fit a Bailletto Gothefridus Epiſcopus Ambianenſis, qui viginti poſt annis a translatione peracta *Phialam Olei* ex ſepulcro S. Nicolai manantis aſportavit [2]. Nimius hic eſſem, ſi de mirando perennique hoc liquore plura commentari vellem. Provinciam hanc, nobis minime datam, alii jamdiu occuparunt, ac nuper V. Cl. Sabbatinius Epiſcopus Aquilanus, atque Nicolaus Putignanus in his Diſſertationibus, quibus Graeca quaedam S. Nicolai Acta mendoſa, & ſuppoſititia demonſtrarunt.

Pars poſtica oſtioli ſiniſtri.

Ὁ Αγ. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ. *S. Baſilius.*
Ὁ Αγ. ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ
ΘΕΟΛΟΓΟΣ. *S. Gregorius Theologus,*

In circulis.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΦΩΚΑΣ. *S. Phocas.*
Ὁ ΑΓΙΟΣ ΒΛΑΣΙΟΣ. *S. Blaſius.*

Infimo loco.

Ὁ ΑΓΙΟΣ ΣΕΥΕΡΙΑΝΟΣ. *S. Severianus.*
Ὁ Αγ. ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ
ΘΑΥΜΑΤΥΡΓΟΣ. *S. Gregorius Thaumaturgus*

In laude ac commendatione artificis ponendum, quod BASILIUM, & GREGORIUM Nazianzenum, cui THEOLOGI nomen κατ' ἐξοχὴν adhaeſit, proximos compoſuit, & praeclarum illud amicorum par haud diſſociavit; hi namque ſtudia, contubernium, inſtitutum, viciſſitudines, animique propenſiones ſic habuerant communes, tamque arcto amoris vinculo invicem adſtricti fuerant, ut illorum neceſſitudine nihil eſſet conjunctius, πίστει τῇ θείᾳ ἦσαν μιᾷ πεφωτισμένοι, καὶ ἀρετῇ ὁμότιμοι, *nam una eademque fide colluſtrati erant, & pari virtutis ardore flagrabant*, ita ut ψυχὴ μία δυοῖν δίχα σωμάτων

1 Vid. ſupra Tit. VII. cap. I. τὸ μύρον potius reddidi liquorem, quam oleum, vel unguentum. Dufreſnius id me edocuit, qui apertiſſima profert exempla ad eam vocem. *Gloſſarium Mediae, & infimae Graecitatis* tom. I. *Pariſ.* 1688.

2 *Baillet Vies des Saints.* tom. III.

3 *De Actis D. Nicolai &c. Hiſtorico-Critica Diſſertat.* Neapoli 1751. *Vindiciae Vitae & geſt. S. Nicolai. Diatriba* I. *Neap.* 1753. Putignanus quidem agit in ſequentibus Diatribis.

paries divideret, una anima bina corpora colligaret[1]. Licet autem binos fuiſſe PHOCAS ſciam, ambos illuſtres Martyres, amboſque Synope oriundos, hic illum repraeſentari, qui patriae Epiſcopatum geſſit, indumenta Pontificalia manifeſto evincunt. De Sebaſteno Epiſcopo BLASIO commentaria politiſſima oratione, multaque doctrina haud pridem ſcripſit ediditque Alphonſus Nicolai, quem amicitiae cauſſa libentius nomino[2]. GREGORIVS NEOCAESAREAE, ob miraculorum donum, quo pollebat quammaxime, *Thaumaturgus* appellatus, merito adjungitur Baſilio, & Nazianzeno; uterque enim pluris faciebat neminem, uterque ſanctum, & ſtrenuum virum ore pleniore laudavit. Ultimus eſt SEVERIANVS, ille probabilius, quem Eutolmius Comes, ut iniquiſſima Maximiani Imp. juſſa faceret, una cum Agathonico interemit, ſiquidem quum in toto hoc eboreo opificio admirabilis quaedam continuatio, ſerieſque heroum occurrat, qui inter ſe apte colligantur, ex multis Severianis ille unus videbatur eligendus, qui aliqua ratione reſpectuque cum ſuperioribus conjungi poſſet.

Verum qui tantum induſtriae, & accurationis in SS. imaginibus effingendis conſumpſerat, nihilo minus fuit diligentior in dorſo tabellae principalis adornando, qua florum, ſtirpiumque formis, qua avium fabuloſarum ſpeciebus. Tale fuiſſe omnium aetatum, omniumque cujuſvis nationis ingenium liquet ex parietum tectoriis, concamerationibus, lithoſtrotis, muſivis, paraſtatis, zophoris, aliiſque veterum aedificiorum partibus, in quibus chimericas iſtiuſmodi, & ad libitum excogitatas deſignationes noſtris ipſis oculis uſurpamus. Veſtigia autem antiquitatum mediae aetatis vix aliud ornamenti genus ſpectanti objiciunt, quare nil fuit pronius, quam ut a pictoribus, & lapicidis aedibus, Eccleſiaſticaeque ſupellectili aptaretur. Templorum periſtylia, gradus, valvae, frontes, lacunaria, ſacella, altaria, odea, balauſtia, ciboria, candelabra, vaſa, pulpita, hypogaea, hoc uno omnia ſcatent ornatu. Ac ſane, ut exempla curſim apponam, Chronicon Centullenſe fuiſſe narrat in Monaſterio S. Richarii, *imagines* AVIVM *circa Altare*[3]. Leonem PP. *Cortinam Alexandrinam habentem hiſtoriam, Pavonum, Aquilarum, veterum, &* AVIVM *cum arboribus*, Beato Petro obtuliſſe, tradit Anaſtaſius[4]. Pallium cum

1 Vita Gregorii [illegible] operibus edit. [illegible]
2 *Memorie di S. Biagio [illegible] Roma [illegible]*
3 Barberini tom. [illegible] ubi ſupra.
4 *In Leone IV.*

cum HIRVNDINIBVS acu pictis Saeculo X. donodediſſe Baſilicae S. Stephani Gualdricum Autiſſiodorenſem Epiſcopum fidem facit haud recens ſcriptor, qui illorum Antiſtitum hiſtoriam pertexuit [1]. Iiſdem peregrinis deſcriptionibus, ac ſimulacris picta fuiſse Clauſtra Cluniacenſium Monachorum, memoriae prodidit S. Bernardus [2]. At nolo hic immorari diutius, finem jam praeſtolatur noſtra elucubratio.


Mediam areae partem hujuſce tabellae occupat CRVX GEMMATA. Nullum erat auri, argentique pondus, quod optimi Chriſtiani Cruci ornandae libentiſſime non profunderent. Cujus liberalitatis, ac munificentiae laude celebrantur M. Conſtantinus [3], Romanique Pontifices, Hilarus, Symmachus, Sergius, Leo IV [4], qui Cruces aureas diverſis ac pretioſis lapillis exornatas fabricari, ac devotae mentis hortatu in Templis conſtitui, erigique juſſerunt. Adeoque Cruci conveniens ornatus ille habitus eſt, ut Abſidae Baſilicarum teſtulis ac cruſtis pictae illam hoc modo expreſſam ſaepiſſime demonſtrent, meritoque Prudentius Chriſtum Jeſum Vrbem Dominam alloquentem inducens, occinerit [5].

Agnoſcas Regina libens mea Signa neceſſe eſt,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolida ex auro praefertur in haſtis.

At illud gravius, & in rem noſtram fortaſſe accommodatius, *Crucis gemmatae* imagine extimam Diptychorum partem decorari conſueviſſe. Rem ſatis edocet Tabella eburnea ex Muſeo Franciſci Florentinii, a Cl. Donato nuper typis data, & pereleganter illuſtrata [6], in qua venerandum ſalutis noſtrae ſignum hanc unam refert deſignationem, atque formam. Extremum eſt, ut Crucem, omnium, quae Romae ſunt, antiquiſſimam, & cum figura, tum ornatus concinnitate huic noſtrae longe adſimilem, oratione attingam. Auream illam hic ajo Crucem in Sacrario Vaticano adſervatam, carbunculis, ſmaragdis, topatiis, margaritis fulgentem, Senioris Juſtini Imp. (quid ni oblatam credam a *Seniore*, cujus munificentiam in Baſilicam Vaticanam toties laudat Anaſtaſius?) & Euphemiae, vel Theodorae Aug. effigie in extremis brachiorum oris diſtinctam, & ligni vivifici ſacratiſſimae Crucis particula inſi-

1 *In Biblioth. Nova Labbei tom. 1.*
2 *Apologia ad Guillelmum Abbatem S. Theodori cap. XII. memorat. edit.*
3 *Euſebius Vita Conſt. lib. 3. cap. XXX.*
4 *V. Anaſtaſium.*
5 *Contra Symmach. lib. 1. [illegible] opus de Cruce Triumphante lib. [illegible] cap. XII. Romae 1610.*
6 *Dei Dittici lib. III. cap. 12.*

inſignem, cujus accuratum exemplar nemo hactenus, quod ſciam, in hominum oculis conſpectuque collocavit In poſtica illius facie, ubi Auguſtorum imagines, apta litterarum diſpoſitione inſcriptio viriculo caelata legitur, quae ſacrae largitionis auctorem, aetatemque luculentiſſime declarat,



Interim nemo me liberius accuſet, aſperiuſque hanc exercitationem exagitet, atque contemnat, quaſi ego ab argumenti praeſcriptione diutius aberrans, aliena copulaverim, & in Triptychi gratiam quaſi de cauſſa digrediens externa huc congeſſerim. Quis potius non animadvertat graviſſimae vituperationi mihi fore futurum, ſi poſtquam Sacratiſſimus Princeps praeclari adeo monumenti, incredibili munificentia ac liberalitate mihi copiam fecerat, ſtudia

dia omnia in id non retuliſſem, ut diligens illius explicatio una cum ipſis Tabulis in lucem prodiret? Ante mei me capiet oblivio, quam mihi hujus tanti Pontificis clementiae recordatio non omni tempore jucundiſſima ſit futura. Quare ſi maximo ac immortali illius munere Eboreas haſce Tabulas conſecutus fueram, decebat me quammaxime, ut non ſolum ea decerperem, quibus S. JOHANNIS BAPTISTAE cultum probatum iri videbam, ſed imagines omnes ſingulatim illuſtrarem, noſtraque explanatio, veluti memoris, devinctiſſimique animi monumentum, Domino Sancto, ac Patri Patrum exhiberetur.

CAPUT DECIMUM.

Donaria pretioſa Templis conſtantiſſime oblata. SS. PP. ſententiae adverſus Hoſpiniani criminationes. S. Baptiſtae corona aurea ab Agilulfo Rege oblata. Alia a Theodolinda. Evangeliorum ſittybae ornatiſſimae in honorem S. Iohannis ab eadem Regina dono datae. Formula de Donis S. Johannis. *Tabulae argenteae ad Sacram Menſam conveſtiendam, &* Frontalia, *quibus S. Praecurſoris effigies caelata, commemorantur.* Deſſale *argenteum Baptiſterii Florentini miro artificio figuris anaglyptis geſta univerſa S. Iohannis exhibens. Ejuſdem Inſcriptio.* Antipenſium *ſericum opere Phrygiano a Nicolao Eudemon-Iohanne Divo Baptiſtae oblatum deſcribitur. Addita eadem Graeca epigraphe brevi interpretatione illuſtratur.*

QUI arbitrantur Templa omnibus ornamentis eſſe exſpolianda, & ſuperſtitioſae cujuſdam pietatis ſtudio ac praetextu, quamcumque lautam, ac magnificam ſupellectilem ab his eliminant, nedum veterum religionum infeſtiſſimos hoſtes ſe produnt, ſed ſanctiorem diſciplinam evertunt, & conſuetudines, quibus Eccleſia univerſa jugiter enituit, perturbant, imprudenterque labefactant. Inſignis horum hominum anteſignanus Rodulphus Hoſpinianus, qui altius ſe extollens, minimique pendens magna illa nomina, Paullinum, Prudentium, Salvianum, Victorem Vitenſem, alioſque ſexcentos Patres, ſumptuoſa donaria, atque anathemata a Templis procul eſſe edicit [1]. Ergone culpandus Optatus Milevitanus, qui Conſtantem Imp. laudat, quod Carthaginem miſerit *ornamenta*

1 *In Hiſtoria Sacramentaria lib. 1. cap. 1. & ſeqq. Tiguri 1598.*

menta domibus Dei[1]? Ergo ne culpandus Gregorius PP. II. qui Leoni Iſaurico id crimini vertit, quod *Eccleſias Dei denudarit, quam Sancti Patres conveſtierant, & ornarant*[2]? Sed quo proceſſerit iſtorum maleſana contradicendi libido, centies a noſtris eſt demonſtratum. Accedo jam ad *Donaria* Beatiſſimo Praecurſori pietatis cauſa antiquitus oblata. Ac primo occurrit Corona aurea votiva pondo unciarum XXI denariorum IX., & figuris Apoſtolorum ornata, quam Langobardorum Rex Agiluiphus Patrono gentis ſuae benemerenti obtulit, addita illi inſcriptione[3]:

> ✠ AGILVLF. GRAT. DI. VIR. GLOR. REX TOTIVS
> ITAL OFFERT SCO IOHANNI BAPTISTE
> IN ECLA MODICIA. ✠

In quo rectiſſimam laudis viam tenuiſſe Agilulphum mihi non latet, qui a viris principibus, & optimatibus *Coronas aureas*, per catenulas Baſilicarum laquearibus ſupra ſacram menſam appendendas, ſaepenumero oblatas, in antiquis ſcriptoribus memorari video. Prolata ſive a Bulengerio *de Donariis Pontificum*[4], ſive a Cl. Fontanino *de Corona Ferrea Langobardorum*[5], exempla quamplurima praetervehor; ſed ſilentio non obtegam illud S. Hilari PP. qui teſte Anaſtaſio, *ante Confeſſionem S. Iohannis fecit Coronam auream*, itemque aliam *argenteam*[6]. Verum fieri minime poterat, ut quum de Donariis S. Baptiſtae oblatis ſermo inſtituitur, obviam non eſſet celebris Theodolinda. Re enim vera nedum Coronam illa dono dedit Baſilicae Modoecianae, ſed Evangeliorum librum integumentis auro, gemmiſque perornatum, majoribus, neque inelegantibus litteris, ſed plebeja latinitate inſculpta hac epigraphe[7].

✠ IN


1 De Salſfonte lib. III. cap. III. edit.
2 Epiſtola I. Labbe Concil. Collect. t. VIII.
3 Confer Murator. Rer. Italic. Script. t. I. par. II. e Spiegazione di due antiche monete di Meſſina pag. 112. Tab. I. Venezia 1740.
4 Lib. II. cap. XVII. Lugduni 1612.
5 Cap. IV. Romae 1717.
6 Sect. XXIX. tom. III. edit. Blanchin. Romae 1718.
7 Maffejus Storia Diplomatica p. 310. Eandem vulgavit Mabillonius Iter Italic. p. 213. Muſ. Ital. tom. I. Pariſiis 1687.

✠ IN MODICIA QVAM IPSA FVND
DE DONIS D̅I̅ OFFERIT THEODELENDA
REG PROPE PAL SVVM IN BASELICA
GLORIOSISSEMA S̅C̅O̅ IHOANNI BAPT

Porro nil uſitatius illa formula *de donis Dei*, quae cujuſvis generis *donationibus* inſcribi, aut marmoreae tabulae conſignari ſolebat, cujuſque nobiliſſima tum Graeca, cum Latina ſuppetunt exempla apud eumdem a me mox laudatum, atque in ſacris antiquitatibus ſumma accuratione, & fama verſatum Fontaninum *de Diſco Votivo* [1]. Qua formula probi illi veteres Chriſtiani teſtatum volebant, ultro fateri ſe, a Deo bonorum omnium largitore accepiſſe, quae illi pietatis ergo reddebant. Atqui tanta fuit de Johanne exiſtimatio, & tanta ille pollere gratia apud Deum credebatur, ut bona aliquando ab illo profecta cenſerentur. Hinc alia formula, *de donis S. Johannis*, quae neſcio an alteri Divorum ſit umquam adjudicata. Notiſſima inſcriptio illa mira barbarie, & ruſticitate ſcatens Muſei Veronenſis inſculpta columnis, Ciborio cujuſdam Eccleſiae ſuſtinendo olim deſtinatis. *Ciboria*, ſeu *Umbracula* columnis quatuor praealtis attollebantur, & in faſtigiatam formam educta totum Altare contegebant, quemadmodum late diximus in libro *de Umbellae geſtatione* [2]; proindeque Veronenſia marmora, columnas vel potius columnarum partes ex quatuor ad id paratis fuiſſe arbitror. Quanquam inconcinnum epigramma ediderint Fontaninus [3], Maffejus [4], Biancolinius [5], Sartius [6], nimis commode, & opportune accidit ad rem, de qua agimus, illud legenti exhibere.

 Alte-

1 *Cap. 12. & ſeqq. Romae 1727.*
2 ΣΚΙΑΔΙΟΦΟΡΗΜΑ, *ſive de Umbellae geſtatione Commentarius. Cap. 12. Romae 1732.*
3 *Ubi ſupra.*
4 *Muſeum Veronenſe p. CLXXXI. Veron. 1749.*
5 *Notizie delle Chieſe di Verona t. 1. Chieſa di S. Giorgio in Val Pulicella. Verona 1749.*
6 *De Caſula Diptycho cap. III.*



Alterum Sacrorum antathematum genus fuerant Tabulae argenteae, quibus Sacra Menſa antrorſum conveſtiebatur. Saepe a Romanis Pontificibus oblatas legimus in Anaſtaſio [1]. Praeter illas, quas Georgius *de Sacro Miniſterio* [2] ennumerat, Tabulam indicabimus conſtructam juſſu Theobaldi Abbatis S. Liberatoris, qui de ſe ait, *ante ipſum Altare ſtatui tabulam argenteam mirae pulchritudinis* [3]: tum alteram ab Hilmerado Epiſcopo Helenenſi data, cujus mentio eſt in *Marca Hiſpanica* hiſce verbis: *Offero quoque tabulam argenteam ante ipſum Sacroſanctum Altare mirifico opere compiam*.

1 In Pelagio II., Honorio I., Theodoro, Leone IV. &c.

2 *De Liturg. R. P. tom.* 1. *Diſquiſit. cap.* xxix.

3 De *Theobaldi* donationibus diſſert. cap. v.

ptem [1]. Varius etiam erat harum Tabularum uſus, ut a Lazaro Boquillotio demonſtratur [2], & Sacrae Menſae quandoque imponebantur. At quum jam de iſtis cap. IV. diſſeruerim, illas nunc unice perſequor, quas *Pallia*, aut *Frontalia* poſterior aetas appellavit. Quadris, aut paralellogrammis tota area dividebatur, inque illa Sanctorum imagines excuſae viſebantur. Superſunt hodie vetera ejuſmodi Frontalia potiſſimum Mediolani [3], Venetiis [4], Altini [5], aliiſque Venetae Provinciae Oppidis, quae ex quotidiana cum Graecis conſuetudine uſum ἁγίων τραπέζων *Menſarum Sacrarum* accepiſſe videntur. In his igitur Sacrarum tabularum cellulis conſtantiſſime imago B. JOHANNIS occurrit, ut manifeſto videas inter praecipuos, maximoſque Patronos ſemper habitum fuiſſe Chriſti Praecurſorem, & eximiam in illum gentium omnium pietatem Sacris etiam Donariis multimode teſtatam.

Tot tantiſque devotionum indiciis accedat pretioſiſſimum anathema a Florentinis Divo Baptiſtae oblatum. Extat in illuſtri celebrique Vrbis illius Baſilica Baptiſterii Pallium argenteum, quo Altaris temporarii anterior pars, ejuſdemque latera conveſtiuntur ſollemnibus his diebus, quibus veneranda Lipſana illic impoſita frequenti populo oſtenduntur. Sermone vernaculo *Deſſale* nuncupatur, ſed rectius dixeris *Doſſale*, vel *Dorſale*, vel *Dorſile*, vel *Doxale*. His nominibus appellari legimus apud medii Aevi ſcriptores ne dum *Pallia*, ſed aulaea, velaria, conopaea [6]; ſive quia dorſo Altaris, parietum, oſtii praetenderentur, ſive quia ad δοξολογίαν pertinerent, eorumque uſus ad majorem celebritatem reſervaretur. De magnifico hoc Florentinorum opere conſtruendo primo cogitavit Collegium Mercatorum, nihilque fuit aut diligentiae, aut pecuniae, quod illi perficiendo non impenderit. Conſules Artis fabros argentarios, ſculptores, pictores encauſticos, opificeſque delegerunt, quorum magnum eſſet nomen [7]; iique multorum annorum ſpatium ſibi concedi poſtularunt ad opus omni gratia, venuſtateque abſolvendum. In cellulas ſeptemdecim Dorſale diſpertitur, totaque S. Johannis Baptiſtae vita, egregii Parentes, ortus illius, in deſerta tranſvectio, conciones, bapti-

1 *In Appendice Pariſiis 1683.*
2 *Traité Hiſtorique de la Liturgie livre 1. Chap. v. à Paris 1701*
3 *Ambroſianae Baſilicae Monumenta Vol. 1.* [illegible] *Mediolani* [illegible]
4 *Georgius ubi ſupra, aliique ipſi non ſemel ſuſpeximus*
5 *Coſtadoni Oſſervazioni ſulla Cattedrale di Torcello* §. [illegible]
6 *Ducangius Gloſſ. Latin.*
7 *Baldinucci.*

baptizatio, allocutio ad Herodem, conjectio in carcerem, ſpiculator caput detruncans, inlatio capitis ad convivas, diſcipuli corpus cum funere efferentes, figuris anaglyphis eiſdem cellulis ordinatim concluſis, repraeſentantur. Epibaſi vero encauſto caeſii coloris intecta, litteris auratis inducta inſertaque inſcriptio.

> ✠ ANNO . DOMINI . MCCCLVI. INCEPTVM
> FVIT . HOC . OPVS . DESSALIS . TEMPORE
> BENEDICTI . NEROZZI . DE . ALBERTIS
> PAVLI MICHAELIS . DE . RONDINELLIS
> BERNARDI . DOMINI . CHOVONIS . DE
> CHORONIBVS . OFFITIALIVM . DEPVTATORVM.


Ita pene dixerim Florentinos exemplum ſibi conſtituiſſe ex geſtis PP. Gregorii IV., qui ſingulari in Praecurſorem obſervantia ductus, Menſae Sanctae Baſilicae Lateranenſis antrorſum contegendae dono dedit *veſtem cum Chryſoclavo, habentem in fronte Altaris Hiſtoriam Beatiſſimi Baptiſtae Iohannis* [1].

Nemini incompertum puto exſtitiſſe in Brutiis uſque ad Sixti Papae IV. aetatem Epiſcopatus, ac Monaſteria complura, quae Graecorum parebant legibus, Graeciſque omnino utebantur caeremoniis; quare Latini Antiſtites, Graecis ſucceſſores dati, multa nationis illius monumenta illic invenere. Inter haec Graecum *Antipenſium* [2], quod hodie Neapoli apud noſtros Clericos Regulares eſt, magnoque in pretio habetur. Quamvis nullam Baptiſtae imaginem, neque illius nomen referat, quia tamen haec in noſtratium ore fama verſatur, pertinuiſſe olim ad Eccleſiam S. Johannis ad radices Silae Sylvae, credibilis conjectura eſt, etſi nullo teſte firmetur, votivum Donarium eſſe ab homine Cretenſe S. Praecurſori oblatum: quae una cauſſa facit, ut illud hoc loco deſcribam. Itaque Antipenſium ſericum eſt, opere Phrygiano, aureiſque filamentis intextum. Aream, quae in longitudinem per palm. v. vulgaris menſurae, & in altitudinem per palm. III. protenditur, ſparſim decorant ſtirpes, floreſque multicolores, inter quos Chriſtus acu depictus, & in feretro

1 *Anaſtaſius in vita ejuſdem.*

2 Hoc potius utor vocabulo, non autem *Antimenſium*, quod aliis praeplacuerat, dico [illegible] [illegible] Altari [illegible]. Ita autem [illegible], ut Meurſius docet in Gloſſario. (*Lugduni* 1614) Quum Antiſtes Templum dedicaſſet, [illegible] Menſae circumvolutum [illegible], Sacerdotibuſque diſtribuebat, qui [illegible] Menſa [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] non poterant; quare [illegible] longe diverſa eſſe a Palliis & Frontalibus, de quibus nunc ſermo eſt. Plura de illis [illegible] in Theſauro Eccleſiaſtico tom. I. Amſtelod. 1728 [illegible] de Altaribus cap. [illegible] *Altaris Cooperimenta* appellat Victor Vitenſis *de Perſecutione Vandalica* Lib. [illegible] *Pariſ.* 1694.

tro decumbens intuenti primo occurrit; utrinque adſtant Angeli, induti tunica manicata, & ſtola praelonga, flabellis muſcas & animalcula a demortui Jeſu corpore abigentes. Evangeliſtarum imagines excipiunt quatuor Antipenſii anguli. Picturam vero circumambit inſcriptio, quam adamuſſim, & retento ipſiſſimo litterarum ductu, calamo reddidi, ſummaque fide ob oculos propono.



Ac ne cui perpetua characterum colligatio, eorumque inſolens forma negotium injiciat, ſic primo litteris uſitatis, totidemque lineis exhibeo

ὁ εὐσχήμων Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ξύλου καθελὼν τὸ
ἄχραντόν σου σῶμα σινδόνι καθαρᾷ ἑλίσας (reſtitue εἰλήσας) ἐν
ἀρώμασιν: ἐν μνήματι (appone μνήματι) καινῷ: κηδεύσας ἀπέθετο
† ταῖς μυροφόροις γυναιξὶ παρὰ τὸ μνῆμα ἐπιστὰς †
ὁ ἄγγελος βόα (corrige ἐβόα) τὰ μύρα τοῖς θνητοῖς ὑπάρχει ἁρμόδι-
α Χριστὸς δὲ διαφθορᾶς ἐδείχον (refinge ἐδείχθη) ἀλλότριος † δέησις τοῦ
δούλου τοῦ Θεοῦ Νικολάου τοῦ διδασκάλου Ἰωάννου
ἅμα συμβίῳ καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ· ἀμήν
ἔτους ,ςω λ ιε. ε ιε. †.

Ea autem in Latinum tranſmiſſa haec erit: *Nobilis Joſeph immaculatum tuum corpus e ligno deponens, quum illud munda ſindone involviſſet, & aromatibus curaſſet, in novo monumento collocavit. Angelus qui ſepulcro adſtabat, mulieribus unguenta ferentibus*[1] *elata voce*

1 Μυροφόροι in Graecis ſcriptoribus dicuntur tres Mariae, quae coëmtis aromatibus acceſſerunt ad Chriſti ſepulcrum, ut eum pro patrio more inungerent. V. Pentecoſtarium Graecorum ad ſanctum Dieu Paſchae, Venetiis 1579.

unct docebat · mortalibus unguenta curantibus, Chriſtus tamen a corruptione immunis. Votum ſervus Dei Nicolai Eudaemon Johannis, Uxoris, & Filiorum ejus. Anno Anno 6915 Indictione 15. De hujus piae Donationis aetate nullus relinquitur dubitandi locus, nam etſi nota numeralis, quae antecedit *Epiſemon ſampi*, ϡ, quod pro 900 accipitur, non ſatis nitide, accurateque expreſſa ſit, facile quivis intelliget eſſe *Epiſemon bau*, ϛ, quod numeri ſenarii valorem obtinet. Quemadmodum autem notae numerales a Latinis adhibitae, *millenariae* evadunt, ſi linea illis ſuperducatur, ita quoque characteres, & Epiſema Graecorum *millenaria* ſunt, ſi illis lineola tranſverſa, accentus inſtar \, appicta fuerit, proindeque hic *Epiſemon bau*, pro 6000 haberi debet. Jamvero quum Graeci in Annorum ſupputatione vulgari aera Dionyſiana minime uti ſoleant, ſed ab Orbe condito, tamquam a cardine exordiantur, erit hic deſignatus Annus Mundi 6915. Cumque Natalis Chriſti Domini inter tot varias diſſidenteſque ſententias optime An. Orbis conditi 5508 affigi conſignarique poſſit, aera [illegible] An. Chriſti 1407 reſpondebit. Cui quidem ſupputationi ſuffragatur *Indict.* XV, quae vere in eum Annum incidit, non enim litteram ι inclinatam (quae pro 1, & 10 accipi poteſt) Menſem indicare puto, ita ut *Νοέμβριος ι. Novembr. die* XV. ſignificet, ſed potius *Ἰνδικτιῶνος ιε*, quandoquidem haec cum Anno appriſme cohaeret. Atque ad hanc notarum numeralium interpretationem viam mihi monſtravit amiciſſimus Eduardus Corſinus, homo omnium (ut de Q. Scaevola a Cicerone dictum eſt) & harum rerum diſciplina eruditiſſimus, & ingenio acutiſſimus, & oratione maxime limatus, in immortali opere *de Notis Graecorum* [a]. Antiquitatum ſtudioſi illud praeterea animadvertant velim, characteres, quibus inſcriptio conſtat, jam a Saeculo XI uſurpatos fuiſſe, quod lapidum, atque Codicum exemplo perſpicue evincitur, quo fit, ut ex ſola litterarum forma cujuſvis monumenti aetas certo decerni aliquando haud poſſit. Cretenſem dixi Nicolaum Eudaemon Johannem, propterea quod notiſſima ſit Inſulae illius familia, ceterum ſi illius ſobolem in Calabriam ſive mercaturis faciendis, ſive alia de cauſſa tranſductam quis volet dicere, non repugnabo; ſcio enim de Graecorum cum Brutiis per illa tempora commercio, multa tum publica cum privata extare documenta. Sed nolo pluribus lectorem detinere, quo me vocat inſtituta oratio, iterum reverto.

DIS-

a *In Prolegomenis §. 128. de Diſſert. Poſt Notar.*

DISSERTATIO SEPTIMA

DE CVLTV, QVEM ORDO HIEROSOLYMITANVS S. JOHANNI BAPTISTAE PERPETVO EXHIBVIT

CAPVT PRIMVM.

Decipi Hiſtoricos, qui Ordinem Hieroſolymitanum tutelae S. Johannis Eleemoſinarii, non vero Baptiſtae primitus commendatum ſcribunt. Huic errori praeluſiſſe Tyrium Archiep., cujus auctoritas Card. Vitriaco, aliiſque Chronographis plurimum impoſuit; ſed omnes ad unum errore labi. Xenodochium, ac Monaſterium S. Mariae de Latina Hieroſolymis extitiſſe longe antequam Ordo conderetur ex Itinerario Saeculi IX probatur. Poſt obitum Caroli Magni defeciſſe utrumque reſtauratum Saeculo XI. Ven. Gherardvs Rector Xenodochii a Monachis una cum Hoſpitalariis prorſus ſecedit; novam Eccleſiam, novumque Ordinem inſtituit, & S. Johanni Baptiſtae devovet. Ex quo rem ſecus accidiſſe patet, ac ab Ipperio Monacho ſcribitur. Apertiſſima hujus rei teſtimonia ex litteris PP. Paſchalis II. & Calixti II. ex verbis Donationis Godefridi Bullionii. Egregia Miraei argumentatio. Mennenius quam ſibi inconſtans. De Johanne Eleemoſinario in noſtris monumentis altum ſilentium.

PERVESTIGANTI mihi quidnam cauſſae eſſe poſſit, cur quum omnes homines errare, & decipi malum ac turpe putent, tum multi inveniantur hiſtorici, qui etſi aliqua doctrinae laude floruiſſe credantur, in ſumma tamen opinionum varietate verſentur, eorumque libri erroribus, & falſimoniis undique diffluant, quibus lectorum animi miſere implicantur, planeque inficiuntur: id ſtatim occurrit plura multo homines judicare ſive impetu quodam, ſive ex vulgi opinione, quam conſilio, & veritate, vel quia res, de quibus diſceptatio ſuſcipitur, ſtudioſe non intuentur: vel quia numquam de aliorum judicio diffitentes, nihil in aliorum dictis mutandum, nihil corrigendum arbitrantur, proinde & ſua animi levitate, & fama populari eluduntur. Ex quo ſaepe accidit, ut hiſtoria facta mendoſior longe lateque animos hominum peragretur, & ſuppoſititiae opiniones intimis mentibus ſenſim inhaere-

haereſcant. Ita mihi Deum propitium eſſe velim, ut ego hanc tam levem, tamque inconſultam diſputandi rationem nonnullis ſcriptoribus exprobrare merito poſſum, qui de Equeſtris, Sacreque noſtri Hieroſolymitani Ordinis primordiis inepte, imprudenterque diſſeruerunt. Eos appello Hiſtoricos, qui affirmant glorioſam hanc clarorum, plurimumque hominum ſocietatem, nequaquam S. Johannis Baptiſtae numine, auſpicioque conditam, fundatamque fuiſſe, ſed primas illas illuſtres animas, quae eam inſtituerunt, ſe, totamque Rempub. ſuam patrocinio S. Johannis cognomento *Eleemoſynarii* tutandam dedidiſſe. Huic opinioni praeluſit primus Guillelmus Tyri Archiepiſcopus, Sacrique Palatii Cancellarius in Hiſtoria Belli Sacri [1], qui de nobiliſſimis *Hoſpitalariis Hieroſolymitanis* verba faciens, ait: *Erexerunt in eodem loco* (ubi nempe aedem Hoſpitalem excitaverant) *Altare in honorem Beati Johannis Eleymon. Hic vir Deo placens, & per omnia commendabilis, natione fuit Cyprius, tandem ſuffragantibus meritis factus eſt Alexandrinus Patriarcha, vir in operibus pietatis ſingulariter excellens, cujus pia ſtudia, & liberales eleemoſynas in perpetuum enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum. Unde a SS. Patribus vocatus eſt Eleymon, quod interpretatur miſericors*. Hujus Metropolitae nomen, & auctoritas, qui prope ad ea tempora inter homines agebat, multis egregie impoſuit, ut illius teſtimonio pleniſſime fidentes, ne digitum tranſverſum, aut unguem latum ab hac ſententia eſſe recedendum putarint. Ita plane Jacobus Cardinalis de Vitriaco, qui in Hiſtoria Hieroſolymitana Cap. LXIV. nedum Guillelmi judicium amplexatus eſt, ſed verbis iiſdem ſuum expoſuit [2]: *Ad opus infirmorum, & peregrinorum Hoſpitale, & capellam in honorem Sancti Johannis Eleymonis conſtruxerunt. Hic vir Sanctus, & Deo placens &c.* Alterum eſt genus ſcriptorum, quibus ea ſententia probari videtur, his nimirum, qui aliena compilantes, rerum memorabilium narrationes, quas *Chronica* dicimus, per tempora digeſſerunt. Revera Johannes Iperius Monachus, qui diem ſupremum clauſit ineunte A. MCCCLXXXIII. in opere, quod a Monaſterio inſcribitur *Chronicon S. Bertini P. IV. Cap. XLI. De principio Ordinis Militarium, & poſtea de Ordine Hoſpitalariorum* haec habet: *Fratres S. Johannis in Jeruſalem, qui alio nomine dicuntur Hoſpitalarii, primo fuerunt Fratres Laici ſub Abbate S. Ma-*

[1] Lib. [illegible] cap. [illegible] Opera Guillelmi Tyrii [illegible] 1549.

[2] [illegible] Gesta Dei per [illegible] 1611.

S. Mariae de Latinis in Ieruſalem Ordinis S. Benedicti profeſſi, & ſub eodem arma ſumpſerunt, & militiam. Ex eorum exemplo orti ſunt alii militares Religioſi profeſſi . . . Abbas, & Monachi in ingreſſu Monaſterii ſui conſtruxerunt Hoſpitale, & capellam in honorem Beati Ioannis Eleemoſinarii ad Latinos advenas, & peregrinos pauperes & infirmos recipiendum. . . . . . ab Hoſpitale dicti Hoſpitalarii, & a B. Ioanne Eleemoſinario Fratres S. Iohannis in Ieruſalem [1]. Tyrii praeterea ſententiae acquievit Henricus Bangertus in adnotationibus ad Chronicon Helmoldi. *Primi fuerunt Hoſpitalarii. Illorum haec origo. Diu ante Godefridi adventum nonnulli Religioſi in Vrbe Hieruſalem tollerati fuerunt, qui tandem Hoſpitale S. Ioannis Eleemonis aedificarunt. Iſti poſt Godefridi adventum habitum Regularem ſuſceperunt, albam Crucem veſtibus in pectore additam geſtantes. Vita erat pia & religioſa; pauperibus miniſtrare primarium vitae inſtitutum* [2].

Quamquam qui rem enucleatius inquirere, diligentiuſque expendere inſtituerunt, aliter omnino ab his ſcriptoribus exiſtimandum viderunt, ſed unius Guillelmi nomine quodammodo permoti, illius judicium prorſus rejicere, atque improbare minime auſi ſunt. Duos hic tantum adducam. Caelius Secundus Curio *de Bello Melitenſi* addubitans ſcribit. *De Ioannitarum appellatione, ab ea fama, quae pleroſque obtinet, diverſum eſt. Qui a Baptiſta Ioanne eos ſic appellatos putant. Tyrius tamen Antiſtes, qui res eo tempore in Oriente geſtas graviſſime ſcripſit, auctor eſt Hoſpitalem Domum, cujus ſe cultores Ioannitae profitentur, inſtitutam, fundatamque eſſe, atque ab iiſdem Ioanni cuidam Cyprio Patriarchae Alexandrino, cui a miſericordia in egenos Eleemonis nomen fuerit, conſecratam* [3]. Quam incerta varieque haec ſcribantur, plane intellexit Henricus Pantaleo in Latina noſtri ordinis Hiſtoria; at neſcio quo ductus conſilio, Tyrii auctoritatem vel ipſe etiam veritus eſt. Is ſic habet *lib. I. Iohannitarum ergo. In eo loco* (ſubaudi S. M. de Latinis) *Oratorium in honorem Dei, & S.* JOHANNIS BAPTISTAE *conſtituerunt Hoſpitalarii, admoniti Zachariae Patris memoria, qui in eum locum ſaepe ad meditandum perrexerat. Sunt tamen qui id honoris Iohanni Cyprio deferunt, qui ſub Phoca Imperatore Alexandrinus Patriarcha, atque eleemoſynis dandis liberaliſſimus fuit, unde etiam cognomine Eleemoſynarius dictus.*

1 Chronicon S. Bertini habetur in Tom. III. *Anecdotorum* Edm. Martene *Pariſiis* 1717. [illegible]

2 *Chronicon Helmoldi lib. I. cap.* LXIII. *Lubecae* 1659.

3 *De Bello Melit. Hiſtoria, ad Calcem Hiſtoriae Saracenicae Auguſtini Curionis. Baſileae* 1568.

Quin etiam antiquorum historiae tradunt Johannem Hircanum ex Machabaeorum illustri familia prognatum in eo loco suo tempore Ptochodochium habuisse, quod sub Tito cum reliqua Urbe interierit [1]. Sed facilis ac prompta eſt tot inanium verborum refutatio. Poſitum ſit igitur in primis, quod poſt maxime intelligetur, neminem ex his ſcriptoribus acrem ac diligentem inveſtigatorem ſe praebuiſſe, neminem Ordinis noſtri primordia initus perveſtigaſſe, neminem vetera monumenta expendiſſe. Ego vero res ita notas, ita teſtatas, ita manifeſtas proferam, ut nihil reliquum dubitationis eſſe poſſit, primos Equitum Melitenſium inſtitutores S. JOHANNI BAPTISTAE, non vero Eleemoſinario ſe, Ordinemque ſuum devoviſſe. Ut igitur ab ultimis uſque temporibus auctoritatem acceſſam, quovis depulſo mendacio, quae fuerint fauſta, beneque auſpicata ampliſſimi Coetus initia conſtituamus.

Xenodochium pro Latinis Hieroſolymis fuiſſe antequam Sacer, Equeſtris Ordo conderetur, ambigi non poteſt. Non illud quidem ajo, quod a Johanne Hircano aedificatum nonnulli falſo dictitant [2]; non illud, quod tempore S. Baptiſtae excitatum fabulatur incertus ſcriptor in *Monaſtico Anglicano* [3], ſed illud, quod Caroli Magni munificentia, auctoritateque extructum ſcriptoris pene coaevi teſtimonio ſuademur. Cl. Mabillonius Annalium ſui Ordinis libro XXXVII. memorat Gallum quemdam Monachum, Bernardum, qui vitam cum virtute degebat An. DCCCLXX, quique Loca Sancta ea tempeſtate inviſerat. Profectus itaque Bernardus, duobus aliis comitantibus Monachis, altero Hiſpano, altero Italo, Babyloniam perrexit, acceptiſque a Principe Saracenorum Adelhachem litteris, ad Sanctam Civitatem Hieruſalem ſecure ſe con-

1 *Militaris Ordinis Johannitarum Rhodiorum, aut Melitenſium Equitum rerum memorabilium Hiſtoria* [illegible] *libris* XII. *comprehenſa, authore* [illegible] *Pantaleone Baſilienſi. Baſileae* 1581.

2 [illegible] Machabaeorum [illegible] Hieroſolymitani [illegible] Machabaeorum [illegible] *De Ordinibus Militaribus Diſquiſitiones*. [illegible] 1627.) & [illegible] *Juſtinianum* (*Hiſtorie Chronologiche* [illegible] *Ordini Militari* [illegible] 1692.) qui de Johanne Cypro, aut Hircano ne verbum [illegible].

3 *Monaſtici Anglicani Volum. II.* Londini 1661. pag. [illegible] *de Primordiis & inſtitutione ſacrae Religionis Hieroſolymitanae*. [illegible] *Quia gloriosus miles* [illegible] *Johannes Baptiſta Chriſti Baptiſmum praedicans ab Herode decollatus erat, cujus vitae ſanctimoniam cuncti admirabantur,* [illegible] *patronum appellaverunt.* [illegible] *tempora, non vetuſta* [illegible].

contulit. In narratione autem eorum, quae in ea Vrbe obſervatu digna illi viſa ſunt, ſic ſcribit. *Ibi habetur Hoſpitale, in quo ſuſcipiuntur omnes, qui cauſſa devotionis illum adeunt locum, loquentes lingua Romana. cui adjacet Eccleſia in honore Sanctae Mariae, nobiliſſimam habens Bibliothecam ſtudio praedicti Imperatoris* [a], ſcilicet Caroli Magni [b]. Sed poſtquam hic mortalitatem explevit, Latini homines vel Vrbe exterminati, vel omni crudelitate ſic vexati, ut ſponte ſua abſceſſerint. Accedebat inveterata Graecorum invidia, ac malevolentia, qui a noſtris adeo averſo erant animo, ut graviſſima illis importarent incommoda, & moleſtiis pene quotidianis ſollicitarent. Igitur piiſſimi illi Amalphitani, qui mercaturae faciendae cauſſa eas Regiones adibant, vel potius incolebant, quum animadvertiſſent Latinos peregrinatores gravi, diuturnaque flagrare invidia, damnis, vinculis, verberibus affici, boniſque omnibus a Mamethuanis expoliari, de Xenodochio reſtituendo cogitarunt [c]. Quocirca donis, pecuniaeque magnitudine ab Aegypti, Syriaeque Calipha Monſtaſer-Billah impetrarunt, ut e regione Templi S. Reſurrectionis, ubi quondam domicilium illud Hoſpitale extitabat, (id enim, ut ego interpretor, nominis ſimilitudo innuere videtur) iterum Prochium, ac Valetudinarium peregrinis pauperibus, vel infirmis excipiendis inſtauraretur, tum Monaſterium adſeretur ad rem Divinam more Latino peragendam [d]: quod quum eſſet Deiparae, alterius memoratae Eccleſiae Patronae, dicatum, *S. Mariae de Latina* eſt appellatum. At non ideo putandum Mamethuanos Latinorum integritate commotos ab illis vexandis abſtinuiſſe: ſi quid

a *Annales Ordinis S. Benedicti* tom. [illegible] *Pariſiis* 1704.

b Eginhartus in vita Caroli M. haec ſcribit: *Circa pauperes ſuſtentandos, & gratuitam liberalitatem, quam Graeci eleemoſynam vocant, devotiſſimus, ut qui non in patria ſolum, & in ſuo regno id facere curaverit, verum transmarina, Syriam, Aegyptum, Africam, Hieroſolymam, ubi Chriſtianos in paupertate vivere compererat, penuriae illorum compatiens, pecuniam mittere ſolebat. ob hoc maxime transmarinorum Principum amicitiam expetens, ut Chriſtianis ſub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret.* [illegible] *Baſileae* 15[illegible]

c [illegible]

d [illegible]

quid illis indulgebant, quemadmodum tradit Albertus Aquenſis, eorum avaritiae tribuendum. *Soli etiam Dominici ſepulcri Templo, ejuſque cultoribus Chriſtianis parcebant, propter tributa, quae ex oblatione Fidelium aſſidue eis fideliterque ſolvebantur, una cum* ECCLESIA S. MARIAE AD LATINOS, *quae etiam tributaria erat* [a].

Xenodochio conſtituto, quo Peregrini laboribus, & aegritudine allevabantur, huic regendo, adminiſtrandoque celeberrimus Vir GERHARDUS, Gallus Provincialis [b], quo neque integrior in Civitate erat, neque ſanctior, omnium ſuffragio datus eſt. Hic itaque pietate prior, auctor extitit, ut Hoſpitalarii a Monachis omnino disjungerentur, & nova Aedes prope Xenodochium fabricaretur, in qua Sacerdotes omnibus Religionis officiis vacare poſſent, indeque morbo occupatis Chriſtiana perfugia facilius ſuppeditare, ſicque nova prorſus ſocietas coaleſceret, & conderetur. Tum quia haec Chriſtianorum animis alte inſidebat opinio, locum ipſum fuiſſe, quo egregius Divi Praecurſoris Pater precibus caſte fundendis ſe recipiebat, inclito JOHANNIS BAPTISTAE nomini Aedem dedicandam conſenſu unanimi cenſuerunt [c]. Et ne quis putet haec me pro libito confingere, Helyoti verba proferam, qui Ordinis originem verius fortaſſe, quam noſtri Hiſtorici, aut ſaltem clarius tradit. *Gerad, qui avoit l'adminiſtration de l'Hoſpital jugeà a propos conjointement avec les Freres Hoſpitaliers de ſe ſeparer de l'Abbé, & des Religieux de S. Marie de la Latine, & de faire une congregation a part ſous la protection, & en honneur de S. Jean Baptiſte* [d]. Ex quo etiam illud patet, Iperium ſuis Monachis ablandiri, & aſſentari voluiſſe, dum ſcripſit Hieroſolymitanos, *Fratres laicos ſui* Ordi-

a *Hiſtoria Hieroſolym.* lib. [illegible] cap. [illegible] Bongarſii *Geſta Dei* [illegible]

b Nunc Geraudum, nunc Gerardum, modo Girardum, modo Geraldum appellari video in veteribus documentis. [illegible] (*Vite de Gran Maeſtri di S. Giovanni. Napoli* [illegible]) [illegible] Sed Galli [illegible] ([illegible] *Hiſtoire de l'Ordre de S. Jean* livre 1. chap. 1. à Paris [illegible]) [illegible] *Hiſtoire des Croiſades* tom. 1. livre [illegible] à Paris [illegible] [illegible] Conſule [illegible] *Cronologia de Gran Maeſtri* [illegible]

c [illegible] atque Xenodochium [illegible] Joannis Baptiſtae tamquam Patroni [illegible] Zachariae Prophetae ejus patre [illegible]

d *Hiſtoire des Ordres Monaſtiques, Religieux, Militaires &c.* [illegible] à Paris 171[illegible].

Ordinis fuiſſe, & arma ſub Abbate ſumpſiſſe, quum ſecus omnino acciderit, nec *Fratres profeſſi* extiterint, nec bello gloriam quaeſierint, niſi poſtquam a Monaſterio, & Abbate prorſus abſceſſerant. Quamvis itaque ante Gherardum Xenodochium Hieroſolymis extitiſſe concedam, hanc omnem ille ſibi vindicat laudem, ut vere primus auctor, praeſes, & parens novae Domus Hoſpitalis appelletur; ut primus optimis legibus ſanctiſſimiſque inſtitutis recens Xenodochium communiverit, ut primus nobiliſſimum Ordinem condiderit, qui effuſa in pauperes atque aegros benevolentia & charitate, memoriam nominis ſui aeternitati conſecravit. Et quod erat propoſitum, Gherardum in ſui, Fratrumque ſuorum Patronum DIVUM BAPTISTAM adſciviſſe dubium nemini eſſe debet.

Nam quid ego multa conquiram, quum mihi liceat uti teſtimonio irrefragabili? Eſt is Paſchalis Papa II qui in Diplomate dato Beneventi per manum Johannis S. R. E. Cardinalis Bibliothecarii xv. Kal. Martii, indictione XV An. MCXIII. alloquens Venerabilem Gherardum, ita ſcribit. *Poſtulavit dilectio tua, ut Xenodochium, quod in Civitate Hieruſalem juxta Eccleſiam S. Iohannis Baptiſtae inſtituiſti, Apoſtolicae Sedis authoritate muniri &c.*[1] An in prima, ſollemnique Ordinis confirmatione incertum eſſe poterat, cujus auſpiciis conditus eſſet? Permagni etiam facienda Calixti PP. II auctoritas qui, in litteris Bullaticis, datis ad ipſum Xenodochii Hieroſolymitani Praepoſitum An. MCXX. S. Johannem Baptiſtam commemorat, ut pote tanti operis auſpicem ac patronum[2]. His addendus teſtis oculatus Godefridus Bullionius Lotharingius, de quo Gherardus in Hieroſolymae obſidione, annona clam oblata, aliiſque de cauſſis praeclare meritus fuerat. Domum Hoſpitalem ingreſſus optimus Rex, miratuſque Fratres abſolutiſſima quaeque charitatis officia praeſtare, & altiſſimum virtutis gradum obtinere, domibus, praediiſque in imperio, ditioneque ſua conſtitutis, liberaliſſime ditavit[3]. Jam vero, quae ſuperſunt in Tabulario Melitenſi hujus donationis monumenta, ex eo uſque tempore latifundia illa Hoſpitali, & Eccleſiae S. Johannis Baptiſtae attributa fuiſſe demonſtrant[4]. Denique Aubertus Miraeus in Originibus Ordinum Equeſtrium hoc unum contra Guillelmi

1 *Codice Diplomatico dell' Ordine Geroſolimitano* Tom. I. num. I. *Lucca* 1733.

2 *Ibidem* num. II.

3 Vertot *Hiſtoire de Malte* tom. I. liv. I. à Paris 1726. *Il donna la ſeigneurie de Montboire avec toutes ſes dependances, qui faiſoit autrefois partie de ſon domaine dans le Brabant.*

4 *Boyſſat* loc. cit.

lelmi Tyrii, & Jacobi Vitriaci ſententiam palam evinci putat, ex veteri formula, qua Equites in S. Johannis Militiam adoptantur, eique ſacramento ſe obligant., cujus enim, poſt Deum immortalem, eiuſque Sanctiſſimam Matrem, appellant fidem, opemque implorant, niſi Beatiſſimi Praecurſoris[1]? Mirum proinde eſt mihi Franciſcum Mennenium, qui huius argumenti vim haud poterat diſſimulare, ratiocinatione omnino praepoſtera, in Deliciis Equeſtribus ſcripſiſſe: *ſemper excelluiſſe produnt Ord. Militum S. Io., a Iohanne Hircano, aut certe a Iohanne Elemoſina. in trahentium originem, vota licet Iohanni Bap. ut* PATRONO *nuncuparent*[2]. Ac ſi quis, dum in Ordinem aliquem adſcitur, ſano judicio duce, probabilius credere poſſit illius parentem ac conditorem illum fuiſſe, de quo ne cogitat quidem; contra vero primum Ordinis Tutorem non eum ſemper extitiſſe, cui, dum vota ſollemni profeſſione ſuſcipit, ſe totum addicit, quemque publica voce obteſtatur. Re enim vera, ſi Gherardus in ſui Xenodochii defenſorem Johannem Cyprium adoptaſſet, fieri ne potuiſſet, ut Milites Hieroſolymitani innumera Templa, & infinitas prope Aras uni Praecurſori perpetuo dedicaſſent; plures feſtos dies in ipſius honorem per Annum inſtituiſſent; Alexandrino autem Patriarchae ne aediculam unam fabricaſſent, nec ſollemnia illius ſingulari apparatu uſquam curaſſent, nullamque de illo in *Divinis Officiis* mentionem feciſſent?

CAPVT SECVNDVM.

Ex Tabulario Melitenſi plurima documenta ad I. *Ordinis Saeculum pertinentia proferuntur, quibus oſtenditur bona Hieroſolymitanis attributa, oblata fuiſſe S. Iohanni Baptiſtae. Tyrium ſcriptorem nec aequalem & ſupparem, nec incorruptum & aequum, nec accuratum & irreprehenſum fuiſſe demonſtratur. Egregia Pagii ſententia de confiſta a Tyrio fabula.*

SED quoniam de Tabulario Melitenſi illata mentio eſt, quoniamque eſt omnium eorum, qui criticae facultatis peritia claruerunt, commune decretum, ut quae in hiſtoria pluribus domeſticis documentis, conſentientibus probantur, his praeponi debeant,

1. In Chronico Eccleſiaſtico Gretſeri, tom. 3. Francofurti 1614.

2. Deliciae Equeſtr. ſeu Militar. Ordinum pag. 48. Coloniae Agrippinae 1613.

beant, quae unius vel alterius exteri ſcriptoris teſtimonio nituntur; venio ad expendendas *Chartas piarum Donationum*, quibus ſi Ordo in dies locupletior, pauperibuſque juvandis inſtructior evadebat, manifeſto errore lapſos eſſe oſtenditur, qui Johannem Cyprium Patronum illi adjudicant. Plurima ſane hujuſce generis afferri poſſunt exempla, ac teſtimonia, ex quibus nonnulla ſeligo ad primum Ordinis Saeculum pertinentia; ne ſi multa omiſero, hiſtoriae deſim, ſi ſingula recenſuero, legentium animos multiplici, ac ſimili narratione defatigem. Igitur Granerius Caeſareae, & Sydoniae Dominus An. 1131. confirmat bona a Patre ſuo attributa *Hoſpitali Hieroſolymitano Sancti Iohannis Baptiſtae* [1]. Balduinus Berutenſis Epiſcopus An. 1133. domum unam concedit *Hoſpitali S. Ioannis Baptiſtae, quod eſt in Hieruſalem, ac Fratribus ibidem Deo ſervientibus* [2]. Meliſenda Hieroſolymorum Regina An. 1150. *Eccleſiae S. Iohannis de Hoſpitale* largitur pagum Beroeth [3]. Meliſendae Filius Balduinus, IV. Latinorum Rex. An. 1157. confirmat donationes Humfredi de Tortoſa Conſtabularii ſui *Hoſpitali S. Iohannis Baptiſtae Hieroſolymis in ſervitium pauperum Chriſti conſtituto* [4]. Galterius Dominus Tiberiadis An. 1168. *confirmat Deo, & Beatae Mariae, Sanctoque Iohanni Baptiſtae, & Beatis pauperibus Hoſpitalis Hieruſalem, & Magiſtro ejus omnes donationes, remota omni exactione* [5]. Rogerius Dominus Senonae An. 1170. impertitur *pro ſalute animae ſuae, & Patris, & parentum in eleemoſinam Deo, & Sancto Iohanni Baptiſtae Caſale Tricheria* [6]. Conſtancia Ludovici Galliarum Regis Filia, S. Aegidii Comitiſſa An. 1173. *aſſignat Deo, & S. Iohanni Baptiſtae, & Sanctae Domui Hoſpitalis Hieruſalem & Venerabili Magiſtro R. de Molinis* pagum Betheras [7]. Boamundus Antiochiae Princeps praedium quoddam dono dat An. 1175. *Deo B. M. & S. Iohanni Baptiſtae, & Beatis pauperibus Hoſpitalis Hieruſalem, & Iosberto ejuſdem Magiſtro* [8]. Amalricus V. Latinorum Rex Hieroſol. An. 1168. offert *Deo, & S. Iohanni Bap. Hoſpitalis Hieruſalem, & Gilberto M. centum millia Byzantinorum* [9]. Cujus largitiones eiſdem pene verbis ratas habuit An. 1176. Balduinus ſextus Rex [10]. Eadem formula, eodemque in Praecurſorem cultu, ſubſequutis tem-

1 Cod. Diplom. tom. I. num. XIII.
2 num. XIV.
3 num. XXVIII.
4 num. XXXIV.
5 num. XLVI.
6 num. [illegible]
7 num. LXI.
8 num. LVIII.
9 num. XLVIII.
10 num. LX.

temporibus, Xenodochium donis affecerunt Raynaldus Maſoerius Dominus Margati, Girardus de Ham, Coneſtabulus Tripolis, Rupinus Dominus Antiochiae [1]. Maxima etiam in noſtros uſi ſunt liberalitate Richardus Anglorum Rex, Normanniae, Aquitaniaeque Dux, ac Sanctus Ludovicus Gallus; ille quidem An. 1194, hic vero 1267., plura Hoſpitali Hieroſol. erogare profitentur in honorem Dei, Deiparaeque, *&* *S. Johannis Baptiſtae* [2]. Quid tandem Andreas Hungariae Rex, qui propenſa admodum in Hoſpitalarios voluntate, An. 1217. ait illos incolere *Sacratiſſimam Domum S. Johannis Baptiſtae* [3]? Retexo jam orationem meam. Fieri ne poterat, ut in his monumentis numquam S. Johannis Eleemoſinarii nomen commemoraretur, contra vero unius Baptiſtae laus ubique occurreret, ſi Xenodochii Patronus non Praecurſor, ſed Cyprius exſtitiſſet? Ergo Domus Hieroſolymitana caeterrum caput, ac mater primo Ordinis Saeculo Divum Baptiſtam, velut praeſidem, ſoſpitatorem, cuſtodemque ſuum reverebatur.

Ac mihi quidem cogitanti vera etiam, ac ſapiens videri ſolet Pagii ſententia; nam inquit ille, quum Gherardus, ejuſque ſocii Monaſterium, Aedemque Hieroſolymis conſtruxiſſent, in qua *Divina Officia* Latino ritu peragerentur, ideoque Latinae Eccleſiae moribus in media Graecia conſuluiſſent, veroſimilius eſt, non alium Patronum delegiſſe, quam qui eſſet apud Latinos notiſſimus ac celeberrimus; Johannis autem Eleemoſinarii nomen vix Graeciam egreſſum, noſtriſque, ut ita dicam, vix notum erat [4]. Quae quum ita ſint, ſi rem ad vivum reſeces, huc recidit omnis adverſariorum defenſio: aliter affirmari, ac tradi a Tyrio Praeſule, qui ſcriptorum antiquiſſimus eſt, qui Hieroſolymis vixit, qui bellorum Sacrorum ſpectator fuit. Argumentum ſpecie quidem validiſſimum, ſed re ipſa omnino infirmum. At quid ſi ego invicte demonſtravero, Tyrium ſcriptorem nec aequalem & ſupparem, nec incorruptum, & aequum, nec irreprehenſum, & accuratiſſimum fuiſſe? Placet itaque pedem, quod aiunt, propius conferre, omnemque uni Tyrio hac in re fidem propria reſponſione adimere. Aequalem & ſupparem non fuiſſe ipſemet Tyrius indicat apertiſſime, nam libro XIX. cap. IV. verba faciens de Amalrici III. Regis Hiero-

1 num. [illegible]

2 V. Priviléges des Papes, Empereurs, & Roys à l'Ordre de S. Jean par le Commandeur de [illegible] pag. 3. 12. à Paris 1700.

3 C. D. num. civ.

4 [illegible] Occidentalis Eccleſiae tabulas diligenter evolveras, [illegible] apud nos, & [illegible] deprehendes.

Hieroſolymitani, & Agnetis Comitis Edeſſani filiae divortio, quod accidit An. MCLXIII., affirmat, tunc temporis ſe primam juventutem nondum exceſſiſſe. *nondum de ſcholis redieramus, ſed trans Mare adhuc circa liberalium artium ſtudia detinebamur, quando Hieroſolymis haec facta ſunt* *. Sive ergo primam Ordinis S. Johannis originem ſpectes, quae ad An. MXCIX referri debet, ſive ſollemnem illius approbationem, quae contigit An. MCXIX, neutrae Tyrius ſcriptor coaevus dici poteſt, quippe qui longe poſt Ordinem conditum in Orientem redierit. Age inſuper, quo vere Anno commentariis ſuis conſcribendis manum admovit? Tum in totius operis Praefatione, tum in fine libri XX. ait litteris ea mandaſſe *precibus, & inſtantia* Almarici Regis, An. MCLXXIII. demortui. Jam vero ſi XI ante Annis adhuc impubes erat, adhuc ſcientiae doctrinaeque addiſcendae omne ſtudium conferebat, adhuc in Occidente verſabatur, neceſſe profecto eſt, ut nonniſi ultimis Amalrici temporibus Hiſtoriae deſcribendae animum adjecerit. Illud etiam adjungo, quod in cauſſae meae commodum praeclare cedit. Tyrius in Praeloquio libri XVI., quem exorditur ab obitu Fulconis Regis Hieroſolymorum, nempe ab iis, quae putat accidiſſe An. MCXLII, ait ſe hactenus narraſſe, quae rumore duntaxat acceperat. Juvat verba ipſa depromere. *Quae de praeſentis hactenus conſcripſimus hiſtoria, aliorum tantum, quibus priſci temporis plenior adhuc famulabatur memoria, collegimus ratione: unde cum majore difficultate, quaſi aliena mendicantes ſuffragia, rei veritatem, & geſtorum ſeriem, & annorum numerum ſumus conſecuti*. Tantum igitur abeſt Tyrium fuiſſe teſtem oculatum eorum, quae de Xenodochii primordiis habet, ut ea ſe ab aliis emendicaſſe fateatur. Sed eos, qui Tyrio emendicanti rerum notitias ſuppeditarunt, vera ne ſemper narraſſe credemus? Nec Tyrius ipſe id audet aſſerere.

Ajo praeterea Guillelmum non incorruptum, & aequum ſcriptorem fuiſſe, quin immo inſigne odium, diuturnamque ſimultatem adverſus Hieroſolymitanos Equites geſſiſſe, quod ut manifeſto intelligatur, rem totam aperiam. Quum Anaſtaſius Papa IV litteris datis Laterani An. MCLIV. ſanxiſſet, ut *nullus omnino Clericus, vel Laicus Decimas (a vobis) exigere praeſumeret*, ſtatuiſſetque, ut *nulli Epiſcopo in Eccleſiis (nobis) ſubditis interdicti, vel ſuſpenſionis*.

* [illegible]

excommunicationis ſententiam liceret promulgare [1], cumque Fratres Hoſpitalis, ipſo Tyrio auctore lib. XVIII cap. III., *aedificia coepiſſent erigere multo ſumptuoſiora, & ſublimiora plurimum, quam illa Sanctae Reſurrectionis haberet Eccleſia*, tantam id in Fulcherio Patriarcha COpol aliiſque Orientis Epiſcopis inflammavit invidiam, ut obtrectationibus non pepercerint, calumniiſque omnibus Equites piiſſimos exagitarint. Tandem Fulcherius ſex aliis comitantibus Epiſcopis Hieroſolyma profectus in Italiam venit, ad Hadrianum IV PP appellavit, Equiteſque in judicium acceſſivit. Sapientiſſimus Pontifex, Purpuratique Patres ne verbum unum ab Anaſtaſii litteris, Ordiniſque noſtri Privilegiis expungendum exiſtimarunt. Audiatur modo quid de his ſentiat Tyrenſis Hiſtoricus. Hadriano ſumma integritate Pontifici turpiſſimam avaritiem, impietatemque adjudicat maximam, hancque affirmat in vulgus manaſſe opinionem, pecuniae cauſſa Hieroſolymitanis faviſſe: *nam muneribus infinitis corruptus, in partem Hoſpitalariorum dicebatur ſe dediſſe proclivem*, cap. VIII. Optimos Cardinales in partem criminis vocat, & verbis ignominioſiſſimis accuſat, eoque devenit impudentiae, ut nonniſi Cardinalem Octavianum, qui poſtea, adſcito nomine Victoris IV *Antipapa* fuit, & Johannem Cardinalem de Sancto Martino, qui cum ſolo Guidone Cremenſe, altero ſubinde *Antipapa*, ſub nomine Paſchalis III, omnibus laudibus extollat. Ita ſane cap. VIII ejuſdem libri: *de tanta autem Cardinalium turba vix reperti ſunt duo, vel tres. Dominus ſcilicet Octavianus, Dominus Johannes de S. Martino, qui Chriſtum ſequentes ejus miniſtrum (Fulcherium) in cauſſa ſua pie volens tueri. Alii omnes abeuntes poſt munera, ſecuti ſunt vias Balaham filii Boſor*. Quot etiam maledictis appetit Fratres Hoſpitalis, quot in eos falſa rejicit crimina? *Auſu diabolico, & ſpiritu furoris concepto*, in Templum Domini ſagittas ejaculaſſe, in *contemptum, & contumeliam Eccleſiae* Xenodochium altius extuliſſe, Patriarchae populo concionanti, *pulſatis campanis, Audientiaeque praeſtitiſſe impedimentum* calumniatur. Huic ergo homini convitiatori, maledico, & tum Ordini noſtro, cum Romanae Eccleſiae inimiciſſimo hac in re quippiam erit tribuendum? Huic inquam homini contra tot monumentorum fidem erit credendum?

Itaque quis non intelligat hujus Hiſtorici malitiam, & vafer-

rimum

1 *Adi Pagium in Critica ad Annales Baronii tom. IV. ad An.* 1155. *Coloniae Allobrogum* 1705

rimum conſilium? Hieroſolymitanos affirmat Johanni Eleemoſinarii tutelae, auſpicioque ſe tradidiſſe, ut illos ab exordio quaſi quoſdam de fece pauperculos fuiſſe dexeere perſuadeat, & hominum ſibi inviſorum originem ſaltem deprimat. Graecum Patronum delegiſſe ſubdole ſcribit, ut lectorum animis inſtillet hunc Ordinem, qui in omnium commendationem venerat, ſua primordia Graecae Eccleſiae Hieroſolymitanae debere, & ipſius liberalitate innutritum, auctumque fuiſſe: inde vero tamquam neglecti officii, ingratique animi vitio reum liberius traducat. Multis etiam erroribus, antilogiis, ac fabulamentis de trivio hauſtis totum Guillelmi opus ſcatere, non multi eſſet laboris patefacere; ex quo illud poſtremo evincerem, ſcriptorem irreprehenſum, & accuratum minime fuiſſe. At quoniam plus aequo id me a propoſita oratione abduceret, liceat totius diſputationis ſponſorem, ac vadem doctiſſimum, & acri ingenio hominem Antonium Pagium dare; qui poſtquam, ut ipſe ait, controverſiam hanc quanta potuit dilidiligentia examinavit, ita concludit. *Fides itaque Tyrio adverſus Hieroſolymitanos Equites loquenti non adhibenda, explodendumque commentum, quod ipſe tot viris doctis perſuaſit, ſcilicet Hieroſolymitanos Equites, poſtquam divitiis abundarunt, ejuraſſe Patronum ſuum S. Iohannem Eleemoſinarium, & S. JOHANNEM BAPTISTAM in ejus locum adoptaſſe* [1].

CAPUT

[1] *Vide ſupra*. De Cardinalis Vitriaci auctoritate, qui a noſtro Vertotio l. c. claſſicus, & in rebus Orientalibus excellens ſcriptor appellatur, nihil laboro; ſerius enim in eas migravit Regiones, & a Guillelmo Tyrio, ut multa alia omnino incerta, ſic fabulam hanc mutuatus eſt. Nec majori facio Sethi Calviſii auctoritatem, qui in Chronico ad An. 1151. (*Francofurti* 1685.) maledicta omnia ex Tyrio exſcripſit.

CAPVT TERTIVM.

Hieroſolymitani de cultu B. Baptiſtae amplificando quam ſolliciti, ac ſtudioſi. Id illos in Oriente praeſtitiſſe. Accon poſt conſtitutum Ordinis domicilium, Vrbs S. Iohannis appellatur. Xenodochium ab Imp. Em. Comneno noſtris conceſſum, S. Praecurſori dedicatum. Breviter de Petro, qui illi praefuit. Prioratus S. Aegidii in Volcis, & Domus in Anglia auctae, & dotatae ob ſingularem Fratrum in S. Iohannem Baptiſtam obſervantiam. De veteri, & inſigni Templo S. Iohannis Meſſanae obſervationes aliquot proponuntur, & Regis Rogerii Diploma expenditur. Eccleſia S. Iohannis de Pratis Ianuae, qua aetate condita. Duplex inſcriptio illic poſita affertur, & explicatur. Wilielmus Templi illius fundator quis fuerit. Aedicula prope Baptiſterium Templi principis Ianuae a Petro Abuſſonio in honorem Praecurſoris excitata, quo de conſilio. Inſcriptio adhuc ſuperſtes exhibetur.

QVam erga Divum Baptiſtam Milites, Fratreſque Hieroſolymitani ab exordio animo imbiberant pietatem & obſervantiam, eamdem alte retinentes, omni ſtudio teſtari, patefacere, atque amplificare ſategerunt. Illaque imprimis eos cura tenuit, ut quae in eorum latifundiis aedificarentur Templa, IOHANNI Patrono ſuo benemerenti conſecrarentur. Et ſane ſi Xenodochia, quae primo Ordinis vertente Saeculo MAGISTRI illius Repub. peregre, domique bene geſta clariſſimi, apud Eoas gentes inſtituerunt, percurramus, ubique diligens illud ſtudium mirabimur, ut ea loca numini, majeſtatique Sancti Praecurſoris eſſent devota, quem pro eorum incolumitate indulgentiſſime excubare ſciebant*. Factum id legimus Antiochiae, Caeſareae Philippi, Aſcalone, Cypri quo primae veluti Hoſpitalariorum Coloniae deductae fuerunt. At multo celebrior hoc uno nomine Vrbs Syriae *Acc*, ſive *Acre*, ſive *Accon*, nam poſtquam illam Hieroſolymitani Equites incoluerunt, tam effuſa fuit omnium populariam in Baptiſtam pietas, tam praeſens auxilium difficillimis in rebus ab eo illis oblatum eſt, ut Vrbs a S. Praecurſore non ſolum diligi, ſed vigilantia ſingulari cuſtodiri videretur: proinde, mutato nomine, a ſcriptoribus *Acre S. Iohannis* eſt deinceps denominata. Xenodochium autem Conſtantinopolitanum Militibus Ordinis Hieroſolymitani, Imperante Emmanuele Comneno, qui Latinos ſemper coluerat, attribu-

tributum, in tutela S. Johannis poſitum fuiſſe tradunt, qui illud memorant. Tyrenſis Archiepiſcopus lib. XXII cap. XII. agens de ſtrage a militibus Andronici peracta, ait: *accedentes ad Xenodochium, quod dicebatur S. Iohannis, quot quot in eo repererunt, languidos, gladio peremerunt.* Vill-harduinus de nobili Gallo Matthaeo Momorenciaco ſcribit. *Et fu enterrez en une Yglise de Monſeigner Saint Iehan de l' Hoſpital de Hieruſalem* [1]. Praefuit huic Xenodochio noſtri Ordinis Frater, cuius egregium nomen, & praeſtantis animi opinionem licet colligere ex Epiſtolis nonnullis apud Ducheſnium inter ſuos *Hiſtoriae Francorum ſcriptores* [2]. Fuit is Petrus Alamannus, quem plurimi ſe facere Alexander Papa III. in litteris Apoſtolicis declaravit [3], & qui graviſſima legatione functus eſt una cum Hugone Abbate S. Mariae Andrianopoleos, Nunciuſque extitit Emmanuelis Imp. ad Ludovicum VII Galliarum Regem, quum de novis adverſus Barbaros copiis parandis ageretur [4]. Hiſce vero in Epiſtolis vocatur *Petrus, Frater Hieroſolymitani Hoſpitalis, & Prior Eccleſiae B. Iohannis Conſtantinopoleos.* Longe probabilius eſt Johannem Baptiſtam intelligi oportere, non Eleemoſinarium, quemadmodum Ducangius ſuſpicatur [5], quum enim Eccleſia Xenodochii Hieroſolymitani S. Praecurſori tamquam principi Ordinis Patrono eſſet certiſſime dedicata, quis non videat ceteras etiam ad ſimilitudinem illius, quae erat omnium caput, eidem potius, quam alteri Johanni dedicari debuiſſe? In quo Lectorem monitum volo, ut quoties S. Johannem, nullo alio addito nomine, Templis noſtri Ordinis praeſidem datum inveniet, niſi aliter monumenta docuerint, Praecurſorem hunc eſſe perſuaſum habeat.

Simul ac virtutum amplitudinem, qua Equites pollebant, ad omnes terras fama pervexit, nullam omnino rem, quae vel ad illorum utilitatem, vel incrementum ſpectaret, liberaliſſime conferre Viri Principes praetermiſerunt. Illuſtris ſane Ordinis Domus citra Mare ſemper habita eſt *S. Aegidii* in Volcis. Huic Atto Archiepi-

1 *Hiſtoire de Conſtantinople ſous les François &c. par Geoffroy Ville-Harduin num. 105. à Paris 1657.*

2 *Tom. III. Pariſiis 1641.*

3 *Epiſtola* LXXIV. *pag.* 416. *quae incipit.*

4 *Epiſtola* CCCCXXXVIII. *pag.* 486. *quae incipit. Alexandro Gratia Dei Eccleſiae ſummo Pontifici Hugo Eccleſiae S. Mariae Andrianopoleos Abbas licet indignus, nec non Petrus S. Johannis Conſtantinopoleos Prior obedientiam, & obedientiae obſequium &c. Epiſtola item* CCCLX. *pag.* 497. *Illuſtriſſimo Dei gratia Ludovico Regi Francorum Petrus Frater Hieroſolymitani Hoſpitalis, & Prior Eccleſiae B. Iohannis Conſtantinopoleos, Nunciuſque ſanctiſſimi Imperatoris Em. &c.*

5 *Conſtantinop. Chriſtian. lib. IV. §. 10.*

chiepiſcopus Arelatenſis An. MCXVII *de communi Canonicorum conſilio*, bona quaedam conceſſit, teſtatuſque eſt, poſt maxima Ordinis praeconia, ſe offerre *Domino Deo, & S. Iohanni Baptiſtae, & Beraldo Hoſpitalario*[1]. Bernardus, qui Atto ſucceſſit An. MCXXIX, eamdem donationem *in favorem S. Iohannis Baptiſtae* litteris ſuis conſtabilivit[2]. Sub id tempus, quum jam in Angliam Ordo eſſet omni benevolentia exceptus, Willelmus Audelini Henrici Regis Dapiferi filius, charta obſignata Anno Incarnationis Dominicae MCLXXXVI. XVI. Kal. Aprilis *apud Londoniam*, mira in pios Equites propenſione, plura largitus eſt *Deo, B. Mariae, & S. Iohanni Baptiſtae, & beatis pauperibus Sanctae Domus Hoſpitalis Hieruſalem*[3]. Plurima etiam fuit in illos munificentia Johannes Rex, qui ad totius Angliae moderationem capeſſendam acceſſit An. MCXCIX.[4]. Quorſum autem haec omnia Praecurſori Beatiſſimo devoverunt, niſi quia cernebant, Hoſpitalarios illius cultui ſtudioſiſſime vacare, & in Eccleſia S. Baptiſtae nomine, jam ab Anno MCLXXXV ab Heraclio Hieroſolymitano Patriarcha, quum in Anglia verſaretur, prope Xenodochium excitata, ſacra omnia rite perpetrari[5]? Sed altiora perſequar.

Porro Diſſertatione I. cap. V. celebre Templum *Prioratus Meſſanenſis* commemoravi, deque illo fuſius me eſſe dicturum ſpopondi; ne fides itaque mea deſideretur, opportunitatem hoc loco nactus, quae ad cauſſam pertinent, expromam. Etſi Templum hoc jam ab XI reparati Orbis Saeculo, quo illud S. Placidus excitaſſe traditur[6], S. Baptiſtae nomen praeſetulerit, dirae Saracenorum incurſiones omnem ipſius cultum juſſerant exulare. Reſtituta tamen, & illuſtris loci illius fama vigebat ea aetate qua Sacer Equeſtris Ordo Hieroſolymis conditus eſt. Nam quum Rogerius Siciliae Comes (qui poſt biennum ab Ordine inſtituto ſupremum obiit diem) in hanc unam curam totus intenderet, ut graviſſima damna a Barbaris Religioni illata ſarciret, noviſque piis operibus compenſaret: praeclara, & ſanctiſſima Equitum geſta a cunctis

1 *Hiſtoire Generale de Languedoc par deux Religieux Benedictins. Tom. II. livre XVI. Preuves 394. à Paris 1733.*
2 *Ibidem.*
3 Conſule Monaſtici Anglicani Volumen II. pag. 508.
4 Ibi pag. 510.
5 Ibi pag. 505.

6 De hujus Monaſterii antiquitate plurimum dubitant Mabillonius in Annalibus [illegible] Ordinis lib. [illegible] ad Annum 594. & Johannes de Johanne in *Codice Diplomatico Siciliae Diſſertat.* III. Anno [illegible] *Panormi* 1743. Namque de Placidi in Siciliam profectione, deque rebus ab eo illic geſtis circumferuntur, utrique ſcriptori ex [illegible] [illegible] [illegible] videntur.

cunctis accipiens, Domum eiſdem in Inſula illa aſſignare decrevit. Sed quem potiſſime delegit locum? Teſtem dabo, quo nullius integrior, Rogerium Regem, ipſius Comitis filium, qui in litteris datis Panormi An. MCXXXVI. ad Fratrem Gubaldum, largitionem Patris ſui confirmans, ſic effatur *Attendentes fervorem devotionis, & religionis obſervantiam, ac eleemoſinarum largitionem pro nomine approbatam, quae Domus Hoſpitalis ſacra Beati Iohannis Baptiſtae Hieroſolymitani Chriſti pauperibus, & infirmis continuum praeſtat hoſpitium, & levamen, ad juſtas, & humiles preces Fratris Gubaldi Vener. Magni Prioris ejuſdem ſacrae Domus Hoſpitalis, & Conventus ipſius, totum locum, & tenimentum ſitum in campo Meſſanenſi extra muros, ubi eſt Eccleſia, quae in honorem S. Iohannis Baptiſtae ſub beatae recordationis glorioſo Comite Rogerio Patre noſtro conſtituta pie noſcitur, cum omnibus aedificiis ſuis, coemeterio diviſis & pertinentiis, de munificentia noſtrae gratiae, & favore pro remedio ejuſdem animae Patris noſtri fel. mem. Comitis Rogerii, Matriſque noſtrae Adelaſiae Reginae, nec non & noſtra, noſtrorumque parentum ſalute perpetua, dicto Venerando Priori, & ejus ſacro Conventui, ac eorum ſucceſſoribus concedendum duximus, & perpetuo confirmamus &c.*[1]. Jam vero in loco deligendo cogitationem ne, mentemque ad aedem illam convertiſſet Comes, niſi perſuaſum habuiſſet, longe acceptius futurum Ordini, ſi locus illorum Patrono jam ſacer aſſignaretur? Eſto enim ex Orientali plaga ſolventes, Meſſanam recta transfretare conſueſſent, ut Pirrus putat[2], unicus ne ille locus in tota Vrbe erat Xenodochio aedificando accommodatus? Igitur alia cauſſa videtur quaerenda cur unus hic prae aliis delectus ſit. Quamquam erunt fortaſſe aliqui Rei Diplomaticae non ſatis periti, qui putent ex huius Chirographi verbis colligi, Rogerium Regem potius, quam Comitem illius Patrem, Ordini Hieroſolymitano Domum Meſſanenſem adjudicaſſe, & donationem ex integro, non confirmationem in eo contineri. Verum quia in litteris Paſchalis PP. II. datis An. MCXIII. minime ambigue traditur Xenodochium Meſſanenſe tum temporis fuiſſe inſtitutum, fateamur neceſſe eſt, Ordinem in Siciliam invectum ante Regem Rogerium; hic tamen munificentia ſua illud ditavit auxitque, ut patet ex litteris, quas Anno inſequuto ad Fr. Raymundum de Podio M.H.H. M. de-

1 *Sicilia Sacra tom. III. De Priorat. Meſſan. Panormi 1647.*


2 *Loc. cit.*

dit [1]. Ampliſſima ſubinde facta eſt ſacrae huic Domui bonorum acceſſio, & in illius procuratione, aut cuſtodia ſibi ſuccedentibus Fratribus Gaufrido Andevilla, Gibilino, Rembaldo, Alaymo de Favone, Georgio de Ceva, Johanne de S. Stephano, Roberto de Diana, aliiſque, XIII. in Regno Siciliae Domus, vulgo *Commendae* ſunt attributae, Aedeſque omnes S. Johannis Baptiſtae nomine inſignitae. Atque ex hoc quoque intelligi poterit Ordini univerſo id antiquiſſimum fuiſſe, ut quocumque pedem inferret, Johanni tutatori ſuo ſollemnem exhiberet devoti animi ſignificationem.

Summa Januenſium merita in Sacris expeditionibus ea fuiſſe nemo non novit, quae nec aetas ulla, nec temporum viciſſitudines poſſint extinguere, aut ex hominum mente oblitterare. Porro quum hi illuſtrium Equitum continentiam, integritatem, & incredibilem in pauperes miſericordiam ſuſpexiſſent, atque in maximum Civitatum, populorumque commodum cedere id genus Prochia vidiſſent, ſaepe de Ordine in Vrbem ſuam deducendo cogitarant. Contigit id feliciter, quum ſumma Ordinis poteſtas Rogerio a Molendino M. M. credita eſſet, qui Fratrem Whermum Accone ad Januenſe Xenodochium adminiſtrandum ablegavit. Is ut Liguriae Metropolim appulit, Domum obtinuit, quam ferme uſque ad eum diem incoluerant *Canonici Sancti Sepulcri*; ac nihil habuit potius, quam ut novam Aedem veteri adjungeret, eamque Sanctiſſimo Praecurſori conſecraret, quae ſive maximis Divi Baptiſtae beneficiis, ſive Hoſpitaliorum fama tanti habita eſt, tantaque hominum frequentia coli coepit, ut hoc uno tantum nomine Eccleſia, vel *Commenda S. Iohannis de Pratis* dein appellata ſit. Cuius rei memoriam marmore inſculptam Whermus ſupra ipſum Aedis oſtium parieti infigi prudenter curavit. Inſcriptio adhuc integra ob oculos verſatur, litteriſque conſtat colligatis, & mire implexis, qualis in apographo hic appoſito conſpicitur.

Ea

[1] Apud Pirrum ibi.



Ea autem, ſi quid recte interpretamur, noſtris characteribus ita efferri debet.

✝ ACCON WLIERMI DOMINI DOMVS EXII HAEC
PRO QVO QVAESO PATER QVI TRANSIS DIC (TVM.
✝ MILLESIMO CENTESIMO OCTVAGESIMO TEMPORE SEXTO INCHOA-

Sed Xenodochium iſtud ingredientibus alia occurrit epigraphe, quam qui non ſatis diligenter inſpicient, expendentque, facile de Wliermi aetate perverſe judicabunt, eumque longe ſerius Aedem Divi Baptiſtae exaedificaſſe xebuntur. Ea ſic itaque habet.

LARGVS AMANS LENIS PRVDENS SOLAMEN EGENIS
PRAECEPTOR DIGNVS CLERI PATER ORE BENIGNVS
TEMPLI FVNDATOR HVIVSQVE DOMVS REPARATOR
HOC IACET IN BVSTO VVLIERM. MORE VETVSTO.

Etſi alius Fr *Wlielmus*, vel *Willelmus*, vel *Wliermus* huic Xenodochio praefuerit, is nempe, quem Reſpublica illa An. MCCXXV. legationi obeundae miſit ad Pecorarium Novomercatum Civem Veronenſem [1], epigraphe ad ſeniorem Wliermum certe pertinet: nam praeterquam quod junior in Actis publicis *de Veiturio* [2] nuncupatur, alteri vero pro illorum tempore more cognomen nullum fuit; hic profecto vitam vivebat longe poſt Templum conditum, alter vero dicitur TEMPLI FVNDATOR. At inquies hujus inſcriptionis characteres nitidiores, elegantioreſque eſſe, quam ut ad

1 *Supplementi alla Cronica di Pier Zagata del Biancolini, Volume II. part. II. pag. 31. Verona 1749. Pecoraro da Merca nuovo era Podestà di Genova in quest' anno 1226.* Ad hunc igitur hominem invitandum, atque arceſſendum [illegible] Januenſes noſtrum Fratrem Wliermum Oratorem miſiſſe Veronam.

2 *Libro di diversi Memoriali lib. 1. MS.* Januae in Archivo Notariorum.

ut ad Saeculum XII., aut XIII., in quo ſenior Wilermus vita exceſſiſſe cenſendus eſt, referri poſſint. Ergo notas compendiarias W. prioris incriptionis perperam a me explicari, & *Templi fundatorem* tardius inter mortales egiſſe. Verum inſcriptionem hanc, nunc muro affixam retro arcam veſtiariam Sodalatii S. Hugonis [1], quis non animadvertat eſſe memoriam reſtitutam, eamque poſteros illuſtri Fundatori poſuiſſe, cui quum ſe omnia debere viderent, nec nomen, aut virtus illius ſatis ſplendide eluceſceret ex altera inſcriptione, a ſe prae foribus Templi conſtituta, hunc perhonorificum titulum illi decreverunt? Cur autem CLERI PATER vocetur, augurari vix licet. An quia Xenodochii Rector Clericos hunc deſervientes paterno amore foverit, juverit, ſuſtentarit? An vero quia Sacerdotii praeditus dignitate, auctoritateque ceteris praefuerit Clericis? Vtroque fortaſſe munere, *Commendatoris*, quod ajunt, & *Prioris* Eccleſiae illius functum eſſe haud equidem ambigam [2].

Alte-

[1] De cujus ipſius dicemus Diſſertatione XX.

[2] Quandoquidem ſaepe contingit, ut in recenſendis, exornandiſque noſtri Ordinis Templis (quod in ceteris novis aedificationibus uſuvenit) litterata marmora Structorum ignorantia deperdantur, adeoque memorabilia quandoque facta perpetuae oblivioni obſcurentur, & earum hiſtoriae monumentis adjacentes debent; optime Ordini ac muneri noſtro conſultum puto, ſi de Templis S. Johannis Hieroſolymitani hac Diſſertatione aſſeram, ad latus cujuſque paginae unam in lucem editurus monumentos, quae ipſe Italicam peregrinus in adverſaria retulerim in quo tamen delectus a me adhibebitur, ne quae nomina, aut noſtrae traditioni minime conſentanea ſequenti objiciam. Januae itaque in Eccleſia S. *Joh.* de Pratis ſpectanda inſcriptio parieti ſiniſtrae ad Portam Xenodochii introrſum, tenui quodam atramento barbare, & contra omnem Latini ſermonis rationem exarata.

✝ MCCCXXII. DIE XX. FEBRVARI ISTI. SVNT.
MONVMENTI. OMNIVM. QVMFLARIAE. FRANCIGINORVM.
IANVE. ET. LOMBARDORVM QVI. SVNT. ET. ERVNT. IN.
DICTA. QVMFLARIA. VIDELICET IN SECVNDO ET. IN. TERTIO
MONIMENTIS. QVI. SVNTE. IN. PORTA. HOSPITALI QVAM.
INTRA. AD. ALTARE. SANCTI. IOANNIS. BAPTISTE. DEVERSV.
MANV. SINISTRA. INTRANDO AD. DICTVM. ALTARE. ESIS
TENTIBVS. PRIORIBVS. FRANCISCVM. DE MVNLEONE. ET.
FRANCISCVM. DE SVVRA .... BERIO. QVE. LEGIS. TV,
DIC. PATER. NOSTE. PRO. ANIMA. MEA.

Qumflaria pro *Confaria*, vel *Confratria*, ſeu verius *Confraternia* ſcriptum puto; ſaepe enim in illorum temporum chartis occurrunt ejuſmodi Litterarum permutationes; ſcilicet ad patriae linguae pronunciationem, latinas voces quaſque accommodabant. *Monumenta* autem, ſeu loca ſepulturae non ad externum aliud ſodalitium, ſed ad ipſius Hoſpitalis Confratres pertinuiſſe cenſeo, quos partim Gallos, partim Ligures, partim Gallos Ciſalpinos fuiſſe ex inſcriptione percipimus. Adde huc, *conflare*, & *conflatam* medii aevi Latinitate pro conjungere, & conjunctim uſurpari.

Alterum in Vrbe illa exſtat monumentum, quo Ordo Hieroſolymitanus ſuam erga S. Baptiſtam obſervantiam ad immortalitatem conſecravit. Feliciſſimus Princeps, Equitum Rhodiorum Magiſter, Aſiaeque Legatus, Petrus Cardinalis AVBVSSONIVS, qui An. MCCCCLXXX. Turcarum, Miſacho Palaeologo Duce, Rhodum obſidentium impetum fregerat, & licet graviter ſaucius maximas ſceleratorum hoſtium copias debellarat, oblatum ſibi divinitus a S. Praecurſore auxilium merito exiſtimabat. Enim vero transfugae quidam illi narraverant, eo die, quo omnis Turcarum multitudo ſe profuderat, Vrbemque acrius invaſerat, apparuiſſe in coeleſti regione hominem quemdam pellicea veſte indutum, & electorum juvenum manu ſtipatum, quaſi obſeſſis opem pararet: quo ſpectaculo territos hoſtes incredibili pavore affectos fuiſſe, gravioremque ſibi impendere ruinam crediḋiſſe, quod ſublatis vexillis, Divi Baptiſtae imagine inſignitis, vidiſſent ſuos, alios animum contrahere, & demittere, alios miſere conciḋiſſe. Etſi Magnus Magiſter, quemadmodum ſcite ait Bohurſius[1], exploratum haberet Turcas ſaepe haec comminiſci, ut turpem ſuam excuſent debilitatem, aut bellicam virtutem adverſariorum relevent, minime dubitabat poſſe praepotentem Deum in Rhodi obſidione contra Mahumetanos ea inſtaurare prodigia, quae Hieroſolymis adverſum Antiochum patrarat[2] quare victoriam omnem, ſibique reſtitutam valetudinem S. Johanni acceptam referens, grati animi monumentum ponere deliberavit. Quod ut eſſet Patrono ſuo invictiſſimo acceptius, Januae apud Aedem principem, ubi ſacri illius Cineres cuſtodiuntur, ut pote loco ſplendidiore, conſtitui voluit. Igitur prope aediculam, in qua ſacra illa conduntur pignora, partem vetuſtiſſimi Baptiſterii ſibi concedi impetravit, ibique Sacellum, Domumque ſua impenſa conſtrui mandavit; tum ſex Presbyteros, totidemque Clericos Ordinis ſui, annua ſtipe illis collata, inſtituit, qui Divinis Officiis quotidie operam darent. Ne vero hujus rei intercideret memoria, intra ipſum Baptiſterium in communi pariete inſcriptio lapidi marmoreo poſt modum inſculpta fuit, quae hodiedum ſuperſtes cernitur.

O QVI-

1 Hiſtoire de Pierre D'Aubuſſon Grand Maître de Rhodes par le P. Bouhours livre III. à la Haye 1739.
2 Machab. lib. II. cap. V.

O QVICVMQVE DOMVM VEL SACRAM CONSPICIS AEDEM
SCIRE VELIS CLARVS QVIS DEDIT AVCTOR OPVS
PETRVS DABVSSON FAMA SVPER AETHERA NOTVS
HOSPITII SANCTI MILITIAEQVE PATER
DEFENSOR FIDEI CVSTOSQVE RHODIQVE MAGISTER
HAEC PRAECVRSORI CONDIDIT AERE SVO.
HIC QVOQVE SACRARIVM DITAT SENOSQVE DICAVIT
CVM PVERIS TOTIDEM RELIGIONE VIROS.
QVEM DVDVM INSIGNIS DECORABAT FAMA GALERI
NVNC PIVS AETHEREOS POSSIDET ILLE CHOROS.
MDIII.

CAPVT QVARTVM.

Templa, quae Ordo R. Pont. permiſſu in ſuis latifundiis excitavit, uni Praecurſori conſecrata. Rhodienſium poſt Ordinis appulſum, quanta in S. Iohannem pietas. Protopapae, & Protogeri Lindi litterae ad M. M., quibus illum per S. Baptiſtam obteſtantur, ut de Rhodo recuperanda cogitet. Illuſtriora, & magis conſpicua Prioratuum, *vel* Commendarum *Templa nomine S. Iohannis inſignita quam breviſſime indicantur. Aedes Canonicorum S. Sepulcri, & Militiae Templi Hoſpitalariis adjudicatae. Quid hi tunc praeſtiterint cultus ſui erga S. Baptiſtam teſtificandi cauſſa.*

QUum Beatiſſimi Pontifices Innocentius II., Coeleſtinus II., Lucius II., Eugenius III. jam ab ipſis, ut ita dicam, noſtri Ordinis incunabulis, ob maxima illius in Eccleſiam merita, large eidem indulſiſſent (quod plerique alii deinde confirmarunt) ut Templa in ſuis latifundiis pro libito excitaret, omnemque immunitatem, privilegiaque ſplendidiſſima attribuiſſent; oblatam ſibi occaſionem noſtri cenſuerunt, qua inſitam animis erga S. Baptiſtam pietatem multo magis proderent, & cum aliis communicarent: quocirca ſi Templa a ſolo fas fuerat aedificare, placuit omnia Divi Johannis nomini ſacra haberi; ſi vero in Equitum poteſtatem illa venie-

veniebant, quae alteri Coelitum jamdiu eſſent nuncupata; vel Altare, vel tabulam, vel ſtatuam Praecurſoris in his addi voluerunt, ne qua foret ſacra Aedes, quae idem Ordinis obſequium ſtudiumque propalam non teſtaretur. Primum in hanc rem Inſulam Rhodum teſtem citabo, quam quum primum, Folcho Vilareto M. M. imperante, fortiſſimi, ac glorioſiſſimi Milites occuparunt, Divo Baptiſtae cuſtodiendam tradiderunt, excitata quantocius media fere Vrbe ornatiſſima S. Johannis Baſilica, cui amplificandae quicquid eſt ſplendoris, quicquid elegans, exquiſitum, ſumptuoſum ſupremi Ordinis Moderatores contulerunt; ita ut quamvis eam Turcae auſu ſacrilego expilarint, atque foedaverint, adhuc ex veſtigiis, tamquam artis, pietatiſque miraculum a peregrinatoribus celebretur. Ex quo tanta in Rhodios, & adjacentium Inſularum habitatores erga Praecurſorem veneratio manavit, tantaque de illius potentiae fiducia excitata eſt, ut poſt fatalem deditionem, in tam lacrimabili caſu hac una ſpe adhuc ſuſtentarentur. Quare quum An. MDXXVII conjurationem adverſus impios poſſeſſores animo volverent, datiſque ad M. M. Villarium Liſladamum litteris, Equites ad Inſulam nova aggreſſione recuperandam invitarent, opem, ſi qua erat affutura, a S. Johanne expectare viderentur. Extant apud me MSS. Epiſtolae, quas Rhodi Metropolita, aliique tum Vrbis, tum oppidi Lindi Proceres ea de cauſſa ſcripſere, ex quibus obſequentiſſima gentium illarum in Equites voluntas, benefactorum memoria, conceptaque ſpes liquido pateſcit. Specimen tum re ipſa, tum ſcriptionis genere Lectori non ingratum, dabimus.

Al valoroſiſſimo, ſantiſſimo d' ogni honor degno & del Santo hoſpital & convento dela ſanta gheſa de Dio de ſanto Io. Baptiſta de hierruſalem, & de Rhodo gran maeſtro colonna & fermamento de tutti Chriſtiani tua grande Signoria inchinamo fin in terra ſalutamo, & abbracciamo la tua ſanta Croce, & baſciamo per molte volte gli ſuoi ſanti piedi, & gli honorandi & degni Signori del ſanto hoſpital tuoi compagni tutti ni inchiniamo fino a terra noi ſchiavi, minimi ſervi, & pregamo come peccatori che noſtro Sr. Jeſu Chriſto vi conſervi & facci vincer li nemici voſtri per la virtù della ſanta Trinita & de ſanto Giovanni Baptiſta noi ſudditi de tua grande Signoria el protopapa Giorgio Pſichalis, & il prete del lindo Stefano Calomeris. Ita epiſtolam lacrimis potius, quam atramento madidam ac ſuffuſam exorſi ſunt, qua illos ad Inſulam in libertatem reſtituendam compellabant. Poſtquam autem Sacer Equeſtris Ordo

Sedem

ſedem Melitae fixit, Templum Divi Johannis a M. M. L'Eveſque la Caſſiere conſtrui coeptum, omni marmorum, picturarum, lautiſſimaeque ſupellectilis exornatione ſplendidius in dies evaſiſſe, quotus tandem quiſque in millibus eſt, qui ignoret?

Sane omnis haec illuſtrium virorum praeſtantiſſima ſocietas; quae per Orbem Catholicum late, glorioſeque ſe fudit, in ſeptem nunc Provincias, ſeu Legiones diſcerpitur, quas LINGVAS appellare mos eſt, videlicet Gallicam Provincialem, Alvernam, Francigenam, Italicam, Caſtellanam, Celtibericam, Germanicam, quae de hoc cultu propagando officiis omnibus invicem certaſſe videntur. Et quia in hoc genere nihil utilius eſt ad perſuadendum, quam ſolers, & continuata enumeratio, viderentur Templa omnia recenſenda, Arae omnes commemorandae, hoc nomine donatae. Verum quum habeam rem non dubiam, ſed apertam atque manifeſtam, ſingulorum deſcriptio non eſt neceſſaria: quare ipſo Provinciarum ordine, quae ſunt noſtrae diſputationi aptiora animo percurramus. Praeter majorem Curiam, ſeu ut vocant *Prioratum* S. Aegidii, inſignes vetuſtate, ac religione Aedes aliae, S. Johannis ad Aquas ſextias, *Bajulivatus* Manuaſcenſis [1], & Moirans in Delphinatu [2]. Non incelebris altera apud Nannetes. Prope Corbolium in Gallia Belgica An. circiter MCCCC. Richardum II. Angliae Regem, & Iſabellam Caroli VI. Gallorum Regis Filiam, conſtituiſſe ajunt [3], lautoque cenſu dotaſſe Domum Hoſpitalem, quae nunc dicitur S. Johannis in Inſula. At illuſtrior in Legione Francigena Bajulivatus Peloponneſiacus, cujus nunc ſedes ac domicilium Pariſiis eſt apud Templum imprimis ſpectabile *S. Johannis de Laterano*, An. MCLXXI. Hieroſolymitanis attributum. Italicam tamen Provinciam ceteris omnibus hac gloria antecellere video, ſtatim quippe occurrunt Delubra ſancta, ac religioſa *Prioratus* Baruli, Capuae [4], Bajulivatus Neapoli [5], nec non *Praedia minora* Fratrum cuſtodiae

1 *Hiſtoire de Languedoc*, lib. [illegible]
2 *Hiſtoire du Dauphiné* [illegible] tom. II. [illegible] 1722.
3 V. *Confirmationes* append. ad *Martyrologium* [illegible] 28.
4 De hoc Templo [illegible] V. Ch. Joſeph [illegible], *Diſſertazione ſulla Chieſa di S. Giovanni de' nobili uomini di Capua*. Napoli 1750.
5 Praeter epitaphia hic [illegible] in duobus [illegible] Templo [illegible] quae ſunt hujuſmodi.

I.

HOC OPVS FIERI FECIT RICILLO IORDANO DE NEAPOLI ANO DNI MCCCCLXV. DIE XX. AVGVSTI.

II. HOC

ſtodiae commiſſa, vulgo *Commendae* Trojae in Daunia, Monopoli, Theani Sidicini, S. Johannis ad Paludes, Surrenti, aliaeque nonnullae in Oppidis minoribus. Item in Prioratu Piſarum Lucae [1], Cornueti [2], Prati, Oropiti. In his itaque S. Baptiſtam Tutorem principem eſſe conſpicies, atque ab illo unumquodque Templum denominari: quae quidem denominatio peramplis quandoque territoriis, & Feudis adhaeſit [3]. In Romano autem Prioratu Divi Praecurſoris patrocinio concredita ſunt potiſſimum Templa Tuderti, & Nurſiae, Aſculi, Auximi, Arinialdelli. In Veneto Muti-

P p nae,

I I.

HOC OPVS FIERI FECIT FRANCISCVS CRAVATE
DE NEAPOLI SVB AN DNI MCCCCLXVIII DIE
MENSIS IVLII VI.

1 Ad Templarios olim pertinuiſſe creditur. Marmora duo notatu digna illic viſuntur.

I

† SEPVLCHRVM. VENERABILIS. VIRI. FRATRIS. PAVLI. QVONDAM. MEI.
FIGLANI. DE. SENIS. PRECEPTORIS. PRECEPTORIE. LVCAN. (*ſic*)
ORDINIS. S. IOANNIS. IEROSOLYMITANI. QVI. DECESSIT.
A. N. D MCCCLXXXVI. DIE PRIMA. SEPTEMBRIS. CVIVS
ANIMA. REQVIESCAT. IN PACE

I I.

QVISQVALISQ. †.... ET HOC SVB MARMORE CLAVSVS
MARTE FEROX MILES NVMERATVS ACHILLE SECVNDVS (*ſic*)
ANDREAS DE MONTE BARO CLARVS FVIT HIC ORIVNDVS
MORIBVS ET VITA POLLENS HIEROSOLIMITA †
CORPVS AD HANC SACRA (*ſic*) PEREGRINVS CONDIDIT EDE (*ſic*)
SPE ARCE POLI GAVDET VIRTVTIBVS ACTVS
ET MVNDI VITIIS NVMQVAM FVIT ISTE SVBACTVS.

†

2 Ad Xenodochium caſtruendum prope hoc Templum ipſa Cornetana Urbs Ordini noſtro bona multa olim attribuit, ut patet ex Regeſto MS. Piſarum illius cit. *Jura diverſa* in publico Archivo.

3 Praeceptoria Beneventana latifundium habet, quod vocatur Feudum S. Johannis, & Capitale; Non longe autem ab Arcu Trajani domum, quae a conterraneis dicitur *lo Palazzo di S. Giovanni*. Eccleſiam vero cum ipſius Ara Majori in honorem Dei, & B. V. Mariae, ac S. Baptiſtae conſecravit Anno MCCCLXXVI. BENEDICTVS XIII. poſtquam Ordo Templum ipſum Religioſis viris S. Franciſci pluribus adjectis pactis conceſſerat. Utrumque liquet ex adpoſitis marmoribus litteratis.

nae [1], Vicetiae, Bergomi [2], Polae, & Gratiſcae, Sacilli, Parmae, Fori S Petri, Forocornelii [3], Foroliviı. In Magno Galliae Ciſalpinae, ſeu *Langobardiae* Prioratu celebrantur hoc nomine Bajulivatus Cremonenſis, & *Commendae* Laudis Pompejae, in Vineis Ticini, Peregrinorum Novariae, Savonae, itemque ſeptem aliae in pagis Pedemontii, aut Inſubriae. Eporediae vero, Centum Cellis, & Faliſcae [4], quoniam Sacris Aedibus alii jam Divi Praeſides dati, S. Baptiſta his ſtatim a noſtris fuit conſociatus [5] Sed quod a Gallis, atque Italis ſtudioſe praeſtitum eſt, id ipſum ab Hiſpanis, ac Germanis factum ſcimus in Caſtellae, Luſitaniae, ac Bohemiae Prioratu, quorum Aedium pars magna hoc uno Tutelari glorianter. Inter quas exiſtimatione virtutis plurimum floruiſſe ſcimus Domum Inſulae Viridis prope Argentoratum, quam An. MCCCLXXI. nobilis vir Rulmannus Merſwin, novo in honorem D. Baptiſtae excitato Templo, noſtris adjudicavit; Conradus Brusbergius Prior Alemanniae vero, poteſtate ſibi a M. M. Berengario collata, dedicavit. Haec illa Domus, qua noſtri ob amicitiam Dei ſumma fide, conſtantia, juſtitiaque ſervatam, a Lutheranis, Templo etiam diſturbato & everſo, pulſi fuere, nec ipſis niſi poſt pacem Weſtphalicam permiſſum, ut illam informem, ſquallentemque recuperarent.

Eſt

1 Vidrianus in Hiſtoria Mutinenſi affirmat reaedificatam An. 1181: penes illum ſit fides. Petrus Magellius Mutinen. Ord. Hieros. Capellanum multa impenſa, perpetuoque ſtudio ornavit, cujus rei teſtificandae gratia titulum ad Altare principe affixit PRAECVRSORI PATRONO. ET SACRO. SVO. ORDINI. FR PETRVS. MAGELLIVS L. S.

2 Vetus lapis Chriſtianus ibidem legitur.

HIC REQVIESCIT IN PACE
B. M. MAXENTIA QVAE
VIXIT ANNOS P. M. LX
DEP. SVB DIE KAL. IVL
IND. XI.

3 Paulus Papa III. An. 1541. die 7. Octobris hoc Templum viſit; quo de cauſa ejus ſtemma gentilitium in Pronao inſculptum conſpicitur. Hujus rei memoriam extare voluit, qui Praeceptoriam tunc temporis adminiſtrabat, ad hoc enim arbitror pertinere adjectam proxime inſcriptionem.

FR. ADRIANVS THEVTON
FACIVNDVM CVRAVIT
154.....

4 Buſſius *Hiſtor. Viterb. lib. 1 pag. 1.* dice *anticamente fu di Viterbo, come appare per ſentenza di Giordano Orſino Rettore, e Capitano di detta Città fatta li 25. Giugno 1239.*

5 Firmi hoc accidiſſe vidimus. Templum intra Urbem, quod eſt Commendae ſedes, S. Agathae dedicatum eſt, ut ex marmorea epigraphe conſtat.

† A. D. M. CC. XXX. V: DEDICATA. E. H. ECCLA. S. AGATHE
VII. KL. SEPTB. A. DNO. PHYLLIPPO. NRO. EPO.

Sunt quoque in Agro Firmano tres aliae Eccleſiae in ejuſdem Commendae latifundiis Divo Baptiſtae mancipatae.

Eſt etiam illa non hominum, ſed naturae potius, & certe non inaudita vox, virtutis proprium eſſe omnium animos ſibi conciliare, & ad ſuos uſus adjungere, eique honores & praemia naturali quodam invitamento deferri. Quum ergo in omnium oculis poſitum eſſet, noſtrorum virtutem magnis in Chriſtianam Rempb. meritis quotidie illuſtrari, & augeri, ac Religioſorum Militum innocentiam, fortitudinem, patientiam, frugalitatem, moderationem, diſciplinam, charitatem nec adverſis ſubripi, nec fortuna emolliri, nec bellis luctuoſis amitti, nec temporum permutatione mutari; ideoque Principum aequitas, ac pietas Ordini Hierſolymitano ea ipſa bona cenſuit eſſe adjudicanda, quae aliis jam languentibus, aut exſtinctis adempta fuerant. Labente Saeculo XV. attributa noſtris eſt *Commenda* S. Lucae Peruſiae Auguſtae: ad quos autem illa pertinuerit, monet non obſcure inſcriptio aedibus Templo attiguis affixa, quae eſt ejuſmodi.

CATANIVS DE TRAVERSAGNIS DE SAVONA
ARCHIPRIOR ET GENERALIS MAGISTER
ORDINIS S. SEPVLCRI HIEROSOLYMITANI
MCCCCLXXXIV.

Quis ex noſtris illam reſtaurarit, auxeritque, inſcriptio alia ad introitum Templi declarat:

A SIXTO REGITVR ROMANA ECCLESIA QVINTO
MILITIAE ET RHODIAE PRAESIDET HVGO LVBENS [1]
VERONA SATVS HANC SVMPTV CVM IVLIVS AEDEM
EXORNAT BRAVVS RESTITVITQVE SVO
ANNO M. D. LXXXVI.

Atque hunc ipſum Bravum, ne novi poſſeſſoris Patronus merito cultu fraudaretur, juſſiſſe deinde crediderim celebri Antonio Scaramucciae ſeniori, ut egregiam illam S. Johannis tabulam pingeret, quae nunc ea in Eccleſia viſitur [2].

Nihil vero eſt notius, quam TEMPLARIORVM bona Clementis PP. V. edicto ad Hieroſolymitanos fuiſſe tranſmiſſa, in quo omnibus

1 *Hugo de Loubens Verdala Septimanus, LII. Magiſter, & S. R. E. Cardinalis*

2 *Lione Paſcoli Vite de' Pittori Perugini tom. 1. Roma 1732.*

bus Ordinibus noſtrum praeferri decebat. Scilicet Milites Templi fortuna elati, Hoſpitalariis, a quibus ortum duxerant, & quibus ſumma debebant beneficia, moleſtiam ſaepe ac ſollicitudinem pararunt, & quemadmodum tradit Johannes Bromptonus, ſcriptor ſuppar, *hi ſecundum quoſdam ex infimis Hoſpitalariorum congregati, & ex reliquiis eorum, ex cibis, & armis ſuſtentati, ad tantam rerum opulentiam devenerunt, ut filia ditata matrem ſuffocare, & ſupergredi videretur* [1]. Aequum proinde dixerim, ut illis ſuis ſedibus pulſis, poſſeſſionem noſtri occuparent. Adhuc in publicis Tabulis plures *Commendae* ea de cauſſa *ad Templum*, ſive *de Templo* nuncupantur, ac Templariorum ſtemma in turri Campanaria Eccleſiae S. Crucis Peruſiae, & in Aede S. Mariae Bononiae ſepulcralia epigrammata vidiſſe meminimus [2]. In his autem Templis Hieroſolymitani, Patroni ſui perpetuo memores, pro illius cultu ſtabiliendo tantam operam contulere, ut vel miſſo vetere nomine, S. Johannis vocari voluerint, vel ipſius imagines, ſignaque ſollemniter dedicarint.

CAPVT

1 Inter Hiſtoriae Anglicanae Scriptores *pag.* 1008. *Londini* 1652.

2 Dicitur *de la Maſon*, quo nomine appellatur etiam Templum Commendae Mediolanenſis, id eſt *della Maggione*, quod conviciſſo Fratrum adhaereret. In Templo occurrit primo.

S̄ (*Sepulcrum*) FRIS BARTHOLOMAEI SORICENSIS

FRIS PETRI DE ORDINE TEMPLI GNLIS

PROCVRAT EIVSD. ORD. IN CVRIA RNA. Q. DECESSIT

SVB A D. MCCCII. INDICT. XII. DIE XXII. OCTOBRIS.

Deinde Tabula marmorea, quae opere diaglyptico Equitem refert ſui Ordinis veſte indutum, hoc aliud inciſum legitur epigramma.

STIRPE ROTIS PETRVS VIRTVTIS MVNERE CLARVS.

STRENVVS ECCE PVGIL CHRISTI IACET ORDINE CHARVS.

VESTE FERENS MENTEQVE CRVCEM NVNC SYDERA SCANDIT

EXEMPLVM NOBIS SPECTANDI COELICA PANDIT.

ANNIS TER TRINIS VIGINTI MILLE TRECENTIT

SEXTA QVARTE MAII FREGIT LVX ORGANA MENTIS.

Quid ſibi velit Calix, quem Chriſti pugil manu arcellit, haud ita facile definire licebit; mihi quidem ita ſubit cogitatio, Petrum Rotis unum ex his fuiſſe, qui ſtrenue obſtiterunt Begardorum Haereſi, quae per id tempus gliſcebat, atque Italiam etiam infecerat. Docebat namirum nefaria horum hominum ſecta, teſte Alvaro Pelagio *de Planctu Eccleſiae lib. II. Venetiis* 1560, in corporis Chriſti elevationem nullum aſſurgere debere, nec illi venerationem exhibere. Petrum itaque hoſce homines profligaſſe, devictiſque elatus Calix fortaſſe ſubindicat. Etſi enim Templariorum Ordo criminibus turpiſſimis demum reus in illis convictus a PP. Clemente VI. *ſacro approbante Concilio* Oecumenico Viennenſi abolitus ſit; quoniam tamen Petrus mortalitatem bien-

CAPVT QVINTVM.

Inſcriptio Italica, quae exſtat Florentiae in Aedibus S. Iacobi explicatur. Excurſus de Morbo S. Johannis. *SS. imagines ad morbos averruncandos, vel tamquam Religionis teſſerae, collo appenſae. Locus Guntheri Monachi de hac Chriſtianorum conſuetudine. Iaſpis, cui inſculpta effigies S. Baptiſtae in Muſeo PP. BENEDICTI XIV. in hunc olim uſum corolla incluſus, proponitur.*

NVMINI, auſpicioque B. Praecurſoris ſe devoviſſe Saeculo XI. nonnullas Poenitentium Sodalitates Diſſertatione I. cap. V. narravimus: atque id ipſum accidiſſe Neapoli in Templo S. Johannis ad Mare ſcribit Caeſar de Engenio. Horum hominum pietati impenſe faviſſe, qui Prioratum moderabantur veroſimillimum eſt, quandoquidem ſuas aedes ad conventus eiuſmodi celebrandos patere permiſerant, ſed aliud hominum Sodalitium, qui omnia ſua in Divi Baptiſtae fide ſtatuerant, eumque adjutorem praeſtolabantur, Florentiae in *Commenda S.* Jacobi (*in Campo Corbolini*) exſtitiſſe indicat Lapis litteratus, qui continuo ſe dat obvium, Aediculam, & Aram Sanctae Mariae *de Lilio* vix proſpectanti. Exaratus is eſt litteris, quibus perperam, & inſcite *Gothicarum* nomen vulgo impoſitum eſt.

IN NOME DI DIO AMEN. MCCCCLI. ADI XIII. DI MAGGIO QVESTA CAPPELLA SI CHIAMA LA CAPPELLA DI SANTA MARIA DEL GIGLIO E DEL BEATO MESSER SANCTO GIOVANNI. LA QVALE HANNO FATTO I POVERI ATTRATI DI MANI E DI PIEDI ED ALTRA BVONA GENTE CHE E ENTRATA CON LORO IN COMPAGNIA.

Profecto ſi cetera huiuſce ſacrae Aedis monumenta hic ego explicanda illuſtrandaque ſuſciperem, provinciam injuria occuparem,

Urnula ante cancras, ut ex epitaphio colligitur, fieri potuit, ut communi culpa vacaret. De Templariorum munificentia admonet etiam ejusdem Ecclesiae aes Campanum, cui inscriptum legitur:

MAGISTER TOSSEOLVS DE MIOLAME FECIT.

FR. PETRVS DE BON PROCVR MILITIAE

TEMPLI IN CVRIA ROMANA MCCCIII.

§ Napoli Sacra pag. 443. ediz. 1649.

rem, attributam jam ſcriptori erudito, gentilique meo Joſepho Riccha, qui Eccleſiarum Florentinarum deſcriptionem bonorum cum plauſu adorſus eſt, ſtudiorumque ſuorum partem nuper vulgavit[1] Sed hoc unum marmor diligentiſſime contemplanti, cauſſa mihi obiata eſt conſilii, ut arbitror, noſtrae tractationi, nec abſoni, nec inutilis, ſcilicet, ut huic ſaltem interpretando curam aliquam impenderem: quaerendum enim videtur quo vere morbo conflictarentur hi, qui Sacellum faciundum curarunt, praeque aliis cur Johannem Baptiſtam auxiliatorem delegerint: igitur quid ſentiam enunciabo. Atrox ille, diruſque morbus, qui ob ſubitos impetus, & periculi magnitudinem, curaeque difficultatem, ab Hippocrate[2], & Aretaeo[3] *Sacer*, a Lampridio[4], & Firmico[5] *Herculeus*, a Plinio[6], & Celſo[7] *Sonticus*, a Q. Sereno Sammonico[8] *Comitialis*, a Sacris Scriptoribus[9] *Lunaticus*, ab aliis *Caducus*, a Graecis ἐπιληψίς, ἐπιληψία dictus eſt; vertente Saeculo XIV. in Galliis *Morbus S. Iohannis* occoepit appellari. Rem confirmat Cangius in Gloſſario, Regii Chartularii teſtimonio ad An. MCCCCLI; quid tamen huic denominationi anſam dederit, tacitum omnino praetermittit. Si rem ergo, quemadmodum a viris doctis, & probatiſſimis accepi, proponere praeſtat, illa ſic habuit ſe ſe. Criſtolii

1 *Notizie Istoriche delle Chiese Fiorentine part.* I. *tom.* I. *Firenze* 1754. Inter has binas Inſcriptiones, quae noſtrae Hoſpitali maxime convenire videntur, praeſtabit ſubjicere: utraque in ejuſdem Commendae [illegible] reperitur. Altera ad Xenodochium ſibi condendum pertinet.

ANNO ✝ MCCCXI. IPPO FORESE CHIAMATO LIPPO
SOLDATO FECE FARE QVESTO SPEDALE
PER RIMEDIO DELL' ANIMA SVA.

Pro animae remedio, eiuſdemque explicationem [illegible] Templi, pro ut Diſſert. I. cap. VI. documentum, ſed Xenodochio aedificato videmus. Meminimus legiſſe Viterbii prope Xenodochium Calceolariorum marmori inſcriptum, ſtylo vere barbaro: *Ego. Vando. &c. dilecta. Vxore. mea. pro. redemptione. animae. noſtrorumque. parentorum. omniumque fidelium. dono. hanc. domum. in. Hoſpitium Peregrinorum &c.* Altera vero ad Commendatorem quemdam ſpectat.

✝ QVI DECIES QVINOS ANNOS HIEROSOLYMITANA
PRAESVL IN HOC TEMPLO TRANSEGIT RELLIGIONE
DITAVITQVE LOCVM SACRIS, REBVSQVE PROFANIS
DE RVBEIS FOGNE REQVIESCVNT OSSA IOHANNIS
QVI OBIIT XXV. IVNII AN. MCCLXXXVIII.

2 *Operum tom.* II. *De Morbo ſacro cap.* I. *Lutetiae* 1639.
3 *De cauſis & ſignis morborum lib.* IV. *Pariſiis* 1567.
4 *In Heliogabalo cap.* XX. *Lugd. Batavor.* 1671.
5 *lib.* VIII. *cap.* XXVII.
6 *H. N. lib.* XXVI. *cap.* VII.
7 *lib.* III. *cap.* XXIII. *Lugd. Bat.* 1693.
8 *Inter Med. Art. Principes tom.* II. *Pariſiis* 1567.
9 *Matthaei cap.* IV. *v.* XXIV.

ſtolii (*Creteil*) quod eſt Oppidulum duabus vix leucis a Lutetia diſſitum, celebre per ea tempora exſtabat Templum, propterea quod inſigne SS Martyrum Sepulcrum illic haberi putaretur. Eorum ſcilicet Martyrum, quos Claudii Soceris Neronis principatu illic caeſos perhibet Robertus Autiſſiodorenſis Monaſterii S. Mariani Monachus in Chronico, fabuloſa, & commenticia Acta (ſi Valeſium audias) ſequutus.ᵃ Hinc magna hominum copia ac frequentia illuc accurrebat religionis, opiſque petendae cauſſa. Atque in primis in Templum deferri ſatagebant, qui aegritudine non levi premebantur. Dies autem, quo majori apparatu, majorique conſeſſu feſtum illic agi conſueverat, ille ipſe erat, quo Natalis Beatiſſimi Baptiſtae ab Eccleſia univerſa concelebratur, factum ita eſt, ut brevi, non SS. Martyrum, ſed Johannis feſtum communi voce diceretur, omneſque ſalutem, incolumitatemque ab uno Praecurſore expeterent. Inter aegros vero etiam ἐπιληψίᾳ laborantes accedebant, & quia plures hoc morbo miſere affecti, Johanne deprecante, vere convaleſcebant, plures etiam fortaſſe, quaeſtus gratia prae foribus Templi morbum ipſum ſimulabant; hoc infirmorum genus potiſſime illuc deinceps acceſſit, eaque in vulgus manavit opinio his tantum eo die ſanitatem reſtitui, proque illis Johannem unice exorare. Ex quo jam intelligi poteſt ex ipſo morbi depulſore nomen morbo adhaeſiſſe, & qua de cauſſa epilepſia *Morbus S. Johannis* diceretur patefactum exiſtimo. Neque vero ea fama cito obſcurata eſt, vetuſtateque evanuit. epileptici catervatim noſtris adhuc temporibus ad eum locum concurrebant, duplex Sacrum, alterum media nocte, primo diluculo alterum peragebatur. Sed quia hominum vitio mala ſubrepere poſſe perſpiciebatur, Anno MCCCXXXVII Canonicis Eccleſiae illi adminiſtrandae Monachis ſuffectis vetitum fuit, ne Templi fores niſi multo mane reſerarent. Haec de morbi nomine: redeo jam ad Florentinum lapidem.

Facile ex Gallia hoc pietatis genus, atque haec de Johannis patrocinio fiducia ad noſtros potuit commigrare, cum maxime ineunte Saeculo XV. quum Andegavenſes plurimas ex ſuis regionibus conſuetudines in noſtram Italiam importarunt, memini ſiquidem aliquas eſſe ex noſtris Provinciis, in quibus epilepſia adhuc vocatur, *il Male di S. Giovanni*. Tanta autem affinitas eſt, aut potius ſimili-

a *Notitia Galliarum* pag. [illegible] Pariſiis 1675.

ſimilitudo inter epilepſiam, & illam manuum, ac pedum contractionem, qua angebantur hi, qui Aediculam S. Praecurſori dedicarunt, ut hiſce Italicis vocibus, *i petorti attratti de mani, e di piedi*, unum idemque exprimi exiſtimem. Enim vero, miſſis morbi huius cauſſis, tum *praediſponente*, tum *procatartica*, hoc concordi ſententia ex Hippocrate, & Galleno docent Bellinus [1], Hoffmanus [2] Boheravius [3], epilepſia urgente muſculos flexores, nervoſque irritari, convelli, diſtorqueri, contrahi, atque ita aliquando rigere, ut quaedam membrorum arctatio atque deformatio ſequatur. Imo vero Wanſwieten [4] obſervationibus edoctus, ſcribit, inter miſerandos epilepſiae effectus quandoque his motibus tantam vim muſculis inferri, ut poſtea ſemper vitium quoddam externe maneat. Igitur quis neget manuum, ac pedum attractionem etiam ex Morbo Sacro proficiſci? Ideoque ex Florentina inſcriptione non levis conjectura oboritur epilepticos homines fuiſſe, qui, ut ſaluti ſuae proſpicerent, Sacellum dedicarunt Beato Johanni, quem fama acceperant morbi huius liberatorem, ac ſervatorem eſſe. Aut ſi alio morbi genere tenebantur, certe ille in muſculis, & nervis violenter convulſis, contractiſque reſidebat, proindeque hoc uno ſaltem nomine ab epilepſia non admodum diſtabat. Qui ergo intelligebant S. Johannem epilepticis piiſſime opitulari, facile ſibi perſuadere poterant, auxilium etiam eſſe laturum, ſi in cauſſa non abſimili illius praeſidium efflagitarent.

Chriſtianis quidem ſaepe vetatum, ne ad morbos averruncandos quovis uterentur Amuleto, aut medicationem ex Philacteriis repeterent; omniſque ſuperſtitio, quae in animos illabi poterat, ſemper proſcripta [5]. Sed Sanctorum imagines ad ſubſidium, tutelamque adverſus infirmitates comparandam, collo ſuſpenſas deferre, ultro, prudenterque permiſſum fuit quam ſane conſuetudinem medio praeſertim Aevo invaluiſſe comperimus. Hinc Numiſmata, & Bullae aureae Servatoris noſtri, Sanctorumve effigie inſignes in Chriſtianorum ſepulcris ſaepenumero repertae. Hinc illuſtrium virorum imagines ſacro hoc torque ornatae.

1 Laurentii Bellini Operum part. 2. *De morbis capitis* Venetiis 1708.

2 *Medicinae Syſtematicae* Tomi quarti parte tertia *Doctrina Epilepticorum* cap. 1. Venetiis 1741.

3 *Apud Wanſwieten mox citandum*.

4 *Commentaria in Boheravii Aphoriſmos*. Tom. III. *de Epilepſia Lugd. Batavorum* 175[illegible].

5 Confer quae ſcripſimus in Libro *Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti [illegible] Medaglie Antiche* II. Napoli 17[illegible] & Cl. [illegible] *Storia Critica delle pratiche ſuperſtizioſe* [illegible] lib. [illegible] Verona 1750.

tae, quae Cenotaphiis, & Sigillis exſcalptae viſuntur: cujus quidem antiqui moris exempla congeſſit Hieronymus Zanettius, ſcriptor excellenti ingenio, & mirabili rerum varietate ac doctrina politiſſimus, in explicatione *Sigilli Aleſinae*[1] Inter haec commemorandum profecto, quod refert Guntherus Monachus in *Hiſtoria Conſtantinopolitana*, Graecum Imperatorem ſollemnibus feſtis geſtare conſueviſſe e collo ſuo aurea catena dependentem Jaſpidem mirae magnitudinis, cui inſculpta erant Chriſti morientis, Deiparae Virginis, & S. Johannis Theologi imagines[2] Nullus itaque dubito, quin JASPIS S. Baptiſtae effigiem referens, corolla aurea circumquaque, anſula vero ſuperne munitus, quem primae huius noſtri operis fronti ornandae, ex Muſeo Chriſtiano SS. PATRIS BENEDICTI XIV. protulimus, in hunc uſum fuiſſe aptatum, ut ab his, qui Divum Praecurſorem impenſius colerent, praeſidiumque ab eo in adverſis expectarent, collo appenſus geſtaretur. Et ſi quid conjecturae indulgendum, quoniam S. Johannes epilepſiae depellendae praeſes coelitus datus credebatur, fuit fortaſſe, qui maxime illius morbi cauſſa hanc gemmam ſic vinciri, & corona includi fecit.

CAPUT SEXTUM.

Quae in Hieroſolymitanorum legibus, conſultis, & ſcitis praeſcripta, ut feſtum S. Johannis omni pompa ac celebritate peragatur. Feſtum Tranſlationis Manus *S. Baptiſtae in Martyrologio Ordinis indictum. Officium S. Johannis ſemel in Hebdomada* Fratribus Capellanis *conceſſum. Ex vetuſtiſſimo libro* Chorali *Eccleſiae Rhodienſis* Proſa *exhibetur, decantanda in Miſſa Praecurſoris. Ex antiquo Sacramentario MSS membranaceo obſoleta* Praefatio *ejuſdem Miſſae exſcribitur. De veteri* Breviario *ſecundum uſum Ordinis S. Johannis, paucis agitur.*

SI ubique gentium Sanctiſſimus ille Chriſti Praecurſor maximo apparatu, nobiliſſimo ſplendore, omnibuſque piae laetitiae ſignificationibus ſtato, legitimoque die colebatur, par utique erat, ut Ordo Hieroſolymitanus cultus diligentia, & religionis ardore ceteras gentes longiſſime ſuperaret, aut nulli ſaltem hac in re con-

1 *Sigillum Aereum Aleſinae Marchionis Montis Ferrati*, Venetiis 1751.

2 Apud Caniſium *Lect. Antiquarum* tom. [illegible] cit. edit.

re concederet. Re quidem vera de Patroni ſui cultu in dies augendo nedum ſollicitum, ſed ſupramodum ſtudioſiſſimum fuiſſe demonſtrant Ordinis praeſcripta, Procerum conſulta, Comitiorum Generalium decreta. In libro *Statutorum, & conſuetudinum Tit.* III. *de Eccleſia*, id primum commendatur, ut Fratres in pervigilio Nativitatis S. Johannis jejunium ſervent; in feſto autem die, ut ad Chriſti menſam accedant, & vivifici panis participes fiant; ut Bajulivi, & Ordinis primores nobiliſſimo Paludamento, vulgo *Manto di Punta* induti, Sacris interſint; ut publica, ſollemniſque ſupplicatio per Vrbem habeatur [1]. Sancitum praeterea eſt, ut Fratres quavis in Vrbe, aut quovis loco verſentur, ſi fuerit Ordinis noſtri Eccleſia, in Natali Praecurſoris ſacro, equeſtrique ſuo habitu amicti illam adeant, ibique a primis Veſpertinis precibus pervigilii ad Veſpertinas uſque diei feſti Divinis Officiis aſſiſtant [2]. Neque optimi Equites omnes pietatis ſuae ſignificationes eo tantum die concludi voluerunt: de feſto Decollationis, & ſupremo Octodialium die cum pompa, & ſollemni Liturgia peragendo cautum fuit in Comitiis Generalibus An. MDCXXXI [3]. Feſtum alterum Melitae celebrari poſſe a S. Rituum Congregatione rogatu M. M. Hadriani Wignancourtii impetrarunt, quod in Martyrologio Eccleſiae Conventualis his verbis antedenunciatur: *Nonis Decembris Tranſlatio Dexterae Sanctiſſimi Praecurſoris Domini, noſtrique Patroni Iohannis Baptiſtae, quae a Conſtantinopoli Rhodum, a Rhodo Melitam aſportata, in hac majori Eccleſia honorificentiſſime colitur* [4]. Et quo beneficentiſſimi Tutelaris memoria animis jugiter defigeretur, pietaſque in illum perpetuo aleretur, eadem Sacra Congregatio M. M. Gregorii Carafaei vota obſecundans, indulſit, *ut Fratres, & Moniales praedicti Ordinis, nec non Capellani, ac Miniſtri earumdem Eccleſiarum Conventualium ſervitio addicti, qui ad horas canonicas tenentur, qualibet Feria* IV. *non impedita &c. Officium, & Miſſam S. Iohannis Baptiſtae recitare, ac reſpective celebrare poſſint &c.* [5]

Quamquam praeſto ſunt documenta longe antiquiora, quibus oſten-

1 *Statuti della S. Religione di S. Gio. Geroſolimitano tit.* III. *num.* 10. *Conſuetudine. In Borgo Novo* 1674.

2 *Les Ordonnances de l'Ordre de S. Jean de Hieruſalem Titre* III. *num.* 33 *à Paris* 1650.

3 *Ordinazioni del Capitolo Generale tenuto ſotto l'Emo G. M. de Paolo in Borgo Novo* 1674.

4 Litterae Apoſtolicae pro recitatione Officii, & Miſſae de S. Johanne Bapt. eo die, quo feſtum Tranſlationis Manus peragitur, ex [illegible] Papae XII. authoritate Cardinalis Cibo Ep. Oſtienſis datis die 10. Augusti An. 1691. In eodem Martyrologio indicitur die 29. Februarii [illegible] Capiti.

5 Ex Decreto ſub die XXI. Augusti An. 1688.

oſtendatur, Clerum Ordinis noſtri plurimum honorem S. Johanni ſemper tribuiſſe, ſive Sacris Myſteriis operam daret, ſive imperatum precum diurnarum penſum abſolveret. Ea primum excerpimus ex veteri *libro Miſſarum ad uſum Eccleſiae Hoſpitalis S. Johannis*, quae Rhodi fuerat in eo Urbis ſitu, vulgo *Collacchio*, qui velut clauſtrum erat ad perfectiorem vitam longe ab hominum concurſu, atque ſtrepitu ducendam. Codex, quem diu prae manibus habuimus, membranaceus eſt, continens *Introitus*, *Gradualia*, *Tractus*, *Tropos*, ceteraque in ſtatione Canentium ad certos modos, dum Hoſtia pacifica offerebatur, cantanda, additae quippe ſunt notae Muſicae antiquae. Litterarum forma, notarumque ductus ſuadent, ut illum deſcriptum credam ante aetatem Johannis Pugalti *Prioris Eccleſiae*, licet is, ut memoriae proditum eſt, quum Clero praeeſſet, Anno MCCCCLXV. in memorato Templo Dominicam Pſalmodiam, & Sacrificationem cum cantu diligentiſſime curaverit [1]. Is itaque Codex *Proſam* mihi ſuppeditat, quam Diſſertatione IV. pag. 137. pollicitus ſum, quamque retenta deſcriptoris pſeudographia nunc proponam.

PROSA DECANTANDA IN MISSA MAJORI
NATALIS S. JOHANNIS.

Inter natos mulierum | *ut teſtatur verbum verum*
nemo major prodiit.
Salvatoris precurſore | *cujus ortus miro more*
miris ſignis docuit.
Pater ſenex mater anus | *quos fecundat Dei manus*
gaudent puerperio.
Prohibebat partum etas | *juventutis ultra metas*
laborabat ſenio.
Thura litans regi celi | *dum non credit Gabrieli*
pater mutus tacuit.

1 De eo agemus in Chronotaxi Priorum, quam huic ipſi libro copulamus. Interim de Codice aliquid dicendum. In majoribus ſollemnitatibus habentur *Tres Miſſae*, nempe in mane, orto ſole, & in die. In feſto Nativitatis S. Johannis habetur prima Miſſa hoc titulo, *in Vigilia S. Johannis Bapt.* item ſecunda hoc nomine, *Miſſa Matutina de S. Joh. B.* Sequens folium, in quo certe tertia Miſſa deſcripta fuerat, inconſulto, aut malitioſe diſcerptum fuit. Si quid tamen conjectando aſſequi licet, Rubrica haec eſſe debuit *in Magna Miſſa S. Joh. Bap.* ſic enim adnotantur in aliis diebus ſollemnioribus.

Vt parentes infecundi | *genuere jubar mundi*
vox ad patrem redit.
Mater matrem ſalutavit | *& Iohannes exultavit*
matris clauſus utero.
Preconatur preco Regem | *& nature vincit legem*
ſenſus hic in puero.
Nondum natus nondum natum | *ſenſit vates vatem vatum*
naſciturum ſpiritu.
Hujus virtus ſocietatis | *mundat illum a peccatis*
ventris ſub accubitu.
Vox clamantis in deſerto | *monet omnes in aperto*
viam parent Domino.
Verbum preit vox naſcendo | *predicando moriendo*
baptizando populos.
Sic venturo viam parat | *ſic ferendo ſulcos arat*
convertit incredulos.
Hic baptiſmo ihesum merſit | *qui peccati ſordes terſit*
ſanguinis antidoto.
Speciale datum es | *ſingulare donum Dei*
demonſtrare digito.
Certe magnum heremitam | *preſentem ſpreviſſe vitam*
contempſiſſe proſpera.
Mel ſilveſtre cibus vilis | *& cameli texta pilis*
veſtis probat aſpera.
Hic dum legem dei zelat | *crimen herodis revelat*
arguendo publice.
Levitate puellari | *mox eſt juſſus decollari*
vite vir angelice.
Rex devictus hoc precinctu | *herodiadis inſtinctu*
fedavit convivium.
Martyr xpiſti paſſus mortem | *eſt aſſumptus intra ſortem*
ſupernorum civium.
Quo nos ſuos laudatores | *poſt preſſuras & labores*
Aſſumat ad bravium | *Amen.*

Sed homo illuſtrior honore ac nomine in noſtri Ordinis Annalibus Frater Carolus Alemanus de la Roche-Chinard Gallus Provincialis, & Prior S. Aegidii, qui charitatem, liberalitatemque, ſuam

ſuam inſignem poſteris ita fecit, ut illius beneficia numquam ſint intermoritura. Omnes fuerunt in illo virtutes, ſed praecipue ſingularis, & admiranda frugalitas, tenui, ac parabili alimento contentus, multas, & optime conſtitutas fortunae ſuae opes, quibus affluebat, Templis, & Altaribus magnificentius perornandis, liberaliſſime impendebat. Hanc unam piiſſimam indolem, omni laude ac praedicatione decorandam, Rhodi in Aede *Conventuali* S. Johannis egregie patefecit. Non longo annorum intervallo obtulit XII. Apoſtolorum ſtatuas argenteas, pondo librarum Francicarum CC, tum Agnum Servatoris JESV ſymbolum, itemque ſtatuas B.Mariae V., & S. Johannis ex auro puro, pondo l. LXXX. Pictas etiam tabellas XV. eidem Eccleſiae donodedit, Myſteria referentes, quae preces calculis abſolventes, recolimus; quarum ſingulis Crucem auream octogonam imponi voluit pondo lib. XXX. Periſtromata, Caſulam, Dalmaticas, Pontificales amictus, Pluviale opere phrygio largitus eſt. Tandem An. MDXIII, quo deceſſit, praeter tormenta bellica ſua pecunia fabrefacta, & Hoſpitium ſuis Provincialibus Rhodi exſtructum, Ordinem multis beneficiis oneravit. Hic itaque Divini cultus amantiſſimus Sacramentarium, ſeu librum *Miſſalem* in uſum principis Eccleſiae obtulit, charta pergamena deſcriptum, figuris miniatulis auro variatis, integumento ſerico, peſſulis argenteis exornatum, qui ſingularem illam *Praefationem ad Canonem Miſſae* ſuppeditat, quam eadem pag. 137. me fore editurum dixeram. Praetermiſſis his, quae Sacerdos in quovis Sacro praefari ſolet, ea ſubjicio (ne amanuenſis quidem erroribus emendatis) quae Natalis S. Johannis propria ſunt. *Equum & ſalutare hunc diem precurſoris & prophete leto animo celebrare. Ipſe enim eſt, qui penitentiam nunciavit, & viam univerſe ſalutis predixit. ipſe eſt, de quo Sacrum Salvatoris eloquium teſtimonium perhibet, inquiens: inter natos mulierum non ſurrexit major Iohanne Baptiſta. O beata Mater, que talem genuit filium de celo promiſſum! agnoſcimus quidem natum preconem qui Criſtum Salvatorem predixit. O quam digne in una civitate virtutes due! ubi mater ſterilis & virgo verſantur. O quam mirum teſtimonium! in quo utraque eſt honorata de celo, una preconem altera judicem promiſit. Heliſabeth ſterilis precurſorem peperit. Maria virgo glorioſum redemptorem genuit. Quem laudant angeli, atque archangeli cherubin quoque & ſeraphin:* qui

qui non ceſſant clamare quotidie una voce dicentes, *Sanctus &c.* Atque haec quanta fuerit majorum noſtrorum pia ſolertia, ac cura in B. Praecurſoris laudibus celebrandis ſatis evidenter demonſtrant.

Multum etiam de illo meruiſſe video M M Fr. Emericum Dambuſium (*d'Amboyſe*) Is quum animadvertiſſet, quemadmodum teſtatur in *conſtitutione facta per Capitulum Generale* An. MDIX., *quod in Eccleſiis noſtris per univerſum Chriſtianum Orbem conſtitutis Officium Divinarum Horarum Canonicarum ſub vario ſtylo celebrabatur, ex quo quaedam in Ordine noſtro generabatur confuſio, praeſertim cum hinc inde Religioſi noſtri ad Eccleſiam Conventualem S Iohannis Collachi accedebant*, negotium dedit Fr Leonardo de Baleſtrinis Archiepiſcopo Rhodienſi [1], & Fr Raymundo Riolxio Eccleſiae S Johannis Priori, aliiſque peritiſſimis viris, ut vetus BREVIARIVM perquamdiligenter expenderent, cum exteris conferrent, quae deerant interſererent, aptoque ordine diſponerent, atque adeo precibus *Aſſembleae ſeu Capituli Fratrum Sacerdotum* fieret ſatis Breviarium hoc *ſecundum uſum Ordinis S Iohannis Hieroſolymitani* accurate emendatum, typis excuſit Lugduni Cornelius a Septemgraniis expenſis Heredum Jacobi Juntae An. MDLI. Quodque unum expectandum videbatur, ut nimirum eo in libro diurnae precationes decernerentur, quibus Presbyteri praeſentiſſimam Patroni ſui opem implorarent, eumque colerent, ſtatim occurrit ad pagellam 78., ubi legere eſt. *Sequitur Officium S Iohannis Baptiſtae, celebrandum diebus vacantibus, ſuper Hebdomadam, exceptis diebus Veneris & Sabbati ab Octava corporis Chriſti, uſque ad Adventum.* Officium ejuſmodi inſcribitur *Honores S Iohannis Baptiſtae*, ea procul dubio de cauſſa, quod praeter conſuetos Pſalmos, Hymnoſque, ac Antiphonas Romani Breviarii, *Sermones* illos contineat S Bernardi, quos pag. 12 memoravi, in XLV Lectiones diſpertitos, quarum novem ſingulis quinque *vacantibus* Hebdomadae diebus recitentur; complectitur quippe Abbas Clarevallenſis his Orationibus honores, ornamenta, privilegia, quibus Deus S Baptiſtam coeleſti auxilio ſimul, & dignitate honeſtavit, & auxit, ut adeo ſupra ceteros eminuerit homines, tantaque illum fama conſecuta ſit.

Reli-

1 [illegible]

Reliquum id fortaſſe nunc eſſet, ut quoniam Sacras noſtri Ordinis Virgines obiter indicavimus, de illis ſermo a nobis inſtitueretur; merito enim cenſeri id poteſt tamquam alterum aviti cultus teſtimonium, quandoquidem ſcimus perpetuum famulatum Divo Baptiſtae illas deſpondere quum in religioſam familiam adoptantur, eumque praecipuo in honore habere. Verum ad id, quod nunc quaeritur, ſatis me multa congeſſiſſe puto, quin nova, nec ſatis propinqua attexam. Poterat ne ergo Hieroſolymitanus Ordo Patroni ſui cultum ſtudioſius propagare? Poterat ne in id cumulatius incumbere, ſi ad hunc finem omnia conſilia intendere, omnem ſollicitudinem ſuſcipere, omnemque ſumptum libentiſſime facere ſemper viſus eſt? ſi denique non a viris modo in Templis, ac Xenodochiis, verum etiam a pudiciſſimis, ſanctiſſimiſque Virginibus in Aſceteriis omnia obſequia S. Johanni exhiberi, praeſtarique curavit?


CAPVT SEPTIMVM.

Allocutio Fr. Gargae ad Concilium Lateranenſe de maxima Ordinis erga D. Baptiſtam obſervantia. Vetus Domus Hoſpitalis Sigillum. Agnum inibi exſculptum nihil commune habere cum typo Nummorum, qui occaſione Sacrarum Expeditionum, vulgo (Crociate) *percuſſi ſunt. Statua argentea S. Iohannis in Sacello Magni Magiſtri. Chriſtianis conſuetum Navibus imagines Divorum ad tutelam imponere Exempla ex Nicephoro, Teophane, & Warnefrido. Icon ſtatuae ligneae S Praecurſorem referentis, puppi Navis Praetoriae Ordinis Hieroſolymitani affixae objicitur.*

GVIDONI BLANCHEFORTIO ſumma imperii a Rhodiis merito jam delata, accidit, ut Julius PP II., ad multiplices Conciliabuli Piſani auſus compeſcendos, Concilium Lateranenſe v., ſive Oecumenicum XVII indixerit, egeritque per Epiſtolas cum Magno Ordinis Magiſtro de Equitibus, ac Legatis deligendis, qui in hac adeo communi Eccleſiae cauſſa Romam venirent, Sanctaeque magnae Synodo intereſſent. Concilium quidem inchoavit Pontifex, ſed illius abſolvendi gloriam ſucceſſori Leoni X. reliquit, morte praereptus. Inter Legatos acceſſit ſtrenuus Miles Johannes Bapti-

Baptiſta Garga Senenſis litterarum laude apud noſtros clariſſimus, qui quum in Sacro illo Senatu concionem haberet, obteſtatus eſt ſe ad perorandum veniſſe *confiſum Omnipotentis Dei, & intemeratae Virginis, Diviique Iohannis Baptiſtae Ordinis fautoris auxilio*, tum ad Senatum ipſum converſus inquit. *Itaque Pater Beatiſſime, & tu tantorum Patrum ſplendidiſſime coetus, qui in hoc Templum convocatus fuiſti, cui Divus ille Iohannes Baptiſta noſtri Salvatoris Praecurſor praeſidet, qui ſummus patriae tuae Florentiae, Vrbiſque Rhodi, & Hieroſolymitani Ordinis patronus exiſtit &c* Denique animoſis Turcarum incurſionibus *ſub Divi Iohannis Baptiſtae auxilio copias Hieroſolymitanae Militiae, eorumque crudelibus auſis fortiter reſiſtere* propalam faſſus eſt [1]. Domi itaque, foriſque omnia fidenter noſtros egiſſe videmus, fretos Sanctiſſimi Praecurſoris ſubſidio. Quod etſi aperte jam patere exiſtimem, ut omnia ſuſcepto ordine perſequar, ex antiquis, quae Melitae ſuperſunt, Imaginibus, adhuc apertius demonſtrare deliberavi. Ac praecipuum monumentum haberi fas eſt vetus noſtri Ordinis Sigillum, quod in Tabulario Melitenſi adſervatur, referens hinc Agnum, nimbo, atque vexillo crucigero inſignitum, illinc antiquum Stema, deſcripto in orbem lemmate.

SIGILLVM S. JOHANNIS HOSPITALIS IHR. (*Ieruſalem*)



Quamquam Agnus ipſum Servatorem denotet, qui cauſſam humani generis ſuſcepit, & criminibus illius, licet innocens, ſe ſuppoſuit reum (quod etiam a Deilingio poſt Catholicos ſcriptores, ſingulari exercitatione demonſtratum eſt [2]) attamen ſymbolum ejuſmodi mirifice adeo cum dictis, geſtiſque a B. Johanne cohaeret, ut ubi illud contueare, ſtatim Praecurſor ipſe cogitationi in-


1 *Vide pag. 7. nota 3.*
2 *Salomonis Deylingi Obſervationes ſacrae obſervat. xxxv. Chriſtus* Ο ΑΜΝΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ *Lipſiae 1739.*

ni incurrat[1], & ſive loci anguſtia, ſive compendii gratia pro illius imagine adpoſitum intelligas. Quae una conſuetudo Hieroſolymitanis minime inſolens, nudum enim Agnum plurimae noſtrae antiquitates oſtendunt, ſcilicet Nummi M. M. Magiſtri Johannis de Homedes, Crux aurea Stationalis Eccleſiae *Conventualis*, pictura lignei pulpiti ad conciones habendas Viterbii in Templo Sancti Fauſtini juſſu Liſladami extructi. Quis vero non perſpiciat hac Agni affiguratione noſtrorum in Divum Baptiſtam propenſionem declarari? Neque huc eſſe revocanda arbitror, quae eruditiſſime ſcripſit Vettorius *de Agnorum uſu*[2], ſcilicet occaſione Sacrarum Expeditionum, vulgo *Crociate*, hoc typo percuſſos Nummos, qui a Du-Freſnio *Nummi ad Agnum* dicuntur[3], atque etiam hoc inſigni diſtinctos fuiſſe Ordines Militares, a Carolo VI Francorum Rege, & Suevorum Guillelmo Bono, Terrae Sanctae recuperandae in Orientem ablegatos, ut Agno conſpecto, vel de Chriſto, cujus nomen defendendum tuendumque aggrediebantur, vel de poenarum remiſſione, quae illis ampliſſima Indulgentia concedebatur, cogitarent, indeque ad pugnandum majores ſumerent animos. Alio prorſus conſilio Agnum in ſigillis, nummis, picturis Hieroſolymitanos deſcribi feciſſe, omnemque ad S. Johannem retuliſſe cogitationem, res ipſa loquitur. Sed mihi multo graviſſima ſunt ad cauſſae probationem obtinendam, quae ex aliis imaginibus libet colligere. Viris Principibus ſemper conceſſum, privatum domeſticumque Sacrarium habere: in quo nolo exempla ex doctiſſimo Triventino Antiſtite[4], aut ex Gattico[5] lectori obtrudere; ſed hoc ipſum quondam illuſtre privilegium M. MAGISTRIS irrogatum fuiſſe, ex vetuſtiſſimis documentis cognoſcitur. Illorum autem pietas effecit ſane, ut in Sacello ſuo, atque *Oratorio* imaginem S. Baptiſtae haberent, cui ſe, ſalutem Fratrum, concreditumque ſibi Ordinem deducta ex imo pectore ſupplicatione commendarent. Supereſt adhuc Melitae, ſervaturque in ſacra Aedicula Palatii *Magiſtralis* Signum argenteum rudiori artificio, quod in privatae Moderatorum religionis commodum, ejuſdemque Sacrarii ornamentum Rhodi fabrefactum ferunt. Porro ſtatua haec ceteris omnibus aetate potior, vetuſta-

R r teque

1 Confer quae dixi ſuperiori Diſſert. cap. 1.
2 *Saggi dell' Accademia di Cortona tom. 1. Diſſert. 11. Roma 1751.*
3 *Cangius Gloſſar. V. Mouton.*
4 *Ioſephi Catal. Cler. Reg. de Capellis Regis utriuſque Siciliae Romae 1749.*
5 *De Oratoriis Domeſticis Romae 1746.*

teque ipſa ſacerrima mihi viſa eſt, ideoque digna, quae aere inciſa optimorum Equitum oculis objiceretur.



SIGNVM ARGENTEVM | SIGNVM LIGNEVM

Venio nunc ad Signum ligneum, eodem ſchemate delineatum. Sed primo piiſſimae cujuſdam conſuetudinis memoriam placet recordando renovare. Nicephorus Calliſtus lib. II cap. XXXIII. Navim illam Alexandrinam deſcribens, qua Divus Paullus Melita [1] Romam, quum ad Caeſarem appellaſſet, ſubvectus eſt, inquit: ἐκεῖσε δὲ καὶ ἄλλο πλοῖον παρακεχειμακὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ προσῆκον Διοσκούροις ψευδωνύμοις θεοῖς ἀνακείμενον καὶ κείνοις ἐπὶ στήλης ἔχον. τῶν ναυκλήρων γὰρ ἕκαστοι ὥσπερ οἱ καθ' ἡμᾶς εὐσεβείᾳ χρώμενοι. ἁγίοις δὲ τισι τὰς αὐτῶν ναῦς ἀναφέροντες, γράμμασι παρασημαίνονται. *Ibi vero aliud navigium Alexandrinum Caſtoribus Diis falſis, quatuor imagines praeſeferebat, conſecratum hyemabat. Quemadmodum enim Chriſtianam pietatem colentes navium gubernatores naves ſuas Sanctis quibuſdam dedicant, inſcriptioneque teſtantur* [1]. Praeter eam navium dedica-

[1] Editionis Ducaei *Pariſ.* 1630. Nolo nunc in doctiſſimi P. Ignatii Georgii argumenta inquirere, etſi multigena eruditionis copia probare nititur St. Paullum prope Melitam Illyricam (*Meleda*) naufragium feciſſe libro, quem inſcripſit, *Paulus Apoſtolus in Mari, quod nunc Venetus Sinus dicitur Naufragus. Venetiis* 1730. Nam praeterquamquod ab inſtituto noſtro alienum id foret, momenta, quibus ille fretus in hanc novam ſententiam deſcendit, egregie oppugnata, profligataque ab aliis ſunt; & vere nonniſi Melitam Maris Africi Inſulam intelligi debere docuerunt ſcriptores graviſſimi, hos qui obiter de hoc egerunt, Bochartum, Cluverius, Harduinus, Niederſtedius, Abela,

dicationem, nominiſque impoſitionem, imagines Sanctorum ad illarum praeſidium intus, vel foris affigebant. Illuſtre ſane hujus moris exemplum ſuppeditat Theophanes Chronographus, ubi poſt Militum conjurationem adverſus Phocam, Heraclii, Imperatoris nuper ſalutati, narrat ex Africa deceſſum, qui contigit Anno aerae Alexandrinae DCII, ſive Dionyſianae, & vulgaris DCIX. *Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ δ´ ἰνδικτιῶνος ιδ´. ἦλθεν Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων πλοῖα καστελλωμένα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις κιβώτια, καὶ εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, καθὼς καὶ ὁ Πισίδης Γεώργιος λέγει*. *Hoc ipſo Anno, menſe Octobri, die IV., Indictione XIV, Heraclius ex Africa appulit cum navibus turritis, in quarum malis arculae, & Dei matris imagines appenſae, ſicut dicit Georgius Piſides*[1]. Haec eadem ſcribuntur a Paullo Warnefrido initio libri XVIII. de geſtis Langobardorum[2]. Jam vero quod ab aliis Chriſti cultoribus fieri animadverterant Hieroſolymitani, ſuis in navibus praeſtiterunt. Atque puppi Praetoriae, magnaeque Navis, vulgo *Caracca*, quae adeo in noſtris Annalibus celebratur, ligneam ſtatuam Sancti Baptiſtae diligentiſſime exſculptam praefixerunt, ut qui eam proſpectarent, continuo admonerentur, cujus illi praeſidio ſiſi inſtabili licet Oceano ſe crederent, dimicarentque. Cujus quidem ſtatuae, etſi aeris intemperiae, pluviae, ventorumque impetu aliquanto exeſae, vel diſfractae, libuit formam ſpeciemque exhibere, quandoquidem illam, ceu veteris devotionis trophaeum Melitae vidimus adſervari. Foramina adhuc viſuntur, quibus immiſſi clavi ſignum puppi adhaereret. Johannes vero nudipes, barbatus, veſte ru-

R r 2 diori

lo, Parnellus, [illegible] qui controverſiam [illegible] opera [illegible], Ioh. Antonius Ciantar, *Diſſertationes Apologeticae de Paullo in Melitam Siculo-Adriatici Maris Inſulam naufragio ejecto*. Venet. 1738. [illegible] a [illegible] De Dieu *Paullo e Melita Adriatica in Africam* [illegible] Venetiis 1730. [illegible] Johannes Fridericus Wandalinus *de Melita Paulli*. *Hafniae* 1707. Salomon Deylingius *Obſervationum ſacrarum parte* I. [illegible] *Lipſiae* 1717. [illegible] Johannes [illegible] Weichius, in Diſſertatione *De Deo Melitenſium*, Anno 1752. Caeterum [illegible] argumentis novum [illegible]. [illegible] quidem in Codice Illyrico Bibliothecae SS. D. N. BENEDICTI XIV [illegible] Cyrillianis [illegible], [illegible] eſt [illegible] *Teſtamentum Novum Dorothei* [illegible] *Diſcipulis* [illegible] ſcriptum [illegible]. [illegible] Cyrillianis [illegible] Dodus [illegible], ut eſt in [illegible] Codice [illegible] in capite XXVII. *Actuum Apoſtolorum*, ubi Latina [illegible], & Polyglottis [illegible] habent Divum Paullum naufragium ſeciſſe in *Adria*, hic habetur in *alto*. [illegible] Illyricam [illegible] eſt, [illegible] *Adria*, vel [illegible] nomine [illegible] habuiſſe, & pro [illegible] Illyricum [illegible] Illyricorum [illegible], [illegible] Cl. [illegible] argumentum, [illegible] *Adria* [illegible], [illegible] obſcurum, [illegible].

1 *Chronographia ad eum Ann. Pariſiis* 1655.
2 Edit. [illegible].

diori ad cutem indutus, dextera partem haſtae, cui fortaſſe vexillum aptaretur, ſiniſtra librum gerens apparet. quorum explicatio ab his, quae hoc ipſo in libro a nobis dicta ſunt, facile peti poteſt.

CAPVT OCTAVVM.

Nummi Rhodii a M. M. cuſi. Antiquior auctoritate Fr. Deodati Gozoni; cujus typum alii Magiſtri retinuerunt. In his S. Iohannis effigies plerumque comparet. Officina Monetalis Rhod cuſis cur Venetam amuſſim ſit imitata. Aurei Ducati Rhodienſes a quatuor Magnis Magiſtris percuſſi ex Muſeis Nani, & Zanettii proferuntur. Matapanes argenteus M. M de Vrſinis nunc primo publica luce donatur. Aſpri moneta argentea Rhodi propria & peculiaris; quanti valeret. Illius exemplar in Numinophylacio M. Saturniani. Omnes hi denarii effigie S. Baptiſtae notati.

QVOD ſuperiore Diſſertatione ex Nummis duximus argumentum, hic etiam permagni faciendum eſt, ſuſceptamque diſputationem egregie confirmat. Poſtquam Ordo Rhodum, veluti in tutam, tranquillamque ſtationem devenit, omnem rerum publicarum adminiſtrationem, omniaque imperii jura, ideoque & poteſtatem *Monetalem*, vel ex conſueta Orientis Imperatorum conceſſione, vel jure *Autocratiae* fuiſſe illi attributam nemo non novit, *nam penes quem rerum ſumma eſt, penes ipſum & monetae cudendae poteſtas* [1]. Itaque in auro, argento, & aere flando feriundo hoc quoque Patrono ſuo tribuere obſervantiae genus, ut Nummi prima facie ipſius imaginem referrent. Antiquior ex his, quos vidi, pertinet ad M. M. Deodatum Gozzonum, evulgavitque Sebaſtianus Paulius ad Calcem *Codicis Diplomatici* [2]. S Baptiſtam ſtantem

1 [illegible] varia [illegible] Reſpub. adminiſtrandae ratio, ſemper vel ad Magiſtratus, quos populus praeſides deligebat, vel ad Reges [illegible] jure cum [illegible] poteſtatem [illegible] complures manifeſto docent. Quia ego hoc illis [illegible], [illegible] Johannes Chriſtophorus Wagenſeilius De Jure Monetali [illegible]. Altorfi Noricorum 1691. [illegible] de Veteris Numiſmatis potentia, & qualitate. Lipſiae 1701. At quia ab antiquitatum, [illegible] Nummariae deſcriptionibus [illegible], abſtinereque ſtat hoc diſputare, ſatius erit [illegible] repetere ex Ioh. Wolfg. Textorio Jus publicum Caeſareum [illegible] num. 25. lib. 12. n. 159. & Francofurti 1711. Vitriario Inſtitut. Juris pub. cum notis Ioh. Friderici Pfeffingeri lib. III. tit. 2. num. 4. [illegible] num. 30. [illegible] Schweder Introduct. in Jus pub. ſect. 1 part. ſpec. c. [illegible] Tubingae 1722. Renato Choppino de Domanio Franciae lib. II. tit. 7. n. 14. & Francofurti 1701. [illegible] Commentar. ad leg. Reg. cap. [illegible] ſect. 7 Lipſiae 1695. Chriſtophoro [illegible] de Principum Domaniis cap. 11. n. 7 Francofurti 1701. Georgio Henrico [illegible] de Doman. Regni Germanici cap. 11 n. 13 Francofurti 1701. &c.

2 Tom. II. ad Calcem.


tem exhibet, vexillumque tradentem Fratri Deodato clamyde cruce inſignita induto, flexis ante illum utriſque genibus. Verba pone Praecurſorem S. JOANNES B. perpendiculariter ſcripta, ut Nummum ad Venetae Officinae ſimilitudinem cuſum eſſe videas. Hunc ipſum typum retinuere nedum M. Magiſtri, qui Rhodi imperarunt, quorum aureos denarios mox dabimus, ſed Melitenſes Principes in quibuſdam maximi moduli numiſmatibus Fr. Johannes de Valetta, Hadrianus Vignancourtius, Marcus Antonius Zondadarius, Raymundus de Perellos, Antonius Manoel de Vilhena, adverſam tamen nummi partem quiſque pro libito, aut inſigni gentilitio, aut alio emblemate exornavit. Hi quidem ejuſmodi typum identidem renovari voluerant, ut majorum ſuorum exempla ſequerentur, ſed cur illum Rhodienſes Magiſtri delegerint, alia omnino cauſſa fecit. Nimirum quum Venetorum Reſpublica longe ante incertum illud Berengarii privilegium [1], monetam fabricaſſet, quae ob optimam metalli notam, ponderiſque conſtantiam per Orientem maxime univerſum in magnam hominum aeſtimationem venerat, nedum illa libenter ubique ſuſcepta, ſed *Denariorum Veneticorum* forma in propinquis regionibus adoptata eſt. Quare ad Venetos typos percuſſos conſpicimus Nummos Regum Mylliae, ſeu Raſciae, & Caroli Hungariae Regis, quos primus eximio Commentariolo illuſtravit, rei Litterariae, patriaeque ſuae ornamentum, Hieronymus *Zanettius* [2]. Coepit igitur Frater Deodatus partem Venetorum typorum imitari, ſed quia hinc & commercii facilitas, & monetae pretium in dies augebatur, M. Magiſtri publicae utilitati bene conſultum cenſuerunt, ſi Ducati aurei Rhodienſes forent omnino aſſimiles Venetis, quos primus cudit Johannes Dandulus. Res quidem obſervatu digniſſima, & Antiquitatum cultoribus, ut arbitror, perjucunda. quatuor proinde aureos hic ſubjicio, quorum tres, ſcilicet Fr. Petri Abuſſonii, Fr. Emerici Dambuſii, Fr. Philippi Liſſadami ediderat Vir Patricius Bernardus Nani [3], alterum Fr. Fabricii Carrectani ex ejuſdem Zanettii Muſeo nunc primum in lucem extulo.

Adeo

1 [illegible] Venetiarum [illegible] Dell'Origine, e della Antichità della Moneta Veneziana. Venezia 1750. & [illegible] Dell'Origine, e del Commercio della Moneta [illegible] della Zecca di Venezia. All'Haja (Venezia) 1751.

2 *De Nummis Regum Mysiae, ſeu Raſciae ad Veneto Typos percuſſis Commentariolum.* Venetiis 1751.

3 Bernardi Nani Patricii Veneti [illegible] *De duobus Imperatorum* [illegible] *Editio altera* Venetiis 1752.




Adeo autem diligens, & accuratus fuit Officinae Rhodienſis monetarius in Venetis aureis imitandis, ut non niſi ea verba *S* JOHANNES, vel JOHANNIS, & nomina Magiſtrorum e regione deſcripta immutaverit, reliquerit vero imaginem Venetorum Ducis paludamento regio, & corona, vulgo *Cornu Ducali*, de more inſignitį, & in parte poſtica Jeſum Chriſtum corona ſtellarum ſuccintum, cum notiſſima monetae Venetae epigraphe.

SIT . TIBI . CHRISTE . DATVS . QVEM . TV . REGIS . ISTE . DVCATVS.

Quoad Monogramata in Ducatorum areis, Officinae, aut Monetarii nomina facile exiſtimaverim indicare. Aliter omnino factum in Nummis argenteis, quorum typi, ut ita dicam, munici-

pales

pales, nil referunt, praeter ea quae ad Ordinem pertinent, illumque ſe totum in Praecurſoris clientelam contuliſſe oſtendunt. Aperte quidem intelligo ſupervacaneum eſſe Nummos illos D. Baptiſtae effigie ſignatos, quos Paulius edidit, iterum dare, ſed idonea certe utar occaſione, ſi binos nondum hactenus vulgatos oculis objecero.



Primus hic eſt, qui protomen Antecurſoris Domini contuendam exhibeat. Agnum ſiniſtra tenentis, dextera ipſum indigitantis. Inſcriptio extremam oram circumquaque ambit. OSPITALIS. S JOANIS. DRS, quod interpretor *De Rhodis*. In adverſa facie F. Johannes Baptiſta De VRSINIS Magiſter OSPITALIS comparet in genua ſubſidens ante Crucem *Patriarchalem*, porrectiſque manibus deprecans; pone illum ſtemma Urſinae gentis; inferne littera M. qua Nummi valorem, potius, quam aliud ſuſpicor ſignificari, & fortaſſe *Matapanes*. Fuit hic Provinciae Venetiarum Nummus uſitatus multis *parvulis*, aereiſque conſtans denariis, cujus tamen pretium a Saeculo XIII. ad XV. variatum, & ſenſim auctum fuiſſe ex veteribus tabulis, & ſyngraphis egregie demonſtrant Brunatius [1], & Rubeus [2]. Suffragatur conjecturae noſtrae tum metalli pondus, tum Rhodienſis Officinae ſtudium Venetae Monetae imitandae, ut Nummum ejuſmodi, cujus ectypon accepimus a Reginaldo Sellario Canonico Cortonenſi, *Matapanem* appellemus. Habuiſſe etiam Inſulam illam ſuos peculiares Nummos apertius certiuſque cognoſcitur ex libro Franciſci Balducci Pegolotti, cujus excerpta ex MSS. Bibliothecae Richardianae ſuis Ephemeridis Litterariis identidem interſeruit V. Cl. Johannes Lamius. Pegolottus igitur, qui Cyprum uſque adnavigarat, aliaſque Inſulas, & tranſmarinas regiones viderat An. MCCCXXXIV. (ſcilicet XXV. poſt annis ab Ordinis


1 *Joannis Brunatii de Re Nummaria Patavinorum cap. VI. Venetiis 1744.*

2 *Bernardi de Rubeis Ord. Praed. De Nummis Patriarcharum Aquilejenſium Diſſertatio altera cap. VI. Venetiis 1749.*

nis noſtri in Rhodum appulſu) ita ſcribit : *Spendeſi a Rodi un altra Moneta d' argento , che ſi chiama Aſpri , che ſono di lega d' once d' argento fine per libbra , e metteſi l' uno per dan. 16. cioè per car 8. l' uno , ſicchè i tre detti Aſpri ſi contano per un Biſante di Rodi . . Ragionaſi , che vaglia il Fiorino d'oro a Rodi Biſanti 6 , e car. 16. di Rodi di car. 14 di Rodi per un Biſante , e di danari 2 piccioli per un carato*[1] . Quocirca ſi illorum valor conferatur , haec erit proportio ,

Denarii II. val. ————————	Siliquam I.
Siliquae VIII. ————————	Aſprum I.
Aſpri II. ————————	Liliatum I.
Aſpri III. ————————	Byzantum I.
Liliatus I½ ————————	Byzantum I.
Byzanti VI. ⅔ ————————	Florenum, ſive Duc. Aur. I.

Igitur ductis diligenter rationibus *Aſprum* videtur fuiſſe minimam Monetam argenteam , quae Rhodi expendebatur . Ad hujus ſimilitudinem cuſus eſt a Fr Petro Abuſſonio Mag. Hoſpitalis Nummus , quem tamen D. Baptiſtae imaginem notari voluit , quemque nunc primo ex Muſeo Savorniano producam .



Longe tamen diſſimile apud Rhodios hujus monetae etymon , ac apud Romanos fuerat . Hi quidem *Nummos aſperos* , & per ſynaereſin *aſpros* dixere recens cuſos , nec uſu levigatos , & attritos . Scitum illud Suetonii in Nerone : *aurum obryzum , & nummum aſperum ingenti faſtidio exegit* . A Graecis potius mos diſſuxit , qui ſequiore Imperio *ἄσπρον* appellarunt Nummum minutiorem argenteum , deducto nomine ex metalli colore ; nam *ἄσπρος* & *ἀσπρίζειν* , penes illos idem eſt ac *albus* & *dealbare* , ut a Meurſio , Cangio , aliiſque Gloſſographis demonſtratur . Atque huic Monetae eamdem inhaeſiſſe denominationem poſtquam Imperium Turcae

1 *Novelle Letterarie &c. An. 1754. num. 43.*

cae ceperant, colligimus ex Pandecte Turcico Leunclavii [1], atque ex Vincentio Bellovacenſi, qui ait: *Cham ſuum habet tributum ad minus XV. Drachmas ſeu Aſperos* [2].

Jam vero haec omnia in rem noſtram convertamus, & ad id redeat oratio, de quo dicere inſtituerat. Licet ergo Rhodienſes Magiſtri monetae formam, & valorem regionis conſuetudini, populique commercio accommodarent, id ſemper caverunt, ut Inſulae, Ordiniſque Patronum typo expreſſum praeſeferret, quo illuſtrius, vividiuſque eorum devotio pateret; & dum populares ad illum colendum nummis etiam inſpectis excitarentur, advenarum, peregrinorumque animis haec defigeretur opinio, omnes Hoſpitalis, Militiaeque fortunas in S. Johannis tutela eſſe conſtitutas [3].

CAPVT NONVM.

Hiſtoria exportationis DEXTERAE *S. Iohannis Baptiſtae Byzantio Rhodum paucis attexitur, atque aſſeritur. Quanti faciendum Guillelmi Caourſini teſtimonium, qui illam litteris prodidit. M. M. Abuſſonius poſtquam Sacram Manum a legato Bayazetis accepit, novo ac permagnifico tabernaculo concludi curat. Illius forma, & inſcriptio. Cur capta a Mahumete II. C Opoli, barbari milites illam non diſſiparint. Exempla, quibus res probabilior evadit.*

SI quid umquam fuit, de quo Equites nobiliſſimi ſibi plurimum plaudere, & magnificentiſſime gloriari poſſe putarint, illud ſane exſtitit, quod ſingulari, ac praeſtanti Dei beneficio Sanctiſſimi Praecurſoris DEXTERAM nacti, & adepti fuerint. Hanc velut

1 *Ad calcem Annalium Turcicorum* c. xviii. *Francofurti* 1596.

2 *Bibliothecae Mundi lib.* xxx. *cap.* lxxv. *Duaci* 1629.

3 Faventiae penes V. Cl. quidam exſtat Codex formae, ut ajunt, *in quarto piccolo*, quem nullo dubio calamo exaraſſe religioſiſſimum ac celebrem Fr. Sabbam Caſtiliomeum domus illius Praeceptorem, ſuiſque veluti adverſariis, quibus notatu digna homo diligentiſſimus conſignabat. Continet Rom. Pont. Bullas ad Ordinem S. Johannis ſpectantes, vel illarum excerpta. Deinde ſequitur ſumma *redditionum omnium Prioratuum, & Praeceptoriarum totius Ordinis S. Jo. Hieroſ. ſecundum exiſtimationem auctoritate Capitulari Generalis ultimate factam, & per Sedem Apoſtolicam confirmatam, videlicet in Regno Franciae, & Alamannia tota per F. Jo. de Cardona Bajulivum Majoricae, in Hiſpania a F. Johanne Dellande Bajulivo Manuaſſe, in Italia a F. Ludovico de Siſteris, & in Anglia a Vener. Fr. De Urſinis Priore Urbis.* Tum accedit deſcriptio *redituum Theſauri in Oriente*, velut *Gabella Vini Civitatis Rhodi Eyrrni &c. Ex Praeceptoria Cipri Fiorin &c.* Ex quo liquet, Florenum, ſeu Ducatum aureum fuiſſe Rhodi, ut nos ipſi putavimus, Monetam principem, ad quam Nummi olanciores in ſupputatione referebantur.

hic donum coelitus oblatum merito arbitrantes, tanti ſemper fecerunt, ut in illius numine ſpem maximam poſuerint, omnique ſtatuerint religione eſſe colendam. A principio quemadmodum res geſta ſit, paucis exponam. Quum inter duos Mahumetis II. ſuperſtites filios Bayazetem, & Tzizimum de Imperii ſucceſſione graviſſima contentio oborta eſſet, totumque Turcarum regnum ob varias multiplicesque factiones bello immiti, & truculento arderet, vicit tandem Bayazetes primo loco, etſi Patre nondum adhuc Imperium adepto, natus. Tum infortunatus frater, animo nimis obſtinato, nec ad ullam pactionem deſcendens, fugam meditari coactus eſt: qui quum ſe non ſatis tutum apud barbaras gentes cenſeret, Rhodum tamquam in aſylum confugere deliberavit. Honorificentiſſime illum excepit M. M. Petrus Abuſſonius, & apparatu regali nomine digno liberaliſſime tractavit. Interea Bayazetes veritus multo majora Imperio ſuo a Fratre Tzizimo, Rhodiis auxiliantibus, detrimenta parari, atque inferri poſſe, de pace cum noſtris cogitare coepit. Abuſſonius ſatis cautus providuſque, optime diſpiciens nihil ſibi, nihil Ordini, nihil Chriſtianae Reipb. profuturum, ſi tunc bellum intentaret, inducias paciſci minime renuit [t]. Quod tamen Magno Turcarum Imperatori, fratris inſidias adhuc pertimeſcenti, ita gratum accidit, ut illum ipſum Rhodi Principem, qui patrem ſuum Mahumetem adeo ſtrenue debellarat, ſplendide munerandum, doniſque demulcendum apud ſe ipſum decreverit. Maximam itaque Imperii gazam perſcrutatus, a nonnullis Chriſtianae Religionis transfugis audivit, nil carius acceptiuſque fore futurum Ordini univerſo, quam ſi mitteret DEXTERAM Manum S. Johannis, quae illuc inter illuſtres opes, & Sacrarum Aedium ornamenta in Urbis direptione inlata fuerat. Suorum conſilio obtemperans, cypreſſinam capſulam parari jubet, ſerico villoſo intus conveſtitam, ſculpturis, gemmiſque deforis ornatam, eique MANUM concludi: litteras perhonorificas Abuſſonio ſcribit, delectoque aulae Byzantinae viro primario Cariaty-Bey, qui in magna apud illum gratia erat, munus, epiſtolamque Rhodum deferendam tradit. Quanta Rhodi fuerit in auſpicatiſſimo, jucundiſſi-


t Pactiones inter M. M. Abuſſonium, & Bayazetem, intervenientibus Fr. Guilhelmo de Monte Arnal, & Fr. Leonardo Prato, Graece deſcriptae, in Codice Manuſcripto adhuc Melitae aſſervantur. Tributum vero ſingulis annis a Bayazete Rhodiis ſolvendum, fuit Venetorum Ducatorum quadraginta millia.

diſſimoque Sacrae MANVS adventu publica gratulatio, verbis exaequare me poſſe diffiteor, quandoquidem hoc uno dono ſolatium, delicias, praeſidium, columenque ſuum accepiſſe omnes merito rebantur. Notiora ſane ſunt haec, quam ut poſtulent accitis teſtibus confirmari. Aut quorſum hic ego ea repeterem, quae toties in noſtrorum Annalium monumentis ac litteris conſignata ſunt? Equidem ab uno Guilhelmo Caourſino Ordinis Pro-Cancellario, qui doni cauſſas, Bayazetis epiſtolam, ſacram illam pompam, DEXTERAEQVE poſſeſſionem poſterorum memoriae tranſmiſit, omnis narratio petita eſt, ceterique ſcriptores in unius Caourſini fidem hiſtoriam omnem rejiciunt. Sed quanti faciendum ſit illius teſtimonium, & quam fidem, auctoritatemque omnis res habeat, quaeſo, perpendatur. Fuit ille Rhodi totius eventus teſtis oculatus, ſpectator vivus & praeſens; homo ne dum in judicandis rebus ingenio peracri, ſed probitatis, ingenuitatiſque commendatione praeclarus & cognitus; homo ſacris, profaniſque eruditus diſciplinis, accuratus veri inquiſitor, nec ulla gratia ſubornandus, qui tempus, diligentiam, animadverſionem omnem hac in re adhibuit, omneſque obtrectatorum accuſationes, dubitationeſque in ſuo Commentario *de Tranſlatione Dexterae S. Iohannis* [1] ante occupavit atque praevertit. Jam illud ſecum reputet Lector, receptum apud omnes bene inſtitutos homines eſſe, nullam certiorem hiſtoriae probationem haberi poſſe prae ea, quae teſtis oculati auctoritate nititur, ut ſi vir probus is ſit, ſi perſpicax rerum cenſor, ſi candidus, & integer, imprudenter, arroganterque faciat quiſquis illi fidem abrogat in his, quae ſe vidiſſe affirmat [2].

Abuſſonius igitur poſtquam tanto pignore ditatum, auctumque vidit ſe, tabernaculum ex auro ſolido fabrefieri, gemmis, ac cujuſvis pretii margaritis decorari, Sanctamque Manum intro occludi curavit in eum omnino modum, quo etiam num viſitur, atque in adjecto ſchemate proponitur.

1 *Vna cum opuſculo De Obſidione Rhodi, & rebus Zizimi. Vlmae 1496.*

2 *V. Melchiorem Canum de Locis Theologicis lib. 11. cap. 4.*



MELITAE. IN ECCL. S. IOH.

Totius Tabernaculi fulcimentum late porrigitur, & in areas quatuor diſcerpitur: in lateralibus ſevera illa S. Baptiſtae ad Herodem objurgatio, atque crudeliſſima illius detruncatio figuris viriculo expreſſis exhibentur: in poſtica ſtemma gentilitium Abuſſonii conſpicitur [1]; in antica vero ad memoriae perpetuitatem inſcriptum legitur.

HANC

[1] Inter Capitulorum Generalium ſanctiones An. 1631. de. 11. num. 1. praeſcribitur, *ut Reliquias digno honore, & reverentia cuſtodiantur ..... ut liceat Prioribus, & Bajulivis Reliquiaria aurea, vel argentea ad minus ad formam ſolitam, quam pro munere Eccleſiae dare tenentur, facienda curare .... concedendo ob hujuſmodi operis pii memoriam, ut poſſint eorum Reliquiarum vaſis eorum nomen, & inſignia inſculpere.*

HANC DEXTERAM S. IOHANNIS BAPTISTAE
RELIGIONIS RHODIORVM PROTECTORIS
QVA REDEMPTOREM HVMANI GENERIS OSTENDIT
ET BAPTIZAVIT
EX CONSTANTINOPOLI TVRCARVM TYRANNVS BAGIASIT
RHODVM MISIT VNA CVM PACTO TRIBVTO ANNVO
COACTVS INDVSTRIA
RMI CARD. ET MAGNI MAGISTRI FRIS PETRI D AVBVSSON
QVI EAMDEM A SANCTA SEDE APOSTOLICA APPROBATAM
HIS GEMMIS ET AVRO OBRIZO ORNAVIT
ANNO SALVTIS MCCCCLXXXIIII.

Erunt fortaſſe homines, quibus hic ea ſtatim injiciatur dubitatio, alienum penitus a Barbarorum ingenio videri, iniquos illos Byzantii depopulatores huic RELIQVIAE pepercIſſe, & nedum illam per ſpretum non proculcaſſe, ſed Imperatoris Gazae adjunxiſſe. Verum multa ſunt, quae hunc illis eximant ſcrupulum, dubitationemque excludant. Ac primo, quid eſt, quod Turcae non praeſtent commodi, & quaeſtus gratia? Quum vidiſſent Lipſana quaeque a Chriſticolis, quovis pretio redimi, & his adipiſcendis peregrinationes ſuſcipi, preces adhiberi, pecuniam profundi, exquiſitam opportunitatem ſibi oblatam credidere, qua avaritiae ſuae conſulerent, ſi Sacra Pignora ſervarent, unde ad ea emenda, atque ex illorum manibus ſubducenda Chriſtiani allicerentur. Vetque illa diſcerpere, comminuere, projicere Mahumetanis pro ſuo in Sacra quaeque odio placuiſſet, niſi auri dira fames, qua aeſtuat natio, & ſpes mercaturae in proclivius conſilium adduxiſſet. Nonne plenae ſunt exemplorum Hiſtoriae, quibus edocemur Italos, Francigenas, Angloſque quondam grandem pecuniam Turcis propoſuiſſe, ut *Inſtrumenta*, quibus Chriſtus crudeliſſimo cruciatu vexatus, verberatus, necatuſque eſt, ſibi vindicarent? Nonne etiam num videmus *Loca Sancta*, in quibus Chriſtus pacificator publicam miſerorum cauſſam ſuſcepit, perditumque humanum genus morte ſua erexit, & *Sepulcrum* illius Turcarum permiſſu, & in ipſo Turcici Imperii ſinu religioſiſſime coli, ut ex Chriſtianorum pietate plurimum lucrifaciant, & ad tributa ſolvenda

venda illos adigant? Nil itaque mirum eſſe debet, Mahumetem ejuſque milites patriae indulgentes avaritiae, DEXTERAM S. Baptiſtae adſervari voluiſſe, facile quippe intelligebant, Chriſtianos magno cum illorum lucro aliquando eam fore redempturos. Eſt etiam illud animadvertendum Mahumetanos nonnumquam SANCTIS, quorum illuſtrius apud nos nomen eſſe ſciebant, cultum neſcio quemdam exhibuiſſe, atque ab illis, ſi morbo occuparentur, opem efflagitaſſe, & ne ab inſtituto deflectat oratio, de S. Baptiſta id accidiſſe, Marini Sanuti teſtimonio evincam; illius nimirum ſcriptoris, qui ad opus fideliter contexendum, cui nomen fecit: *Secreta fidelium Crucis ſuper Terrae Sanctae recuperatione, & conſervatione*, quinquies ultra mare transfretavit, quemadmodum Salluſtium, ajunt, ut Jugurthinum bellum certius deſcriberet, in ipſam Numidiam penetraſſe. Is itaque ſic narrat: *Babylone in Monaſterio conſtructo ad honorem* BEATI JOHANNIS BAPTISTAE, *eſt ſcrinium cum Reliquiis ejus, & locus ille in feſto ipſius tam a Chriſtianis, quam a Saracenis plurimum viſitatur* [1]. Adde huc, quod a Teophylacto Simocalta ſcribitur: Turcas licet infenſiſſimos noſtrarum rerum hoſtes, Chriſtianorum hortatu, in graviſſima, qua premebantur fame, *ſignum Crucis* ſuis frontibus ſculpſiſſe, quod ſibi etiam opem affuturam ſperarent, quam Chriſtianis e coelo oblatam audiebant [2]. Hoc igitur fixum, ratumque maneat haud diſſonum Barbarorum moribus eſſe, quod nedum lucri, ſed valetudinis, praeſidiique etiam ſpe, Divi Baptiſtae Lipſana apud ſe retinuerint.

CAPVT

1 *Lib.* III. *part.* XIV. *cap.* XIV. *inter Geſta Dei per Francos*; qui etiam prodigium illud narrat de Capſula per Nilum ſponte ſua contra fluminis impetum devecta, quod recolimus Diſſert. II. cap. II. pag. 65.

2 *Hiſtoriar.* lib. V. cap. XIV. *Pariſiis* 1647.

CAPVT DECIMVM.

Quae pro Reliquiis internoſcendis a Majoribus praeſcripta ſunt, Equites Rhodios diligenter, accurateque obſervaſſe, antequam DEXTERA *populo colenda proponeretur. Eccleſiae Byzantinae de translatione ejuſdem conſtans* traditio. *Theodori Daphnopatae Πρωτοασηκρήτου Oratio de hoc argumento ex MSS. Vaticano* BENEDICTI XIV *de cultu Reliquiarum aptiſſima ſententia. Fruſtulum calvariae S. Praecurſoris a M.M. Dambuſio comparatum, ejuſque Thecae deſcriptio. Particula altera Rhodum tranſmiſſa.*

HACTENVS ea diximus, quae ad refutandas accuſationes, ſuſpicionemque ammovendam pertinebant; age nunc argumentis confirmemus, Equites Rhodios conſiderate, cogitateque omnia praeſtitiſſe, quae a viris prudentibus effici par eſt, antequam Sacra Lipſana venerationi proponantur. Numquid oblatam a Bayazetis Legato MANVM praecipiti, & temerario conſilio abrepti pro vera maturiſſime habuerunt? Numquid pietati ſuae plus aequo blandientes, rem aeſtimare, momentoque ſuo ponderare neglexerunt? Imo vero tempus, & conſultationem ad deliberandum adhibuerunt. Porro de S. Martino Turonenſi memoriae prodidit Sulpicius Severus, quod quum accepiſſet locum eſſe in ſua Dioeceſi, ubi populus Martyres conſepultos putabat, *Martinus non temere adhibens incertis fidem, ab his, qui majores natu erant Presbyteris, vel Clericis flagitabat ſibi nomen Martyris, vel tempora paſſionis oſtendi*[1] Seniorum teſtimonium permagni etiam fecit S. Ambroſius in inventione SS. Gervaſii, & Protaſii, *nunc Senes repetunt audiſſe ſe*[2]. Hac ipſa accuratione, diligentique trutina Equites Rhodii, ut Caourſinus ſcribit, Dexteram illam examinarunt. Inter Ordinis Fratres, juſti, verique tenaces delegerunt, alios virtute, doctrinaque conſpicuos, alios dignitate, meritiſque illuſtres, alios Sacerdotii honore auctos, qui quanta poſſent diligentia, de Reliquiae veritate certiores fieri curarent. Hi itaque qua per epiſtolas homines, quos adhuc Byzantii eſſe, ſacriſque ante Vrbem captam interfuiſſe noverant, clam compellarunt: qua inquirere, & percontari inſtituerunt, omnibuſque judiciorum forma-

1 *Vita S. Martini cap. viii. edit. Giſſelini Antuerpiae 1574.* 2 *Oper. Benedictin. edit. tom. II. epiſt. xxii.*

formulis interrogare, quotquot de illa quidpiam ſcire poſſe ſuſpicabantur: Eccleſiae Byzantinae documenta pervolutarunt: quae a majoribus tranſmiſſa eſſent, aequa lance penſitarunt, ut quicquid ad cauſſae cognitionem opportunum videretur, non fuerit ab illis praetermiſſum. Annon haec ſunt, quibus illud Eccleſiae grande columen Carolus Borromaeus in Reliquiarum recognitione primo, & tertio Provinciali Concilio obſervanda conſtituit? *Teſtes praeterea conquirantur, qui teſtimonium dent antiquae, conſtantiſque traditionis* [1]. Aut igitur nihil certi cognoſci, nihil percipi, nihil umquam ſciri ab homine poſſe dicendum eſt, aut ſi rem diu, multumque perpendenti, ac ſummo ſtudio, & ſingulari diligentia introſpicienti de veritate invenienda non eſt deſperandum, certe videtur Rhodios praecaviſſe ne popularis error, vel Turcarum aſtutia illos circumveniret. Proindeque niſi omnis tollatur in rebus humanis ſenſus, rationis, intelligentiae uſus, neceſſario fatendum erit, MANVM S. Baptiſtae inter ſincera Lipſana prudenter, & explorata cum cauſſa a noſtris haberi.

Quo autem libentius aſſentirentur faciebat conſtans ipſa de hujuſce DEXTERAE Antiochia COpolim deportatae opinio, atque traditio. Quiſnam Sebaſte Antiochiam detulerit [2], nihil mea intereſt inquirere; nam ad *Reliquiam* rite, & cum auctoritate ſartam tectam tuendam, ſufficit poſterioris tranſlationis demonſtratio. Sed quid quaeſo tam ſollemne, tamque Graecis certum & exploratum? In Anthologio [3], in Synaxario [4], in Menaeis [5] ad diem VII. Januarii conſtantiſſime legitur: *ἡ σύναξις τοῦ ἁγίου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου. συνέδραμε δὲ καὶ τῆς παντίμου καὶ ἁγίας αὐτοῦ χειρὸς πρὸς τὴν Βασιλεύουσαν μετάθεξις. Synaxis Sancti Prophetae, Praecurſoris, & Baptiſtae Iohannis* [6]. *Concurrit autem & honorabilis, ſanctaeque ejus Manus in Regiam* (Conſtantinopolim) *Vrbem tranſlatio*. Si ergo ad fidem faciendam plurimi habentur Tabulae Eccleſiaſticae [7], haec concors, mireque conſpirans in Graecorum *Officiis*, ac Kalendariis enunciatio, Rhodiis merito perſuadebat MANVM a Bayazete tranſmiſſam, illam ipſam fuiſſe, quae olim Byzantii a Chriſtianis colo-

1 *Acta Eccleſiae Mediolanen. tom. 1. part. 1. Mediolani* 1599.

2 [illegible] *Vide* [illegible] *Obſervationes ſive Diplom.* [illegible] *ad p.* 156.

3 *Venetiis* 1621.

4 *Ibi* 1657.

5 *Ibi* 1603.

6 *De Feſto Synaxeos dicimus Diſſ.* [illegible] *cap.* [illegible]

7 *Confer* [illegible] *de iis Reliquiarum.*

colebatur. Accedebat Theodori Daphnopatae auctoritas, cujus Orationem *in Sacrae Manus tranſportatione* Caourſinus Graecis litteris apprime inſtructus expenderat. Quo in loco id primo permihi eſt mirum, eſſe aliquos, qui hunc Scriptorem vel extitiſſe dubitent, vel illum a Bibliographis haud commemorari affirment [1]. Daphnopatam pleniſſimis verbis laudant Allatius *de Simeonibus* [2], Lambecius *in Bibliotheca Vindobonenſi* [3], Caveus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* [4], Fabricius *in Bibliotheca Graeca* [5], qui ad unum omnes illum Saeculo x. dignitate, bonarum artium, Theologiaeque ſtudiis floruiſſe plane noverant, eidemque tamquam genuinum, ac ſincerum opus hanc Orationem adjudicant. Extat Graecum illius exemplar in pluteis Vaticanae Bibliothecae, membrana eodem Saeculo deſcriptum (*Cod. Graec. Vatic.* 823. *pag.* 204.) hoc titulo: **λόγος ἤτοι ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τῆς τιμίας χειρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου τὴν ἐξ Ἀντιοχείας γενομένην.** *Oratio, ſive Encomium in tranſlatione venerandae Manus S. Iohannis Praecurſoris facta ex Antiochia.* In Codice Vindobonenſi nomen illuſtris auctoris praefigitur **Θεοδώρου Πρωτοασηκρήτου καὶ Πατρικίου τοῦ Δαφνοπάτου.** *Theodori Primi a ſecretis, & Patricii Daphnopatae.* Orationem vero ſic ille orſus eſt. *ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε Πρόδρομος τῶν αὐτοῦ χαρίτων ἀναδιδοὺς ἀφθόνως τὰ νάματα.* *Ecce rurſum ad nos venit ſacer Chriſti Praecurſor, gratiarum ſuarum fluenta copioſe emittens &c.* Is igitur poſtquam ex antiquorum fide narravit Imp. Juſtinianum, qui DEXTERAM hanc *Miraculorum effectricem* pro conſecratione Templi S. Johannis in Hebdomo [6] Antiochia devehi impetrarat, eam rurſus (quod fuerat pollicitus) illuc remiſiſſe, accedit ad ea, quae ſua aetate contigerant, aitque quemdam Diaconum Antiochenum fuiſſe, qui quoniam apud ſe

T t ipſum

1 Auctor Diſſertationis *ſull' identità, eſiſtenza, moltiplicità, culto &c. della Mano Deſtra di S. Gio. Battiſta Roma* 1758. cap. 1. prope finem ſcribit: *ma perchè io nè appo Allazio, nè in alcuna edizione del Lipomanno o potuto trovare il nome di queſto autore; anzi perchè fra quanti trattano dei Scrittori Eccleſiaſtici neſſuno fa di lui menzione &c. . . . Reſta intanto forſe il nome di queſto Teodoro, finchè qualcheduno vedendo il teſto Greco originale non attenuato dai PP. Bollandiſti, nè da me potuto trovare &c.* — Inveniſſet ſane, ſi Vaticanos, aut Vindobonenſes adiiſſet Catalogos, & Theodorum multa cum laude nominari comperiſſet, ſi quos hic recenſemus ſcriptores diligentius evolviſſet.

2 *De Simeonum ſcriptis pag.* 90. *Pariſ.* 1664.

3 *Lib.* IV. *Cod. Graec.* [illegible] *Vindobonae* 1671.

4 *De Scriptoribus Eccleſiaſticis ad An.* 950. *Genevae* 1693.

5 *Tom.* IX. *pag.* 201. *Hamburgi* 1719.

6 Vide quae dixi *Diſſert.* I. cap. VI. [illegible] Notum in rebus Eccleſiaſticis [illegible] parum peregrinis, quod probe non teneat morem illum a [illegible] Lipſana accerſendi pro Templorum dedicatione, [illegible] eorum poſſeſſoribus reſtituendi; ex quo ſaepe magna ſollicitudo [illegible] orta eſt.

ipſum conſiderabat, minime decere ſacrum Pignus apud Barbaros regionum illarum jam potitos diutius remanere, coeleſti ductu ſubripuiſſe, ac Imp. Conſtantino Leonis Sapientis filio, cui tunc Romanus collega datus fuerat, attuliſſe. Tum Βασιλεὺς ὁ φιλοχριστότατος ὡς οὐράνιον τι καὶ ἀκήρατον δῶρον ὑποδεξάμενος, *Imperator Chriſti amantiſſimus velut coeleſte, & immortale donum ſuſcipiens*, a Patriarcha, ac Cleri, Senatuſque primoribus publica pompa MANVM excipi, in Regiam Vrbem deferri mandat, & ἐν μέσῳ τῶν βασιλείων ναῶν ἀποτίθησι, *in medio Templorum Imperialium reponit*, ſcilicet, ut ego interpretor [1], in Aede S. Sophiae. Jam vero noſtri Ordinis Proceres, quibus cum Caoarſinus haec omnia communicaverat, & Orationem a Daphnopata anno poſt *Tranſlationem* primo DCCCCLVII in illa ipſa Baſilica habitam fuiſſe retulerat, facile videbant novam hinc probationem accedere, qua ad credendum impellerentur, dolum in hoc Bayazetis dono abeſſe. Propterea quum optimi Equites nec *uſtionis examine*, nec alio experimento periclitandam, Reliquiamque hanc comprobandam eſſe provide vellent [2]; quid aliud quaeſo praeſtare poterant, rei dignoſcendae cauſſa? Satis idcirco gravi adeo negotio ab illis conſultum fuit, ut omnis ſuſpicio de medio ſublata crederetur. Interim illud mente reputemus, quod ex probatiſſimis ſcriptoribus a SS PP BENEDICTO XIV. cautum, ſanctumque eſt, errorem non eſſe praeſumendum in his Reliquiis, quae illuſtrium virorum teſtimonio, conſtanti quadam fama, & Epiſcoporum adprobatione nituntur [3]; quumque notae hujuſmodi plurimum nobis ſuffragentur, ſequitur, ut DEXTERAM S. JOHANNIS BAPTISTAE, Melitae nunc adſervatam [4], pro vera & germana habeamus. Quod erat demonſtrandum.

Jam

1 Auguſtiſſimam, pulcherrimamque S. Sophiae Baſilicam alia circumſtabant Templa ab Imperatoribus fabricata, Irenes, Theodoſianum, Juſtinianeum &c. Conſule Ducangium ad *Paulum Silentiarium Pariſiis* 1670. Medius itaque locus videtur Baſilica ipſa.

2 De Reliquiarum probatione, & experimentis conſule SS. PP. BENEDICTVM XIV. *de Canonizat. Sanct.* lib. IV. cap. XXIV. edit. Patavinae

3 In citati operis lib. [illegible] cap. XXIV.

4 Paulum hanc ſuperius indicatam conjecturam fuiſſe aliquam mihi poſſe putabam ex S. Johannis Chryſoſtomi oratione, quam edidit Combefiſius *Biblioth. Concionator.* tom. VI. Si illam Archiepiſcopum habitam certiſſime conjiceres, nam quum Vrbem Reliquiis S. Baptiſtae ornavit ac [illegible] dixerit, & Chriſti Praecurſorem novo quaſi Baptiſmate populum abluere, quis non videt ſermonem Johannis hanc commodiſſime explicari? Neque mihi obſcurum eſt in Oppido ad Lacum Volſinienſem, quod *Martha* appellatur, copiam Reliquiarum extare, qua S. Johannis *Brachium* contineri creditur, communique ſermone illic perhiberi, Amalaſuntham Reginam Gothorum (quam Theodatus, ut ſcribit Procopius *de Bello Goth.*

Jam illud conſiderandum, noſtrorum cultum in S. Praecurſorem tempus haud extenuaſſe, nec obſequentiſſimum amorem, quod ſaepe contingere videmus, aetate ipſa delebuiſſe; quin imo utrumque in dies auctum, & amplificatum. Hinc de aliis tutoris ſui Reliquiis comparandis mirum in noſtris ſemper enituit ſtudium. M. M. Dambuſius quum adhuc Majori Galliarum Prioratui praeeſſet, particulam calvariae S. Johannis, ob eam, qua apud ſuos erat, exiſtimationem, ab Ambienſi Epiſcopo impetravit, eamque patellae aureae gemmis diſtinctae incluſit. Et quo apertius ſpectantium oculis proponeretur, unde ſacrum illud cimelium advectum eſſet, Thecam ipſam ad formam Ambianenſis, qua Sacrum Baptiſtae caput adſervari traditur, faberrime conſtrui, & encauſto pingi voluit, in qua ſingularum partium certiſſimam menſuram, & proportionem exacte cuſtoditam, fatebitur quiquis hujus noſtrae, quam ſubjicimus, iconem cum Ambianenſis ſchemate a Cangio edito contulerit. Praeter gentilitium Dambuſii ſtema, haec verba appicta.

HAEC CAPITIS EFFIGIES AD DIVI JHOANNIS BAPTISTAE CAPITIS SIMILITVDINEM IN SACRA AEDE AMBIENSI REQVIESCENTIS DEPICTA EST. QVAM QVIDEM FRANCIAE IN CHRISTO REVERENDVS PRIOR MERICVS DE AMBOISE DEPINGERE CVRAVIT. ANNO DOMINI MILLESIMO QVINGENTESIMO PRIMO.

Denique particula alia concluſa viſitur capite ex opere albario ad vivum efficto aureo diſco impoſito, & corona gemmata revincto: circum Reliquiam aurea ſe praebet lamina, haec adnotans: CAPITIS S. JOHANNIS BAPTISTAE. Equidem inſignes Divorum imagines obſequentis, gratique animi cauſſa CORONA donare, ſertiſque redimire hac noſtra aetate piiſſime ſolemus. Quod unum obſervantiae cultuſque genus etſi ab Ethnicis Deorum ſimulacris praeſtitum ſit, ut vix ullum incoronatum fuerit; quia tamen

 hono-

Goth. lib. 1., in breviſſima ejuſdem Lacus inſula, carceri mancipatam ſervari juſſit) hoc pignus ſecum attuliſſe, & Martham tamquam in honeſtiorem ſedem tandem fuiſſe translatam. Etſi minime recens ſit inſcriptio Thecae, *Sancti Johannis Baptiſtae Brachium*; illa tamen adeo poſt Amalaſunthae exilium, atque obitum exarata, ut nonniſi characterum Saeculi XIV. notam praeſeferat. Quare hujus Reliquiae antiquitatem, & infelicis Reginae donationem, de qua nullum praeter vulgi opinionem documentum indicari poſſe exiſtimo, Marthanis probandam libenter permitto.

honores. quos inclitis hominibus deſtinamus. ad ipſos Coelites recte traduci poſſunt , ac Deus ipſe gloria , & honore Sanctos ſuos ſe coronaturum dixit , ita in hac Coronae impoſitione nihil ſubeſt vitii , nihilque ſuperſtitionis . In quo etiam majorum nos urgere veſtigia , dum haec gerimus , paullo ante prolata exempla teſtantur Iconographiam exhibemus utriuſque Hierothecae , quae in *Oratorio* S. Johannis Octodialibus feriis , quibus Detruncatio celebratur , populo ſpectanda veteri ritu proponitur .



Littera A in primo diſco locum Reliquiae indicat ,

DIS-

DISSERTATIO OCTAVA

DE RITIBVS NON SACRIS, QVI IN FESTO S. JOHANNIS APVD CHRISTIANOS OBTINVERVNT.

CAPVT PRIMVM.

Publicae gratulationis indicia in Natali S. Iohannis a Wilckio contra-fas ſuperſtitione notari. Ignes & rogi eo die ſuccenſi ab Hoſpiniano, & Lazio cum feſtis Paliliorum iniquiſſime comparati. Nihil eorum opinioni Theodoretum, & Glycam facere, ex ipſo Caſaubono evincitur. Canon Synodi Trullanae adverſus eos, qui ex ejuſmodi pyris auguria capiebant. Factum id Byzantii in pervigilio S. Iohannis tradit Balſamon. Morem ut excuſet Zonaras. Germana hujus ritus origo, & quibus nixa principiis.

QVERELAE iniquiſſimae plenum volumen haud injuria dicam Wilckii librum, qui inſcribitur Ἑορτογραφίας, ſeu *Feſta Chriſtianorum*, in quo auctor de Beati Praecurſoris Natali die ſic effatur. *Erat olim, & nunc eſt non paucis feſti hujus ſuperſtitioſa magis, quam religioſa ſollemnitas, ut pote quae βαλλισμοῖς, φωτὶ, καὶ στεφανώμασι tripudiis, luminibus, coronamentis celebratur* [a]. Meatum igitur partium eſſe intelligo de hujuſmodi Ritibus ſermonem inſtituere, diligentiuſque inquirere, ut ne dum illorum origo ſincere, publiceque prodatur, verum manifeſto pateat, quinam ſint indifferentes, & adiaphori, ideoque ſibi permitti vulgus impune poſtulet, contra vero quos leves eſſe, vanos, deridiculos nos ipſi fateamur, proindeque nec noſtram effugiant vituperationem. Ita fiet, ut hi qui noſtra quaeque ſemper inimice inſectantur, expertes culpae, immerenteſque accuſare deſinant: Catholici autem intelligant, nullum ſtudii, & officii genus, nullum ſplendoris, & gloriae indicium in feſtis Divi Baptiſtae fuiſſe praetermiſſum. Exordiar autem a Ritu, qui remotiſſimis a noſtra memoria temporibus eſt inſtitutus, ceteriſque latius diffuſus, ac propagatus videtur, ſcilicet de IGNE FESTO, qui in pervigilio S. Johannis accendi ſolet, & cum populari laetitia conjungi, mihi primo erit oratio: quamquam enim Reiſchius, & Zeumerus, ut pag. 4. indicavimus, ſin-

a Andreas Wilckii &c. part. 1. pag. 146. Lipſiae 1670.

ſingulares ea re commentationes typis protulerint; quum multa, tamen ſilentio obvolverint, plura perverſe, ne dicam impudenter explicarint, omnia denique leviter, inconſiderate, negligenterque tractaverint, apertus mihi adhuc ad laudem eſt curſus, in quo libere dicendo vagari liceat, totamque controverſiam integre, dilucide, bonaque fide aperire.

Atque ut omni abjecta mora ingrediamur in cauſſam, ajunt reprehenſores noſtri, vitio, & culpa carere minime poſſe Ritum hunc, quippe qui totus ſcateat ſuperſtitione, nulla re differat ab Ethnicorum conſuetudine, & a *Palilinorum* feſtis revera profectus ſit. Age jam, quid Romae XI. Kal. Majas [1] in honorem, ſive Dei, ſive Deae *Palis* ageretur, & an cum igne Johanneo componi queat, diſpiciamus. Ruſticorum, Agricolarumque erat feſtum, quo ovilia purgabant, oves ritu ſollemni luſtrabant, Palique armentorum, & pecorum ſoſpitae lacte, milio, muſtoque litabant. Quae dum gererentur, teſte Athenaeo [2], bucinarum cantus, hilareſque vociferationes undique exaudiebantur. Et quum in *Fordiciis*, quae proxime praeceſſerant, *Fordes* Boves XXX. ad curiarum numerum pro gregum incolumitate fuerint immolati [3], exſectos inde Vitulos Virgo Veſtalis maxima cremabat, & cinere ſanguine Equi commixto luſtrabat. Peractis his ſacris, Paſtores aqua adſpergebantur, & epulo opipare parato congraecabant, cibo, vinoque ſeſe ingurgitantes: tandem IGNES e ſtramine, & foeno accendebantur, quos temulenti tranſiliebant, ut corpora expiarent, quare a Perſio dicuntur *fumoſa Palilia foeno* [4]. Ante Vrbem conditam celebrata fuiſſe memorat Plutarchus [5], & a Romulo imperata ſcribit Halicarnaſſeus: *πυρκαϊὰς πρὸ τῶν σκηνῶν γενέσθαι κελεύσας, ἐξάγει τὸν λαὸν τὰς φλόγας ὑπερθρώσκοντα ὁσιώσεως τῶν μεμιασμένων ἕνεκα. Pyris ante tentoria incendi juſſis, educit populum, & piaculi cauſſa per flammas ſalire jubet* [6]. Haec ea eſſe, quae apud nos peraguntur in profeſtis, aut ſollemniis Divi Baptiſtae, temerario impulſus conſilio affirmare minime veritus eſt Hoſpinianus *Mos hic ſaltandi per ignem* (inquit) *a Pontificiis in ſuam quoque Religionem tranſlatus eſt: nam idem apud eos in feſto S. Iohannis Baptiſtae pluribus in locis fieri ſolet;* *quod*

1 Hunc diem plerumque aſſignant *Palilia* in veteribus Romanorum Kalendariis, quae collecta habes a Graevio in *Theſauro Antiquit. Rom.* Tom. VIII.

2 *Deipnoſoph.* lib. VIII. cap. 21. *Lugd.* 1657.

3 Ovidius *Faſtorum* IV.

4 *Satyr.* I. *verſ.* 72.

5 *Quaeſt. Roman.* 272. *Pariſiis* 1642.

6 *Lib.* I. *Oxonii* 1704.

quod Latius ipſe Pontificius ingenue fatetur [b] Wolphangi Lazii lib. IX. Commentariorum Reipubl. Romanae haec ſunt *Saltatur in Palilus per ignem, ut apud nos die S. Iohannis Baptiſtae fieri ſolet* [a]. Sed laetandum mihi video, quod poſſim totam hanc criminationem verbis pauciſſimis, tamquam machinam male exſtructam uno impulſu labefactare, atque pervertere. Quaero quid inter Palilia, & noſtros Rogos commune ſit? Apud nos certe nulla luſtratio, nullum augurium, nullus ad pyram ſtruendam herbarum delectus. Ergo hac una tantum ratione componi poſſunt, quod utrobique ſtramina, & ligna deflagrent. Recte eſt. At ſi haec una cauſſa valet, adverſarii in eoſdem ſe inducunt laqueos, quos nobis injicere nituntur, neceſſario enim ſequitur nullum fermo eſſe etiam apud illos pietatis officium (ſi ullum velint retinere) quod ſuperſtitioſum non ſit. Quid enim a nobis praeſtari poteſt, cujus aliqua ſimilitudo in Ethnicorum moribus non inveniatur? Porro ſi exemplis eſſet agendum, innumera poſſem illis objicere, quae maleſana, & ſuperſtitione corrupta dicere minime auderent, licet a Paganis fuerint aliquando uſurpata. Sunt igitur in una quavis re adjuncta, quae illam conveſtiunt attendenda, ac conſiderandum quid propoſitum ſit, quorſum illa ſpectet, finiſque ſemper habenda ratio, quo illa referatur, ut ſuperſtitioſa nec ne ſit dicenda, certiſſimo deprehendatur. Quaero inſuper quis apud nos rogos illos tranſiliat? viri ne maturi, & prudentes, ut in Palilus accidebat? Nihil ſane minus, ſed pueri, & ludiones exhilarandi animi cauſſa, qui tamen nec ejuſmodi ſaltus ſibi praeſcribi, nec inde ullam expiationem profanare certiſſimo ſciunt.

Sed ſtatim hic objicitur locus ille Theodoreti, *Quaeſtionum in IV. Regum interrog.* XLVIII ubi de crudeliſſima Achazi impietate, qui per flammas pueros traduci volebat, diſputans, ait: ἐγὼ οἶμαι τὸ μέχρις ἡμῶν φθάσαν τῆς πλάνης εἶδος τὸν λόγον αἰνίττεσθαι· εἶδον γὰρ ἔν τισι πόλεσιν ἅπαξ τοῦ ἔτους ἐν ταῖς πλατείαις ἁπτομένας πυρὰς καὶ ταύτας τινὰς ὑπεραλλομένους καὶ πηδῶντας οὐ μόνον παῖδας ἀλλὰ καὶ ἄνδρας· τὰ δὲ γε βρέφη παρὰ τῶν μητέρων φερόμενα διὰ τῆς φλογός. ἐδόκει δ' ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. *Ego autem exiſtimo id, quod dicitur ſignificare genus erroris, quod ad nos uſque pervenit. Vidi enim in aliquibus Civitatibus ſemel in anno accendi rogos in plateis, & trans eos ſaltare aliquos non ſolum pueros, ſed viros, infantes*

b De Origine Tuſcorum pag. 152. Edid. Genevae 1670. a Francofurti 1598.

tes autem per flammam ferri a Matribus. Videbatur autem iſtud eſſe expiatio [1]. Verum nec Theodoretus, nec Michael Glycas, qui ſuorum Annalium Parte II hoc excitat teſtimonium [2], quo die dira illa luſtratio fieret admonuit; quare Caſaubonus merito cenſet ſcriptores hujuſmodi *de Paganis loqui, non de Chriſtianis* [3]. Adde huc inter tot calumnias Chriſtianis conflatas, numquam traductionem puerorum per flammas exprobrari. Nihil ergo haec attinet ad feſtum Divi Baptiſtae.

Neque ego tamen negavero ſuperſtitionem, quae citiſſime ſubrepit, animaſque conſilii inopes facile circumvenit, Chriſtianum etiam nomen hoc ſcelere contaminaſſe. Quid aliud clamat Canon LXV. Synodi Trullanae? τὰς ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων ἐργαστηρίων ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊάς, ἃς καὶ ὑπεράλλεσθαί τινες κατά τι ἔθος ἀρχαῖον ἐπιχειροῦσιν ἀπὸ τοῦ παρόντος καταργηθῆναι προστάττομεν. ὅστις. οὖν τοιοῦτόν τι πράξοι, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω. *Qui in Novilunniis a quibuſdam ante ſuas Officinas, & domos, rogos ſupra quos etiam antiqua quadam conſuetudine tranſilire audent, jubemus deinceps ceſſare. Quiſquis ergo tale quid fecerit, ſi ſit quidem Clericus, deponatur, ſin autem Laicus, ſegregetur* [4]. Juſſiſſet ne Concilium Clericum ab albo ceterorum cum ignominia emoveri, & profanum Eccleſiae communicatione interdici, niſi noviſſet flammas ejuſmodi tranſilientes magno ſe ſcelere devincire? Videtur quidem cenſoriam Concilii animadverſionem eos tantum percellere, qui Ignes ſuccendebant ἐν ταῖς νουμηνίαις *in novilunniis*; atqui Theodorus Balſamon in hujus Canonis interpretatione factum id etiam perhibet Byzantii in pervigilio Natalis D. Baptiſtae. κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς κγ τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἠθροίζοντο ἐν ταῖς ῥύμαις καὶ ἔν τισιν οἰκίαις ἄνδρες, καὶ γυναῖκες. .. καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀπὸ χόρτου πυρκαϊὰς ἀνάπτοντες ἐπήδων ὑπεράνω αὐτῶν, καὶ κληδονίζοντο ἤτοι ἐμαντεύοντο περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας καὶ ἄλλων τινῶν δαιμονιωδῶς. *Sub veſperam diei* XXIII. *Menſis Iunii in vicis, & domibus conveniebant viri, & mulieres . & per totam noctem rogos ex foeno accendentes, tranſiliebant eos, & ominabantur, ſeu divinabant de futuris bonis, maliſve, & de aliis nonnullis inſtructu plane demoniaco* [5]. Igitur conſequens eſt, homines eadem culpa teneri, eadem-

1 *Operum tom. 1. Pariſiis 1642.*
2 *Edit. Pariſien. 1660.*
3 *Commentar. ad Perſium, Satyra 2. Lugduni Batavorum 1695.*
4 *Collect. Labbean.*
5 *Canones Apoſtolorum, & Conciliorum ex Bibliotheca Tilliana, Pariſiis 1610.*

eademque irretiri poena quocumque id faxerint die. Zonaras tamen in rebus dijudicandis multo aequior Balſamone, & prae illo ſaepe veriloquus, crimen relevat, & inſcienter potius, quam malitioſe id factum ſcribit: ἔθη Ἑλληνικὰ τῶν Ἐθνικῶν κατὰ παράδοσιν ἐκ γονέων τινὲς, καὶ ποιοῦσι μηδ' εἰδότες τὸ δηλοῦν τὰ γινόμενα παρ' αὐτῶν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ πυρκαϊὰς ἀνάπτεσθαι ἔμπροσθεν ἐργαστηρίων καὶ οἴκων, καὶ αὐτὰς ὑπεράλλεσθαι *Graecorum, Ethnicorumque conſuetudines a majoribus acceptas nonnulli ſervabant, hodieque ſervant, etſi quid iis, quae per ipſos geruntur, indicetur haud ſatis intelligant. Tale illud eſt, quum prae foribus tabernae, aut domus rogos incendunt, ſaltuque tranſiliunt*[1]. Nihilominus Patres Trullani Concilii ne error ultra progrederetur, vel ut peccandi pericula propellerentur, vel quia ſciebant calidiſsimum hoſtem multis impoſuiſſe, pie, conſiderateque caverunt, ne ignes hujuſmodi ſuccenderentur.

Ceterum anathema illud in nos perperam, ineptèque intorqueretur, tria enim ſtatim ſuccurrunt dicenda, quibus noſtrorum temporum conſuetudo omni crimine eximitur, planeque purgatur. Primum nihil nobis in hoc cum Graecis commune eſſe, praeter ligna & ignem, & ob aliam prorſus diſſimilemque cauſſam apud nos deflagrare. nullum intercedere ſortilegium, nullamque divinationem. Conſiliorum noſtrorum fontes candide ac luculenter aperit Conradus Mel in ANTIQVARIO SACRO his verbis: *Inde nomen habet* (ignis S. Johannis) *quia ab antiquis Chriſtianis in altiſſimis montibus accendebantur ſtrues lignorum in memoriam Iohannis Baptiſtae, qui tamquam lumen ardens Iudaiſmo obtenebrato lucem praeferebat ad Chriſtum cognoſcendum*[2]. In quo illud perdiligenter obſervari fas eſt, antiquos illos Chriſtianos divinorum librorum oraculis edoctos hanc innocentiſſimam publicae gratulationis ſignificationem, hoſque rogos invexiſſe. Scitum namque illud Johannis Theologi cap. v., qui de Baptiſta ait: *ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce ejus*. Ideoque Chryſoſtomus, Cyrillus, Teophilactus, Euthymiuſque ad hunc locum ajunt, quod quemadmodum nocte nubila, ac tenebricoſa ſi quiſpiam face praelata viam nobis commonſtret, geſtire, efferri, exultare gaudio ſolemus; ita profecto animo reputantes, Johan-

V v nem

1 *Commentaria in Canones Concilior. p. 180. Lutetiae 1618.* *Antiquitatum in dignoſcendis ſuperſtitionibus. Francofurti 1709.*
2 *Antiquarius Sacer fol. 11 L.cap. 11 L. de Vſu*

nem erranti homini lucem ſplendoremque affudiſſe maximum, decere nos omni perfrui alacritate. Hinc ſacri, profanique Magiſtratus, etſi quamcumque ſuperſtitionem eliminare ſtuduerint, quia in *Igne Iohanneo*, neque impura Paliliorum ſacrificia, neque vana Graecorum omina diſpiciebant, ultro permiſerunt lignorum ſtrues in hoc feſto ſuccendi, populumque laetabundum Divo Baptiſtae acclamare [1]. Poſtremo ſic ſtatuo: etiamſi dum pyra deflagrat vel proletarius homo, vel trioboli muliercula auguriis operam daret, ergo ne in partem criminis Eccleſia ipſa vocari poterit? Ergo ne veluti contaminatae religionis reos expoſtulari omnes debebimus? Aut conſuetudo tamquam deridicula, ſuperſtitioſa, & impia erit proſcribenda? Nemo profecto ſanae mentis homo praejudicatam vulgi opinionem Eccleſiae vitio vertet, aut poſtulabit conſuetudines ſancte conſtitutas, vel etiam *indifferentes* omnibus interdici, quia illis plebecula aliquando abutatur, & ſuperſtitio imbecillium animos occupet.

CAPVT SECVNDVM.

Ritus puellaris oſſa, & ſcruta colligendi, atque cremandi adveniente Natali S. Baptiſtae. Rejicitur de eo Hildebrandi fabella. Ritus ex quadam Iudaeorum conſuetudine profectus videtur. Altera ejuſdem ritus cauſſa. Meſſores in pervigilio D. Iohannis arva taedis accenſis circumire, ſed non ideo Cerealia *celebrare. Scaligerum male in hanc rem Chryſoſtomi ſententiam detorquere. Cur Natalis Praecurſoris* ΛΑΜΠΑΣ *appelletur. Ritus volvendi Rotam eodem in feſto unde probabilius manarit. Faſciculi herbarum pro amuletis, & periaptis eo die foribus ſuperſtitioſe ſuſpenſi.*

ARDVVM ſane opus, ac difficile conatur, quiſquis peculiares ritus apud gentes varias hac die receptos vel ſingillatim deſcribere, vel ad unum omnes excuſare inſtituet. Mihi quidem mens eſt illos tantummodo percenſere, qui antiquitate ipſa celebriores evaſerunt, aut a ſcriptoribus nomine, auctoritateque graviſſimis commendantur. Atque in horum numero haberi oportere affirmo morem

1 Revera ſtatuta Vrbevetana edita An. 1491. lib. 131. Rubrica 54. habent: *Quicumque ſine licentia Officialis fecerit ignem in aliqua feſtivitate de nocte in Civitate in XX. ſol. denariorum puniatur, excepta feſtivitate S. Iohannis Baptiſtae de Menſe Iunii, & qui in illa nocte furatus fuerit, vel abſtulerit ligna, vel tabulas alterius in lib. X. den. puniatur.*

morem illum, quo pueri adventante feſto Beatiſſimi Praecurſoris, oſſa, ligni fruſta, domus purgamenta, ſcruta omnia concremant, ignique tradunt abſumenda. Joachimus Hildebrandus, mirifice ſollicitus, ut evomat virus malignitatis ſuae, lepidam fabellam ex Durando (quem alias vehementer criminatur) mutuatus, in libello *de diebus Feſtis* [a], ſic illum captioſe detorquet. *In feſto Johannis alicubi ex veteri more pueri oſſa, & quiſquilias colligunt, & concremant, ut fumus inde excitetur. Mos iſte ab Ethnicis deſcendit, nam olim media aeſtate frequentes Dracones nimio aeſtu ad libidinem provocati, circumvolitabant, inque puteos ſemen mittebant, quo venenis aqua infecta, ſaepe fuit contagii occaſio. Quod quum Medici animadverterent, juxta puteos ignem fieri juſſerunt, qui Dracones abigeret. Haec quia circa feſtum Johannis fieri ſolebant, Chriſtiani in Papatu hunc morem imitati, etiam ignes accenderunt, & injectis herbis comprecati ſunt, ut omnis ipſorum adverſitas comburatur.* Sed quibus quaeſo ambigibus conflictatur, concluditurque tota iſthaec narratio? Demus Durando, Hildebrandoque illas de Draconibus nugas, licet ipſi qua aetate, quaſve apud gentes acciderint, minime proferant. At ſi ad illos abigendos conſilio Medicorum juxta puteos ignis ſuccenſus eſt, purum, putumque naturale remedium id fuit. Sequitur igitur ritus hujus originem non eſſe ſacrilegam, protervam, ſuperſtitioſam. Quaero deinde, an Medici hunc ignem ex oſſibus, quiſquiliis, & ſcrutis parari juſſerint nec ne? Primum minime affirmabunt, nam tunc animadverterent flammam adeo attolli non potuiſſe, ut volitantes Dracones offenderet, & in fugam conjiceret: quare ligna potius ad id fuiſſe appoſita dicendum eſt. Quod ſi ita ſe habet res, neceſſe profecto eſt, pueros colligendis, cremandiſque oſſibus, & quiſquiliis alia prorſus permoveri cauſſa. Sed pergam, & inſequar anguſtias. Si ignes illi medici excitabantur tunc, quum vehementia caloris animantia lacus, puteoſve quaeritare ad ſe refrigerandum adigebantur, quis non videat id contingere etiam potuiſſe prope feſtum SS Petri, Jacobi, Laurentii? Nihil igitur in hoc eſſe poterat, cur ad unius potius S. Johannis ſollemnitatem conſuetudo transferretur. Sed quid ego tam vehementer invehor, quum tota haec narratio ex gerris, mendaciiſque ſibi invicem repugnantibus compoſita deprehendatur?

Ritum itaque ajo eſſe potius petendum ex quadam gentis Judai-

a *Pag. 90. Helmſtadii 1701.*

Judaicae conſuetudine, quam tradunt Spencerus [1], Schmidius [2], Ikenius [3], Baſnagius [4], Bartoloccius [5], aliique rerum Hebraicarum enarratores. Scilicet quum laetiſſima illa *Paſchae* dies appropinquaret, mulieres domum ſtudioſe everrere, emundare, expolire conſueverant: quicquid inconcinnum, & ſordidum erat amovebant, aqua, & igne purgabant, ne quid oculos offenderet; quod quidem omni culpa, ac ſuperſtitione vacare poterat. Jam vero ſive quia Chriſtianis licuit ab Hebraeis eas mutuari caeremonias, quae novae legi non adverſantur, ſive quia, quemadmodum docet eruditus Carmelius [6], ſaepe fit, ut ex quadam communi rerum idea, diverſae nationes in unum eumdemque conſentiant ritum, Chriſtiani pueri, qui inter feſta ſollemniora Natalem S. Baptiſtae recenſeri, & a Concilio Ilerdenſi *Paſchae* ferme exaequari videbant [7], aut natura magiſtra putabant Anniverſaria Sacra omni munditie peragi oportere, facile adduci potuerunt, ut ſcruta, & quiſquilias e domo ejicerent, atque comburerent, ritusque proinde innocentiſſime ſit propagatus. Quamquam Gulielmus Durandus in *Rationali Divinorum Officiorum* [8] ritus originem aliunde acceſſit, nimirum ex cap. XXVI. Levitici, ubi illud habetur, *vetera novis ſupervenientibus projicietis*, ex quo ſic colligit: *abjiciunt ergo pueri vetera, & comburunt ad ſignificandum, quod advenienſe nova lege, vetus Teſtamentum debet ceſſare*. Porro id apprime congruit Natali S. Johannis, de quo in Evangelio legimus, *Lex & Prophetae uſque ad Johannem* [9], quique idcirco veteris Teſtamenti limes, novique ingreſſio a ſacris Scriptoribus nuncupatur.

Ferunt etiam alicubi in pervigilio ejuſdem feſti meſſores taedis accenſis arva circumire, putantes hinc laetas ſegetes, ſpicaſque jam albeſcentes felicius ſuccreſcere, uberioremque fructum daturas: quod ſi ita eſt, quis ineptum auſpicium, pravamque fiduciam non vituperet? Verum quis etiam ritum teneat, quum audiat ab adverſariis Idololatriae crimen noſtris Agricolis ob eam rem objici, & eadem apud illos flagrare infamia, ac ſi *Cerealia* feſta peragerent? Joſeph Scaligerus is fortaſſe fuit, qui hujus reprehen-

1 *De Legibus Ritualibus Hebraeorum lib. III. Diſſ.* III. cap. [illegible] *Cantabrigiae* 1685.
2 *Tractatus de Paſchate, & Ritibus Judaicis* [illegible] *Francofurti* [illegible]
3 *Antiquitates Hebraicae*, part. II. cap. [illegible] *Bremae* 1732.
4 *Hiſtoire des Juifs* liv. [illegible] chap. [illegible] à la Haye 1716.
5 *Biblioth. Rabbinica* tom. I. p. [illegible] tom. II. pag. [illegible] *Romae* [illegible]
6 *Storia de' vari coſtumi ſacri, e profani* lib. II. cap. 9. *Padova* 1750.
7 Confer quae diximus pag. [illegible]
8 Lib. VII. cap. XXV. *Lugduni* [illegible]
9 *Lucae* XVI. v. 16.

prehenſionis anſam dedit; nam ad calcem lib. VII *de Emendatione Temporum* [1] ſic ſcribit: *τὸ γὰρ ἦ αὐτῶ τῶ Ἰωάννου γεννήσεως. Si* XXVII *Septembris erat* X. *Tiſri, ergo* XXIV *Junii, in qua ſtatuitur Natalis Johannis, erat* XV *Luna, ut colligit Chryſoſtomus, atque inde trahit cauſſam ejus natalis, quod & plena lunae* LAMPADE *natus ſit, quia ipſe Lampas fuit, ut eſt in Evangelio, & vulgo ſolſtitium, in quo natus eſt Johannes, dicebatur* ΛΑΜΠΑΣ *Verba ejus.* „ Cum dicat initium Menſis frumentariae, tunc ergo repertum eſt eſſe primum „ Solſtitium Mundi, quando Johannes natus eſt, quem diem Lampadem appellant „. *Tangit morem Gentilium, qui & adhuc in multis locis obtinet*. Sed primo nego eſſe Chryſoſtomi eam, quam Scaligerus excitat Orationem, nam licet illa reperiatur inter Antiocheni Antiſtitis opera editionis Pariſienſis An. MDLXXXI. tom. II. qui in his colligendis, diſtinguendis, evulgandiſque accuratius deinde ſtudium poſuere, orationem *ψευδώνυμον* eſſe facile deprehenderunt, & inter ſpurias ſcriptiones amandarunt. Praeterea ne littera quidem una eſt in tota Oratione, quae teſtetur Scriptorem illum moribus Ethnicorum alludere, & Chriſtianos de perverſa imitatione carpere, ac ſugillare. Tandem, verba a Scaligero allata quid aliud, amabo, ſignificant, niſi diei XXIV. Junii nomen LAMPADIS acceſſiſſe ex Aſtronomica obſervatione Solſtitii, & Plenilunii? Cur ergo in pejorem partem rapiat, & Chryſoſtomo hanc affingat ſententiam plane non video. Fieri quidem potuit, ut ruſtici quandoque ſcientiae ſideralis non omnino imperiti, taedas noctu ſuſtulerint ad binas illas Planetarum phaſes ſubindicandas, vel etiam ſuperſtitioſe id fecerint, at numquid *Cerealia*, quae a Matronis V. Id. Apriles ob inventam Proſerpinam agebantur, aut *Eleuſinia*, aut *λαμπαδίας* idcirco celebrabant? Huc qui illa trahunt, dicam libere, non ut viros graves, & honeſtos philoſophari, ſed tamquam inopes, fallaceſque diſputatores rem omnem per jocum, & lucum agere velle. Linquamus igitur haec, quae facilem habent ſolutionem.

Alter eſt Ritus, quem Hildebrandus nec ſcivit, nec potuit ludo vertere, & cum Ethnicorum feſtis ullomodo conferre. Accipe quae ille ſcribit. *In quibuſdam locis in feſto Johannis Baptiſtae* ROTAM VOLVNT, *qua volutione indicant, quod Sol in feſto Johannis in Zodiaco ad ſummum gradum pervenerit, & deſcendere per diem Johannis*

1 *Coloniae Allobrogum 1629.*

nis incipiat, ut omnium rerum viciſſitudo in memoriam revocetur[1]. Verum altius petenda eſt hujuſce ritus origo, rotaeque converſio praeter rerum humanarum ortum, atque interitum, dictu graviora condocefacere putatur. Auguſtinus quippe illa S Baptiſtae verba (*Iohan III.*) perpendens: *illum* (Chriſtum) *oportet creſcere, me autem minui* diſertiſſime admonet, oraculo ejuſmodi nihil eſſe verius, multiſque illud confirmari argumentis, tum etiam, ſi tempora invicem componantur, quibus utrique in lucem editi ſunt. *Quod & Natalibus eorum oſtenditur*, inquit, *nam ille natus eſt, ſicut tradit Eccleſia, VIII Kalendas Iulias, quum jam incipiunt minui dies: Dominus autem natus VIII. Kalendas Ianuarias, quando dies incipiunt creſcere*[2]. Et quia veteres Chriſtiani ſenſiles quaſdam imagines uſurpabant ad ea adumbranda, quae in ſacris litteris arcana latebant ſententia, iiſque typicis figuris Myſteria ipſa ſub aſpectum ponere ſatagebant[3]; hanc Rotae volutationem in Natali Praecurſoris rudem populum docuerunt, qua ſatis apte illius imminutionem, Chriſti autem incrementa exprimi rebantur. Quod ſpectat ad ſtirpium colligendarum ſtudium in pervigilio Nativitatis S Baptiſtae; ſi Pagani noſtri excellentiorem virtutem herbis tunc inditam putant, communeſque naturae leges ea nocte illas ſupergredi, ingenue fatear, nedum vana, levique perſuaſione teneri, ſed quaſi ſtultitia ſingulari laborare. Illud tamen inficiabor, quod ſcribit Zeumerus de *Igne Iohanneo*[4], a Mattiolio perhiberi apud nos eo die ſedulo perquiri Herbam ἀλίσμα, & prae foribus domorum ſuſpendi, tamquam efficax *Amuletum* ad infortunia eliminanda. Tres Commentariorum Andreae Mattiolii in Dioſcoridem editiones vidimus, ac perlegimus ex Officina Eraſmiana Valgriſii, Annorum 1548., 1558., 1573.; nihil vero iſtorum occurrit, licet illuſtris Medicus lib. III. ἀλίσματος virtutes fuſe perſequatur. Quod ſi quis pugnaciter id verum eſſe contendat, ſciat inter aniles ſagarum ſuperſtitiones a nobis recenſeri, nec quicquam Religioni noſtrae illarum impietate umquam fore detractum.

CAPVT

1 *Vbi ſupra.*

2 *In Pſalm. cxxxiv. Oper. tom. vi. Pariſ. 1683. Item ſer.* ccxcii. *Append. tom. v. part. ii.* 1683.

3 *Conſule Antiquit. & Orig. Chriſtianorum tom. iii.* cura, & ſtudio egregii viri Thomae Mamachii.

4 *Librum indicavimus pag. 4.*

CAPVT TERTIVM.

Lotiones, luſtrationeſque in Natali S. Iohannis uſitatae. Quam vehementer illas reprehenderit, & Hipponenſibus interdixerit Auguſtinus. Quare hunc ritum ceu Ethnicum exprobrarit. Quae prima, & innocens hujus ritus cauſſa. Superſtitioſa haec lotio Neapoli recepta. Colonienſes hac lavatione non crimina purgari, ſed infortunia amoveri rebantur. Franciſci Petrarchae de ea re Epiſtola. Agapas a Chriſtianis eo feſto inſtitutas in comeſſationes turpiter commutatas. S. Bernardi querelae. Neque tamen Eccleſiae id vitio verti poſſe. Ritus pulſandi Campanas in Praecurſoris pervigiliis.

MAGNVM illud Catholicae Eccleſiae lumen, & decus Auguſtinus, qui ſingulari divini honoris tuendi ardore flagrabat, totumque ſe in populorum utilitatem porrexerat, & explicarat, acerba ſane cura torqueri, ac diſcruciari ſenſit, quum accepit ſuos Hipponenſes in feſto Praecurſoris Mare, lacuſque ſollicite anquirere, ac religioni ducere, niſi eo die more plane Ethnico lavatum pergerent. *Natali Iohannis de ſollemnitate ſuperſtitioſa pagana Chriſtiani ad mare veniebant, & ſe baptizabant* [1]. Ita de hoc doluit, ut nemo magis, tum precibus quam potuit diligentiſſimis cum filiis ſuis egit, ut pravam conſuetudinem ab Vrbe exturbaret, atque depelleret. *adjuro, abſtringo, nemo faciat* [2]. Graviori deinde uſus eſt cohortatione in his Orationibus, quae ejus nomine circumferuntur. *Hoc etiam deprecor, & per tremendum diem Iudicii vos adjuro, ut omnes vicinos veſtros, omnes familias, & cunctos ad vos pertinentes admoneatis, & cum zelo Dei ſeveriſſime caſtigetis, ne ullus in feſtivitate S. Iohannis in fontibus, aut paludibus, aut in fluminibus nocturnis aut matutinis horis ſe lavare praeſumat, quia haec infelix conſuetudo adhuc de Paganorum obſervatione remanſit* [3]. Sed quare has lavationes tamquam inſignem improbitatem coercere ſtudebat? Quare velut priſcarum gentium ſuperſtitionem damnabat, quum probe teneret Balnea Chriſtianis haud eſſe interdicta [4]? Duplex cauſſa eſſe poterat: vel quia quum *nocturnis aut matutinis horis* viri ac feminae catervatim, ac promiſcue fontes, paludes, flumi-

1 *Tom. v. ſerm. cxcvi.*
2 *Ibidem.*
3 *Tom. v. Append. ſerm. CCLXXVII.*
4 *Ipſe Auguſtinus poſt Matris obitum, ut moeſtitiam leniret, Balneo uſus eſt. Confer quae dixi de Balneis Chriſtianorum cap. IV.*

flumina peterent, propudioſis flagitiis, & turpiſſimae libidini facile id aditum pararet[1], vel quia Hipponenſes ſtultiſſime ſibi perſuaderent, quod olim Ethnici pro certo habebant, externis hiſce lotionibus, quodcumque animi ſcelus, criminiſque patrati labes tergi, expiarique. Porro ſi hoc in animum induxerant ſuum, nemo non videt in Ethnicorum culpam incidiſſe (quin ego ex Loemerio[2], aut Kunio[3] teſtimonia exſcribam) meritoque Auguſtinum illos vehementius objurgare. Atque huc fortaſſe arbitror pertinere, quae Moshemius adnotat ad *Syſtema Intellectuale* Radulphi Cudworthi (niſi quid aliud animo tacite volvebat)[4], quum ait permoleſtum illi accidiſſe, antiquorum *de luſtrationibus* opinionem Chriſtianas Vrbes pervaſiſſe. Quod ſi quis ex me ſciſcitetur, quidnam homines impulerit ad has lotiones eo potiſſime die tam ſollicite exquirendas, principio quidem putaverim, morem ſuperſtitione, crimineque penitus vacaſſe, & Chriſtianos ad fluvios accurriſſe, id unice animo aequiore ſecum recolentes, S. Baptiſtam in Jordane Servatorem baptizaſſe. Sed quia deinde ſcelerum expiationem ſe haurire poſſe immerito putarunt; nedum Ethnicorum, ſed & Sabaitarum nefario errore ſe ipſos polluerunt, ritumque foede contaminarunt.

Sed quod olim Hipponae Auguſtinus copioſe deplorabat, id adhuc Neapoli factum noſtris pene temporibus narrat Benedictus de Falco in libello: *Deſcrittione de luoghi Antiqui di Napoli.* Ibidem M.D.LXXX. *apud Heredes Cancer.* Ait nimirum. *In una parte popoloſa della Città giace la Chieſa conſegrata a S. Giovan Battiſta Ieroſolimitano* (quae ſcilicet eſt noſtri Ordinis Prioratus) *chiamata S. Giovan a Mare. Era un antica uſanza, hoggi non al tutto laſciata, che la Vigilia di S. Giovanne verſo la ſera e l' ſecuro del dì tutti huomeni e donne andare al mare, e nude lavarſi, perſuaſi purgarſi de loro peccati, alla foggia degli antichi, che peccando, andavano al Tevere lavarſi.* Verum Vrbis illius incolas, conſilia meliora capeſſentes, Antiſtitum ſuorum cohortationibus paruiſſe, erroremque hunc penitus depoſuiſſe gratulamur. Moderatius quidem de his lotionibus exiſtimabant Colonienſes, quamvis neque ab illis omnis abeſſet culpa. Rem univerſam prodidit celeberrimus ille politiorum Litterarum reſtitutor Franciſcus Petrarcha in Epiſtola ad Johannem Columnam.

1 Ibidem in libro cap. 1 1. &c.
2 *De Luſtrationibus Veterum. Amſtel. 1699.*
3 *De Lotionibus & Balneis* [illegible] *Helmſtadii 1700.*
4 Tom. I. in 4. pag. 112. Ienae 1733.

ſum [1]. *Forte Iohannis Baptiſtae vigilia erat, dum illuc* (ſcilicet Coloniam Agrippinam) *applicui, & jam ad occidentem Sol vergebat, confeſtim amicorum monitu ab hoſpitio ad fluvium* (Rhenum) *traducor, inſigne ſpectaculum viſurus. Nec fallebar. Omnis enim ripa praeclaro, & ingenti mulierum agmine tegebatur .... In loco paulum altiore conſtiteram, unde in ea, quae gerebantur, intenderem: incredibilis ſine offenſione concurſus erat, viciſſimque alacres, pars herbis odoriferis incinctae, reductiſque poſt cubitum manicis, candidas in gurgite manus, ac brachia lavabant ... . Admiratus, & ignarus rerum, percunctatus Vergiliano illo verſiculo:*

Quid vult concurſus ad amnem, quidve petunt animae?

Reſponſum accepi: pervetuſtum gentis ritum eſſe vulgo perſuaſum, praeſertim femineo, omnem totius anni calamitatem imminentem fluviali illius diei ablutione purgari, & deinceps laetiora ſuccedere, atque luſtrationem eſſe annuam, inexhauſto ſemper ſtudio cultam, colendamque. Tantum praeconcepta ſemel, etiam inepta ac fabularis, opinio poteſt, ut neque illam ex animo ſibi exuri vulgus patiatur, licet ſpes fallax infortunatos plerumque habeat exitus. At nemo ignorat non conſilium in vulgo eſſe, non rationem, non diſcrimen: idcirco Epiſcoporum labores conatuſque in hoc ſaepe fruſtrari vidimus, ut qui fluvios petere prohibebantur, noctu prata adirent, dum ros in herba eſt, ſeſeque illic volutarent, & aliquanto madefieri ſtuderent.

Porro diximus Diſſertatione IV. cap. VIII. veteres Chriſtianos in Natalitus Martyrum convivia paullo lautiora apparare conſueſſe, in quibus ſic gulae temperabant, ut nihil praeter frugalitatem, ac modeſtiam eluceret; & qui diſcumbebant nonniſi caſtis colloquiis, librorum Sacrorum lectione, piiſque cantionibus hilararentur. Concordi ſententia id docent Eccleſiae Patres, quorum verba retulerunt, qui de *Agaparum* ritu diſſeruerunt, nempe praeter notiſſimos orthodoxos ſcriptores, Stolbergius [2], Schurzfleiſchius [3], Quiſtorpius [4], Boehmerus [5]. Sed quid eſt tam optimum, quod hominis inconſtantia, aut fragilitas flagitiis aliquando non contaminarit? Quid eſt tam ſancte invectum, cujus corruptelam vaferrimus tentator, juratuſque humani generis hoſtis

X x non

1 *Epiſtolar. lib. 1. ep. 5. Oper. tom. 1. Baſileae 1581.*
2 *De Vet. Chriſtian. Agapis Vitembergae 1675.*
3 *De Vet. Agaparum Ritu. Ibi 1690.*
4 *De Agapis naſcentis Eccleſiae Chriſtianae. Roſtochii 1711.*
5 *In Diſſert. Iuris Eccleſiaſtici alibi adductis.*

non ſit molitus? Quamvis igitur in feſto B. Prodromi epularis accubatio, honeſte, moderateque alicubi inſtituta fuerit [1]; ſecus tamen aliquando accidiſſe cum S. Bernardo dolemus. Hic enim dum in Natali S. Johannis hominum levitatem, mollitiemque graviſſima oratione inſectaretur, talia dixit. *in his nempe tota verſatur haec veſtra celebritas, in popularis favoris aura ſectanda, in gloria veſtium, & voluptate ciborum* [2]. Verum ſi quis paucorum crapulas, immoderataſque compotationes Eccleſiae tamquam probrum objicere velit, ad hanc invidiam levandam, omnemque de hiſce ritibus vituperationem tollendam patronus accedet Auguſtinus, cujus eſt magnifica illa, & digna ſapiente ſententia. *Qui autem ſe in memoriis Martyrum inebriant, quomodo a nobis approbari poſſunt, quum eos etiam ſi in domibus ſuis id faciant, ſana doctrina condemnet? Sed aliud eſt, quod docemus, aliud, quod ſuſtinemus; aliud, quod praecipere jubemus, aliud, quod emendare praecipimur, & donec emendemus, tollerare compellimur. Alia eſt diſciplina Chriſtianorum, alia luxuria violentorum, vel error infirmorum* [3]. Interea quis neget Natalitia Sanctiſſimi Baptizatoris Domini cum omnibus publicae, privataeque gratulationis, laetitiae, feſtivitatis indiciis ubique gentium fuiſſe celebrata? Hinc Autiſſiodori olim uſitatum in ejuſdem diei pervigilio *Campanas* jugiter pulſare, populumque ad ſacra mane inſequenti obeunda tota nocte conciere: quod tamen ob immoderata plebis tripudia deinde vetatum legimus [4].

CAPVT

1 Canonici Eccleſiae Lucenſis in Natali S. Baptiſtae ad Templum illius pergebant, ibique Divina omnia perſolvebant Officia; tum illic modeſte convivabant. V. *Diario ſacro antico, e moderno della Chieſa di Lucca Opera del Padre Manſi. Lucca 1753.*

2 *Serm. in Nativ. S. Joh. Oper. tom. II. Lugduni 1679.*

3 *Contra Fauſtum lib. xx. c. 21.*

4 Scilicet ab Antiſtite Colberto An. 1674. Conſule *Memoires concernants l'Hiſtoire Eccleſiaſtique, & Civile d'Auxerre par l'Abbé le Beuf, tom. I. à Paris 1743.*

CAPVT QVARTVM.

Obſcoenae cantiones, & ludicer ſaltatus in ſollemniis ſacris. Vtrumque ſevere a Conciliis proſcriptum. Auguſtinus his canticis feſtum D. Iohannis violari deplorat. Pia ſpectacula, ſeu Sacrae Repraeſentationes Saec. XII. populo dari coeperunt: aliae indecorae, caſtiſſimae aliae. Scurrilitates, & opinae, quae apud Gallos peragebantur in Feſto Stultorum, *ſimiles his, quas COpoli invenerat Theophylactus Patr. Ludi innocentiſſimi, quibus geſta Sanctorum ſcenice exhibentur: acti Florentiae in Natali S. Baptiſtae. Eorumdem deſcriptio ex Goro Dato, & ex Graeco Codice Bibliothecae Regiae Taurinenſis. Locus S. Antonini Archiep. Florentini.*

SI quis forte legum ac judiciorum noſtrorum ignarus audiat in diebus Martyrum tantam olim irrepſiſſe ludorum, & ſaltationum inſaniam, ut puellae choreas in ipſis Templis ducerent, & turpia carmina decantarent; mirabitur ſane ſollemnia Sacra tam foede, tamque inique violari. At is mirari profecto deſinet, quum intelliget huic licentiae comprimendae Eccleſiam plurimum ſemper allaboraſſe. Quid enim diſtrictius inhibuerunt Patres Concilii Autiſſiodorenſis, Toletani III., Cabillonenſis, Romanique ſub Eugenio II., quam *non licere in Eccleſia choros Saecularium, vel puellarum cantica exercere* [1]. *exterminandam eſſe irreligioſam conſuetudinem, quam vulgus per Sanctorum ſollemnitates agere conſuevit, ut populi, qui debent Officia divina attendere, ſaltationibus, & turpibus invigilent canticis* [2]. *indecorum noſci ab omnibus, quod per feſtivitates Martyrum ad ipſa ſollemnia confluentes turpia quidem & obſcoena cantica decantare videantur, dum aut orare debent, aut Clericos pſallentes audire* [3]: *quia qui talia agunt, non ſolum ſe perdunt, ſed alios deprimere attendunt* [4]. Quid magis vetuit Carolus Magnus, quam *ballationes, cantica turpia, & luſa haec diabolica, quia de Paganorum conſuetudine remanſerunt* [5]? Jam vero deplorandam hanc profanitatem in Natali S. Baptiſtae receptam deteſtabatur Auguſtinus, utque Chriſtiani impoſterum averterent, enixe rogabat.

1 Concil. Autiſſiodor. An. DLXXVIII. can. IX.
2 Concil. Tolet. III. An. DLXXXIX. can. XXIII.
3 Concil. Cabill. An. DCL. can. XIX. Ad Collectionem Labbei.
4 Concil. Rom. An. DCCCXXVI. can. XXXV. Vide Lucae Holſtenii opus: Collectio Romana bipartita veter. monument. part. I Romae 1662.
5 Capitularia Regum Francorum Baluzii lib. VI. cap. III.

bat. *Nec permittamus* (ajebat) *voluptuoſos quoſque ſollemnitatem ſanctam, cantica luxurioſa proferendo, polluere* [1]. Quae ego hoc loco commemoravi, ut clare pateſceret, quo pertineant haec Auguſtini verba, nam perperam a nonnullis explicari videbam, quibus fortaſſe erat perſuaſum, carmina illa laſciva in conviviis potius, aut per compita quam in Eccleſia recitata fuiſſe.

Diſpulſa tandem, atque ejecta e Chriſtiana Repb. tanta hominum perverſitas eſt. Ac XII. vertente Saeculo, alia ſcenica pompa, ſed frugi illa quidem, ſubintroducta, qua Chriſti Myſteria, Martyrum certamina, aliorumque Sanctorum res geſtae ab actoribus populo repraeſentabantur. Hujus generis ſpectacula inſequutis temporibus plurimi habita ſunt apud omnes ferme nationes, quae his valde delectabantur, & quae fuerit illorum conditio, quaeve viciſſitudo fuſe narrant Brunus [2], Muratorius [3], Lauriſus Tragienſis [4]. Quamquam ſic aliquando apud Gallos vitioſe corrupta, ut indecorae illae ſcurrilitates, quas in Eccleſiam COpolitanam invexerat Theophylactus Patriarcha [5], illic etiam obtinuerint, unde manavit ridiculum illud, & procax *Feſtum Stultorum*, vel *Subdiaconorum* a Tillioto accuratiſſime deſcriptum [6]. Contra vero caſtiſſimi plerumque ludi hi fuerant, quibus illuſtria Sacrorum Heroum facinora a perſonis ſcenice exhibebantur. Actos autem hujuſmodi ludos in Natali Beati Praecurſoris fidem facit Gorus Datus in Hiſtoria Florentina, qui agens de ſplendido apparatu, & ſingulari pompa, qua hoc feſtum illic concelebratur, ait. *In ſull' ora della terza ſi fa una ſolenne Proceſſione di tutti i Cherici, Preti, Monaci, e Frati, che ſono grande numero di Regole con tante Reliquie de' Santi, ch' è una coſa infinita, e di grandiſſima divozione, oltre alla maraviglioſa ricchezza di loro adornamenti,*

..... E

1 Serm. cxcvii.

2 *Diſcours ſur la Comedie, ou Traité Hiſtorique & Dogmatique des Jeux du Theatre. Diſcours* III. *à Paris* 1731

3 *Antiquitat. Medii Aevi, Diſſertat.* XXIX. qui ex Theſauro Anecdotorum Bernardi Pezii tom. II. parte II. profert horum ſpectaculorum exemplum: *Ludus Paſchalis de adventu, & interitu Antechriſti in forma exhibitus &c.*

4 *Dei vizj, e dei difetti del moderno Teatro Ragionamento* VI. *di Lauriſo Tragienſe P. A. Ragionam.* IV. *Roma* 1753. Sed quia has ſacras repraeſentationes hominum perverſitate, multis offendiculis, & malis vitiis, ac deſpectui eſſe deprehendit S. Carolus Borromaeus, in Concilio Mediolanenſi An. MDLXV. eaſdem duxit prohibendas. *Acta Eccleſiae Mediolanenſis tom.* I. *lib.* I. *tit. de Miſſar. & repraeſentat. Sacr. etc. edit.*

5 Cedrenus Compendium hiſtoriarum pag. 639. *Pariſiis* 1647.

6 *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la fête des foux, qui ſe faiſoit autrefois dans pluſieurs Egliſes par Monſ. Du Tillot. à Lauſanne* 1751. Dicebatur etiam *Feſtum Subdiaconorum*, quod hi primas in his ludis agerent partes.

. . . . . e con molte Compagnie d' uomini Secolari, che vanno ciaſcuno innanzi alla regola, dove tale Compagnia ſi raguna, con abito d' Angioli, e ſuoni, e ſtromenti d' ogni ragione e canti maraviglioſi, FACENDO BELLISSIME RAPPRESENTAZIONI *di que' Santi, e di quelle Reliquie, a cui onore la fanno* [1]. Verum paullo antiquior hujuſce pompae ſupererat narratio, quae diu in tenebris latuiſſet, niſi de illa edenda ſapienter cogitaſſent viri perdocti, qui animum applicuerunt Codicibus Regiae Taurinenſis Bibliothecae deſcribendis [2]. Codex itaque CLXXXV. varia complectitur ad Concilium Florentinum pertinentia, deinde parergon quoddam περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ προδρόμου πῶς τελεῖται παρὰ τῶν φλωρεντίνων. *De Feſto Praecurſoris quomodo celebrari ſoleat a Florentinis*. Poſtquam Graecus homo magnam ſupplicationem deſcripſit, ſubdit· ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῇ ἑορτῇ τέρατα. καὶ ὡσὰν σημεῖα ἢ σημείων δράγματα. ἀνιστῶσι γὰρ νεκρούς. πατάσσει ὁ ἀρχιστράτηγος δαίμονας. σταυροῦσιν ἄνθρωπον ὡς Χριστόν. ἀνάστασιν δραματουργοῦσι Χριστοῦ. μάγους προσποιοῦνται ἄνδρας τινάς. γέννησιν Χριστοῦ μετὰ ποιμένων καὶ ἀστέρος, καὶ ζώων καὶ φάτνης, παριστῶσι μετὰ ἀνθρώπων. *Efficiunt in ipſo feſto prodigioſa quaedam, & quaſi ſignificationes, ſeu ſignificationum multitudinem. Excitant enim mortuos· Daemones pellit ſummus Imperator; hominemque veluti Chriſtum cruci affigunt, Chriſti Reſurrectionem repraeſentant. Magos fingunt viros quoſdam, Chriſti Nativitatem cum paſtoribus, ſtella, animantibus, praeſepi, & hominibus exhibent*. Neque haec ſolis imaginibus ad id apte comparatis, vel ſola hominum geſticulatione repraeſentabantur, qui has gerebant perſonas, invicem colloquebantur, animique ſenſa verbis exprimebant. Videtur quidem ex Dato ſpectacula haec propoſita fuiſſe per vias, atque in magna platea dum populus facto agmine ad Templum procederet, ſed acta etiam intra Sacrae Aedis ambitum traditur a S. Antonino, qui vertente Saeculo XV. illi praeerat Eccleſiae. Diſputans namque de his, quae in Templis peragere liceret, ex Johannis Andreae Pontificii Juriſconſultiſſimi auctoritate affirmat, *quod non eſt illicitum ibi fieri repraeſentationes pias, ut Nativitatis Domini, & Aſcenſionis &c. quod in hac noſtra Civitate Florentina agitur* [3]. Quod ſi harum repraeſentationum argumenta ex Actis Sanctorum nonnumquam petebantur; nullius certe vita, morſque illuſtris, prae


1 *Istoria di Firenze di Goro Dati con Annotazioni pag. 85. Firenze 1735.*

2 *Codex CLXXXV. Bibl. tom. 1. Taurini 1749.*

3 *Summ. P. III. Tit. 12. c. 9. §. 2. ed. Venetae.*

prae illa S. Johannis, aptiorem materiem hierodramati, pioque ſpectaculo ſuppeditare poterat. Vtinam Bucchananus, qui ſua carmina ſcelerum colluvione foedavit, meliore percitus aeſtro Tragediam illam, BAPTISTES [1], ſcripſiſſet, in exemplum aſſumerem, quandoquidem ex antiquorum poëmatiis, nullum hactenus contigit reperire.

1 Inter ipſius Opera Poetica edita 1609. ſine loco.



DISSER-

DISSERTATIO NONA

COMPLECTENS DISQVISITIONES IN RITVS ALIQVOS ECCLESIAE S. JOHANNIS HIEROSOLYMITANI.

CAPVT PRIMVM.

Religionem, verumque Dei cultum externis etiam ritibus contineri. Tanquam Ethnicos iniquiſſime a nonnullis traduci. Cauſſa haec a noſtris egregie defenſa. M. Magiſter de Podio Preſbyteros, qui in Templo S. Johannis ſacra rite curarent, inſtituit. His praeficitur Prior Eccleſiae. *Eſt ille S. Militiae Antiſtes, &* Ordinarius. *Series, & chronotaxis horum Praeſidum nunc primo contexitur. Quid hi divino cultui amplificando, ſacriſque Ritibus conſtabiliendis praeſtiterint, docetur. Leges de rebus Liturgicis, & de honeſtate Clericorum a Fratribus Hieroſolymitanis identidem latae, evulgantur. Privilegia ſive a Rom. Pontifice, ſive ab Ordine ipſo Prioribus attributa chronologice interſeruntur. Praeclare ab eiſdem geſta, dies electionis, aut emortuales, & epigrammata illorum ſepulcris ſuperpoſita exhibentur.*

NVLLAM arbitror extitiſſe bene moratam ac bene conſtitutam Rempublicam, quae primum, maximumque praeſidium a ſuperis eſſe quaerendum non putaverit, & Religione, quae pio Dei cultu continetur, omnia ſua conſervari, augerique non exiſtimaverit, ut eadem ſit antiquitas Religionis, quae ipſius hominum ſocietatis. & quia duplici natura conſtamus, ſcilicet aſpectabili, & in aſpectum non cadente, ideo duplicem cultum Deo eſſe exhibendum [1] omnium ferme gentium conſenſione probatur, alterum nempe integra, & incorrupta mentis actione, alterum corporis adminiſtratione, ſtatiſque caeremoniis. Hinc optimus quiſque Legiſlator probe intellexit, Religionem non ſola mentis pietate, ſed externis etiam ritibus concludi, ſollemneſque ſacrorum Caeremonias ſenſibus percipi debere, quare id primo cavit, rebus divinis dari operam oportere, & Templa extrui, aras exornari, Sacerdotes ad placandum Deum conſtitui, ſacros Ritus praeſcribi, ac retineri curavit. Verum nihil propemodum eſt, quod

1 *S. Joannes Damaſcenus lib. iv. cap. xii. edit. Pariſien. 1712.*

quod tanto conatu, tamque caeca animi jactatione oppugnandum, evertendumque ſumpſerint recentiores Haeretici, ſiquidem nullum cum illis de rebus fidei colloquium, nulla diſputatio ſuſcipitur, in qua non illud exprobent, ſacra apud nos *Paganico more* peragi, & Caeremonias velut ineptas, & ſuperſtitioſas, aut recenti abuſu invectas non irrideant, atque contemnant. Quorſum commemorem Johannem Dalleum [1], Rodulphum Hoſpinianum [2], Ricardum Montacutium [3], Joachimum Hildebrandum [4], Gaſparem Calvorium [5], Petrum Muſardum [6], Conÿers Middletonum [7], qui perniquam hanc accuſationem factitarunt, & inexpiabili malevolentia adducti, univerſam Liturgiam inſectati ſunt? Quorum ſi vera eſſet ſententia, quae poſſet eſſe pietas? quae ſanctitas? quae religio? Quis ergo eſt, niſi omnem adverſus Deum pietatem, omnemque in eius Eccleſiam amorem abjecerit, qui vehementer animo ſe commoveri non ſentiat, quum videat homines acerrimo ingenio, & omni liberali diſciplina excultos machinas, & fallacias commoliri ad vetuſtiſſimas, piaſque conſuetudines labefactandas, & ad Ritus divino inſtinctu, ductuque conſtitutos callide ſubtiliterque evertendos? Quamquam omnis haec illorum oratio vetus querela eſt millies a noſtris depulſa, omniumque manibus teruntur libri Johannis Cochlaei [8], Martini Piſtorii [9], Ludovici Ferrandi [10], Stephani Durantis [11], J. Baptiſtae Caſalii [12], & viri ſempiterna hominum memoria celebrandi Johannis Bonae [13], nec non Antonii Belotti aliorumque, qui [14] rationibus conquiſitis, & teſtibus locupletiſſimis accurate de univerſa Liturgia diſceptarunt, & pro ſacrorum Rituum origine, vetuſtate, ac dignitate ita dixerunt, ut quicquid in una quaque re verum, ſincerumque ſit facile perſpici poſſit. Quia tamen Haeretici non delectu, aut ſapientia ad judicandum ducuntur, ſed impetu, & quadam etiam temeritate, omnis haec con-

1 *De cultibus Religioſis Latinorum.* Genevae 1671.
2 *De Origine, & progreſſu Rituum.* Tiguri 1588
3 *Origines Eccleſiaſticae.* Londini 1640.
4 *Varia Sacra Chriſtianorum.* Helmſt. 1661.
5 *Rituale Eccleſiae Evangelicae,* Tiguri 16..
6 *Conformité des Ceremonies modernes avec les anciennes.* A Leyde 1667
7 *Lettre écrite de Rome, où l'on montre l'exacte conformité qu'il y a entre le Papiſme, & la Religion des Romains.* à Amſterdam 1744.
8 *Defenſio Caeremoniarum Eccleſiae.* 1549.
9 *Colloquia adverſus Caeremoniarum oppugnatores.* Lipſiae 1541
10 *Réponſe à l'apologie pour la Réforme, & pour les Reformateurs.* à Paris 1683.
11 *De Ritibus Eccleſiae Catholicae.* Pariſiis 1685.
12 *De Veteribus Chriſtianorum Ritibus.* Francofurti, & Hanoverae 1681.
13 *Rerum Liturgicarum libri.*
14 *Obſervationes ad Ritus Eccleſiae Laudunenſis.* Pariſiis 1662.

controverſia inſtituitur contra pertinax diſputatorum genus, qui coargui, & errore convinci facile poſſunt, ſed ita in eo perſtant, ut de ſuſcepta cauſſa, propoſitaque ſententia nulla vis, nullum argumentum valeat aliquando illos depellere; vel ut eſt apud Epiphanium: τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ ζῆν σύντομος ἡ σωτηρία, καὶ εὐθυέλεγκτος ἡ κακοπιστία. τοῖς δὲ μὴ θέλουσι τὸ τῆς σωτηρίας καταδέξασθαι διδασκάλιον, οὐδὲ ὁ πᾶς αἰὼν πρὸς διάλεξιν ἐξαρκέσει. *Iis, qui quidem vitae deſiderio tenentur, ſalutis eſt expedita ratio, & infideliſſimi erroris confutatio facilis. Iis vero, qui ſalutis diſciplinam, & magiſterium repudiant, ne integrum quidem ſaeculum poteſt ad diſputandum ſufficere* [1]. Ceterum pudeat hoſce Sacrorum, religionumque oſores veſtigiis inſiſtere Vigilantii, hominis omnium opinione damnati, & perridiculas Tanchelmitarum, Petrobuſianorum, Henricianorum, Thaboritarum, ac Valdenſium renovare, atque inſtaurare criminationes [2]. Haec ideo praefari libuit, quo apertius deprehenderetur, primos Hieroſolymitani Ordinis Patres, fide duce ac magiſtra, vidiſſe ſanctiſſimum eſſe externum Dei cultum, eumdemque cum certis formulis, ritibuſque conjungendum: ſapienter Sacerdotum, ac Miniſtrorum collegium inſtituiſſe, qui toti in precibus eſſent, remque divinam rite perficerent, omnem denique intendiſſe diligentiam, ut veteres Caeremoniae reverentiſſime colerentur, peculiares etiam quaedam commodum inderentur; *neque enim nos offendit rituum obſervantiae diverſitas, ubi fidei unitas non ſcinditur* [3]. Tum etiam haec ante denunciavimus, ne nos, qui de Sacris Ritibus nonnullis memorabilibus Eccleſiae S. Johannis Hieroſoſolymitani ſcribere aggredimur, aut neſcire videremur, quibus artibus, atque conſiliis eos adverſarii convellere nitantur, aut illorum ſcriptis ab his illuſtrandis retardari putaremur. Sed jam de re dicere incipiamus.

RAYMUNDUS DE PODIO, alter poſt Gherardum Hoſpitalis Hieruſalem Rector, & Equitum S. Johannis MAGISTER, cum Ordinem univerſum optimis legibus, & inſtitutis temperavit, tum illud non dubiis Dei ſignificationibus ſancivit, ut dum alii caſtra ponerent, & adverſus Chriſtiani nominis hoſtes bellum gero-

1 *Adverſus haereſes lib. 2. tom. 1. haereſ. LXIX. cap. LXVI. edit. Petavii. Pariſiis 1622.*

2 Illud enim omnes viri perditiſſimi bellum in Sacrum Miniſterium, in ſacrarum Aedium ornatum, & ſacrarum Caeremoniarum uſum indixerunt. Conſule Cl. Georgium *De Liturgia Romani Pontificis tom. 1. Praefat. Romae* 1731.

3 Verba ſunt Fulberti Abbatis, ſubinde Epiſcopi Carnotenſis *epiſt. 12. ad Einardum, Pariſiis* 1608.

gererent, alii in Valetudinario peregrinantes liberaliter cumulateque tractarent, vel aegris aſſiderent, non deeſſent qui in Templo quotidie ſupplicibus verbis, Sacrificiis, donis, votis Deum obſecrarent, illumque placabilem redderent, atque in caſtris ipſis divina Myſteria peragerent. Triplex illa hinc orta eſt Fratrum S. Johannis diviſio, in *Equites*, *Capellanos*, & *Servientes* [1]

Porro

1 Haec quidem opinio a majoribus tranſmiſſa nullam apud noſtros habet dubitationem. Ceterum in *Regula* Fratris Raymundi inſerta litteris Apoſtolicis PP. Bonifacii VIII. An. 1302., quam tenet Codex Vaticanus [illegible], totus Ordo in duas deſcribitur claſſes, *Clericorum*, & *Laicorum Fratrum*. Facile autem mihi perſuadeo in Comitiis, quae ipſe Raymundus haberi voluit ad leges ſuas, & cum neceſſitate ferendas, tres ejuſmodi ordines fuiſſe conſtitutos.

At non poſſum hic mihi temperare, quin pauca dicam de celebri quodam, pictoque Codice, quem Pariſiis altero ab hinc retro anno ad Celſiſſimum Principem Emmanuelem PINTVM M. M. miſit illuſtris Bajulivus Fronſiacius, noſter apud Regem Chriſtianiſſimum Orator. Continet ille Ichnographiam monumentorum ſepulcralium M. Magiſtrorum Ordinis a Fr. GERARDO uſque ad Fr. CARRETTANUM. Narrabat autem in Epiſtola ad M. M. optimus Eques conterraneum ſuum Marchionem *de Guilleragues* circa An. 1670. dum Byzantii apud M. Turcarum Imperatorem Legatione fungeretur, Rhodum pictorem quendam miſiſſe, ut Rhodum navigaret, ibique ſepulcra Praeſidum noſtrorum graphice deſcriberet; quod ille tam diligenter, affabreque praeſtitit, ut nihil ſit harum graphidum elegantius. Tanti autem Codex viſus eſt Gallis litteratis nonnullis, ut eorum hortatu Ch. Bajulivus multo auro commutaverit. Titulos uniuſcujuſque monumentorum adjicimus, & ad Iuliani ſermonis, *artiſque lapidariae* rationem exaratos; ſpecimen dabimus, eas recenſentes Inſcriptiones, quae cum his noſtris in ſacros Ritus obſervationibus apprime cohaerent.

RAYMVNDO PODIO PRIMO XENODOCHII M. M.
TRADIDIT EIS RITVM
PRECANDI ET PALLIVM
CRVCE ALBA OCTOGONA
SIGNATVM

ROBERTVS (*de Syria*) MAG. OPTIMVS RELIGIOSISSIMVS
ACCEPTVS SINGVLARI PIETATE ET INDVLGENTIA
FVLSIT. INTERCAE SANCTISSIMIS CAEREMONIIS DE-
FVNCTORVM MANIBVS PERSOLVENDIS INSTITVIT.

NOBILISS. ROGERIO A MOLENDINO
OB REM [illegible] DOMI MILITIAEQVE
PIE ET SAPIENTER ADMINISTRATAM
AC AVCTVM SACERDOTVM HONOREM
ET INSTAVRATAM SANCTIONEM TRADITIONVM
RAYMVNDI A PODIO HIEROSOLYMITANI
MILITES STATVERVNT.

Luſit profecto, ingeniumque ſuum, atque otio abuſus eſt, qui omnia haec conditoria columnis [illegible], aut maeniolis, aut ſtylis, loculamentis, ſignis, caelaturis, Placentinorum capitulorum [illegible], anaglyptis, coronis, emblematis nunc Dorico, nunc Corinthio ordine perornavit, Graeca inſcripſit apophthegmata, epitaphia ubique addidit perhonorifica. Sed quod ait Cicero, fides omnis deleritur tanquam foſſili deciderit. Quis enim eſt tamen doctus ſi paullo diligentius inſpexerit, qui ſtatim totum opus non animadvertat commentum eſſe hominis eruditi quidem, ſed qui oblectandi animi cauſa, poſt captam Rhodum, haec omnia quae calamo, quae penicillo deſcripſit? Et ſane, Solymanus Turcarum Rex XI. Rhodios ad deditionem compulit Anno 1522.; quis vero

credat

Porro etſi ſumma in omnes omnino Fratres poteſtas, & auctoritas Magiſtro, vel Concilio data atque conceſſa ſit, iiſdem tamen Capellanis Praepoſitus deſignatus fuit, qui eſſet Sacrorum Antiſtes, & Epiſcopalem in modum ſacra omnia curaret, atque decretum, ut PRIOR ECCLESIAE S. JOHANNIS diceretur. Huic uni praeclara honoris inſignia, atque ornamenta, tum maxima jura, ac privilegia identidem a Pontifice Maximo tributa, ut ſumma dignitas, atque amplitudo in eo ſita videatur, & quod multo ſplendidiſſimum

[illegible]

[illegible]

diſſimum eſt, quum ſacrificat, magnifico apparatu, certiſque Caeremoniis tum ab eo, quum a ceteris, qui miniſtrant, omnia perficiuntur. Sed antequam Ritus nonnullos peculiares, obſervatuque digniores, qui obtinent in Eccleſia S. Johannis Hieroſolymitani, patefacere, atque expendere inſtituam, ſeriem ac ſucceſſionem PRIORVM deliberavi omnium primus in lucem edere: illam enim facile intelligebam cum his, quae ſcribo apprime congruere, & eſſe praeterea graviſſimam, atque intactam Hiſtoriae noſtrae partem. Is autem maxime fructus percipietur, ut nonnullorum Rituum origo poſſit hinc perſpicue demonſtrari, & cuivis exquirenti diſciplinam ſatis eluceat, haec viſibilia religionis ac pietatis ſigna conſulto, & cum cauſſa fuiſſe inſtituta.

SERIES, ET CHRONOTAXIS PRIORVM ECCLESIAE S. JOHANNIS HIEROSOLYMITANI.

I FRATER PETRVS DE CRATO Gallus Etſi in Chartophylacio Prioratus, atque etiam in mutilo quodam Elencho, qui illic adſervatur, nulla prorſus de hoc homine mentio reperiatur, attamen ab illo noſtram ſeriem eſſe inchoandam exiſtimo. In Epiſtola Magni Magiſtri, quae habetur in Codice Diplomatico tom. I. num XLIV. inter teſtes, qui ſubſcripſerunt, primus occurrit *Frater Petrus de Crato Clericorum Magiſter, & Eccleſiae Cuſtos*. Quid ni PRIOREM fuiſſe dixerim, quum ceteris Clericis praeeſſet? Nomina autem *Magiſtri*, & *Cuſtodis* norunt Hiſtoriarum noſtrarum periti, ſaepe pro altero *Prioris* uſurpari [1]. Sed qua aetate hoc munus objierit liquido non conſtat, propterea quod Anni nota huic chartae deſit; illud tamen indubium, hanc dignitatem tenuiſſe ante An. 1167, quo ſcilicet Frater CASTVS totius Ordinis Praeſes, & moderator delectus eſt; eidem namque Epiſtolae una cum noſtro Fr. Petro ſubſcripſit *Fr. Caſtus Theſaurarius*.

II FRATER BERNARDVS Gallus Eidem provinciae adminiſtrandae praepoſitus fuerat tempore M. M Rogerii de Molendinis. Conſtat ex bina illius ſubſcriptione altera An. 1181. (*Cod. Diplom. I. num. 69., & 77.*) in quarum prima *Frater Bernardus Prior*

[1] Matthaeus Paris Monachus Albanenſis Hiſtor. tom. I. ad An. 1253. de Henrico Rege III. *Cui Magiſter Hoſpitalis, quem Priorem appellant, reſpondit &c. edit. Londini 1640.*

Prior Clericorum Hoſpitalis, in ſecunda vero *Fr. Bernardus Eccleſiae Hoſpitalis S. Iohannis Prior* nuncupatur. Verum quia veterrima noſtri Ordinis documenta ob temporum varietatem, fortunaeque viciſſitudines partim deperjere, partim hac illac diſtracta forte adhuc deliteſcunt, fieri haud potuit, ut haec ſeries certo, conſtantique ſuo ordine a nobis contexeretur. Sane Fr. Bernardus, & Fr. Simon, de quo mox dicam, ſpatio CXXIII annorum diſtant, ut certum ſit, alios plures officia & partes Prioris inter utrumque ſuſtinuiſſe, at omnis nobis irritus ceſſit labor, omniſque fruſtrata eſt noſtra inquiſitio, ut qui fuerint deprehenderemus. Mutila igitur, & hiantia ſcribere cogimur, niſi praeplaceat dicere hoc intervallo Sacra Praefectura eſſe functos, FR. HYLARIVM, & FR. WILLELMVM, quorum Primus An. 1199. ſubſcripſit Epiſtolae Boëmundi Principis Antiochiae ſic. *Fr. Hylarius Capellanus*, alter in Diplomate Leonis Regis Armeniae An. 1214. inſcribitur, *Fr. Willelmus ſcriptor Domini Magiſtri Capellanus*. (*Cod. Dipl.* I. 82. *&* 100.) Nam quum hi a Sacris eſſent Magni Magiſtri, ac per ea tempora Eccleſiarum Rectores, teſte Cangio [1], *Capellani* quandoque vocarentur, ſuſpicari quis poſſet hos duos in numero *Priorum* eſſe habendos. Certe hoc *Capellani* nomine peculiare inter Clericorum coetum officium olim indicatum utcumque conjecto, ex quo alii ejuſdem Claſſis Fratres, *Sacerdotes* tantummodo nuncupari animadvertam. Ita in Charta An. 1243. (*C. D. I. num.* 116.) *Fratris Giraudi Pitavini Sacerdotis dicti Prioris* (S. Aegidii) *Fratris Bernardi Sacerdotis Domini Comitis Tholoſae* Nihilominus non tanti fuiſſe exiſtimaverim, ut qui illud obtinuiſſet, Clero univerſo praeeſſet, tum quia ad An. 1174. quo Prioratu fungebatur Fr. Petrus de Crato, alterius *Capellani Fratris Bonelli* nomen lego, (*C. D. I.* 54.) tum quia a ceterorum diplomatum, Statutorum, & conſuetudinum ſtylo, ac ratione id longiſſime abhorret.

III. FR. SIMON CIRAXERI Graecus. Fuit is a M. M. Folcho Villareto in Priorem aſſumptus Anno Chriſti MCCCIX., primuſque Rhodi extitit, penes quem religionum colendarum auctoritatem reſediſſe comperimus.

IV. FR. PETRVS PLANCIVS (*de Plancy*) Delphinas. In Generalibus comitiis Agathopoli An. MCCCXXX. ſub M. M. Helione de Villanova habitis, inter *Magnae Crucis Bajulivos* adlectus: quae quidem

[1] *Gloſſar. ad hoc verbum.*

quidem ampliſſima dignitas ex eo tempore ceteris Prioribus collata eſt.

V. FR. PETRVS BLANTERIVS Gallus. Quum egregii ac integerrimi noſtri Equites apud PP. Clementem VI. per calumniam, malitiamque fuiſſent delati, Majoris Concilii decreto Blanterius Romam mittitur An. MCCCLI., qui nedum Fratres omni culpa purgat, omnemque Pontifici eximit ſuſpicionem, verum etiam veterum legum moderamina quaedam impetrat. An. MCCCLIV. Rhodum revertitur; quumque F. Petrus Cornilhanus fuiſſet M. M. de Villanova ſucceſſor datus, comitiaque haberentur, curat, *Officium Sanctae Crucis*, quavis Feria VI non impedita a Clero S. Johannis, Apoſtolicae Sedis conceſſu, recitari. Confer *Statuta tit. II de Eccleſia num. IX.*

VI. FR. NICOLAVS SOLERIVS Belga An. MCCCLXIV. Blanterio ſufficitur. Biennio poſt quum M. M. Raymundus Berengarius Avenionem petere, & Sanctiſſimum Patrem Vrbanum V. adire conſtituiſſet, Fr. Nicolaus una cum *Magno Admirato*, communi Fratrum ſuffragio ſocius itineris illi datus eſt, & *Conventus Procurator* delectus. Tum Pontifex quum in Italiam ſe conferre deliberaſſet, ipſa Praetoria Navi noſtri Ordinis, qua uſus fuerat M. Berengarius, Maſſilia Januam uſque ſubvehi voluit. Sunt qui ajunt Vrbanum non Rhodigiae, ſed Venetae Claſſis navem ad transfretandum conſcendiſſe, quod id tradi videant a Leonello in continuatione Chronici Guillelmi de Nangiaco [1], atque in *Curis ſenilibus* Franciſci Petrarchae [2]. Sed tum magna, quae intercedebat inter Pontificem, & Magiſtrum amicitia, cum ipſa Berengarii, ſocii itineris, dignitas cuique facile ſuadent, noſtrorum ſententiam, quae eſt etiam Labbaci in Chronologia Hiſtorica [3], longe eſſe probabiliorem. Re enim vera ut primum Januam appulit Pontifex, *pro ſua manſione deſcendit ad domum S. Iohannis Hieroſolymitani, in cujus Eccleſia in die Aſcenſionis Domini ſolemniter celebravit* [4]. Pontifici Sacris operanti adfuere M. M., & Prior, quorum obſequentiſſimo famulatui, ut vices rependeret Vrbanus, utrique, ac Ordini univerſo maxima indulſit privilegia. Interea optimi Equites ne beneficii memoria intercideret, marmoreae tabulae defigendam curarunt [5]. Poſtquam

1 Apud Dacherium *Spicilegii* tom. XI.
2 *Lib. XV. epiſt. V. Baſileae* 1581.
3 *Part. II. Pariſiis* 1675.
4 *Vita prima Vrbani inter Vitas Paparum Avenionenſium Baluzii* p. [illegible] 377. *Pariſiis* 1693.
5 Quae eſt hujuſmodi.

VRBA-

quam Claſſis Rhodum ſe ſe receperat, Anno MCCCLXX. Comitia Generalia habita ſunt, quorum conſulto meritorum, laborumque ſuorum praemium tulit Solerius; nam XXV. Florenos ſingulis annis Priori Eccleſiae ex communi Aerario in perpetuum pendendos conſcripti Patres decreverunt. Enituit etiam Solerii prudentia, & auctoritas in diſſidiis componendis, quae poſt Berengarii obitum oborta ſuerant inter Legionem Provincialem, atque Italicam.

VII. FR. PETRVS BVISSONVS Gallus An. MCCCLXXX Eccleſiam per ea tempora miſere ſollicitam habebat teterrimum Schiſma, ſive *omnium Schiſmatum, quae antea fuerunt peſſimum, & ſubtiliſſimum; adeo enim perplexum fuit, ut etiam doctiſſimi, & conſcientioſiſſimi viri non valerent diſcutere cui eſſet magis adhaerendum* [1], nam & Vrbano VI Romae commoranti, & Clementi VII. Avenione degenti favebant Reges, populi, viri etiam cum litteris, tum pietate inſignes. Exemplis abſtineo, quae vel a Theodoro Hiem in hujus Schiſmatis Hiſtoria [2], vel ab aliis proferuntur: ſed illud urgeo, excuſandum ſane noſtrum Buiſſonum, ſi una cum M. M. Johanne Ferdinando de Heredia in partes Antipapae Clementis venit, ſi Anno 1382. *Procurator Conventus* a Majori Concilio delectus, M. Magiſtrum Avenionem proficiſcentem comitatus eſt, ſi Valentiae his Comitiis interfuit, quae Antipapae hortatu indicta fuerunt. Equidem vehementer conqueſtum ſcimus Vrbanum, juſſiſſeque, ut vectigalia, quae a Germanis Magiſtro pendebantur, Pontificio ſuo Fiſco inferrentur, imo Herediam exauctoraſſe, eique novum Magiſtrum Richardum Caracciolum ſuffeciſſe [3]. Sed quum adhuc Epiſcoporum, Principum, populorumque diſcreparent ſententiae, totuſque Ordo in contraria ſcinderetur, quis ex duobus eſſet cano-

VRBANVS SANCTISSIMVS PAPA V. EVNDO ROMAM IN HAC ECCLESIA S. IOHANNIS HOSPITALIS FVIT, ET DIE ASCENSIONIS DOMINI IN MAGNO ALTARI MISSAM SOLEMNITER CELEBRAVIT. ERANT CVM EO OCTO CARDINALES ET MAGISTER HOSPITALIS ORDINIS HIEROSOLYMITANI CVM ADMIRATO CONVENTVS ET PRIOR ECCLESIAE RHODI CVM MVLTIS FRATRIBVS DICTAE RELIGIONIS. PRIVILEGIVM DICTAE ECCLESIAE MVLTARVM INDVLGENTIARVM PRO AD IPSAM VENIENTIBVS RELIQVIT. MCCCLXVII.

1 Wernerus Rollewink in *Faſciculo Temporum* apud Johannem Piſtorium *Scriptores rerum Germanicarum tom. II. Ratiſbonae* 1731.

2 *Hiſtoria de Schiſmate inter Vrbanum VI. & Clementem Antipapam. Baſileae* 1566.

3 Rainaldus ad An. MCCCLXXXVII.

canonice aſſumptus, liberationem culpae, erratique veniam facile ſibi vindicat noſter hic Prior; nam praeclare ſcribit B. P BENEDICTVS XIV. *Verum Schiſmaticum non eſſe, qui in dubia facti quaeſtione illi adhaeret, quem una cum pleriſque aliis, ſimilia ſentientibus legitimum putat Pontificem, a quo tamen recedit, ſtatim ac deprehendit eum talem non eſſe* [1]. Bona igitur fide in tanta opinionum varietate Buiſſonus Clementis potius, quam Vrbani partibus ſtuduit.

VIII. FR. GVALTERIVS DE GRASSIS Gallus An. MCCCCVII., quo Buiſſonus, poſtquam ſacra omnia XXVII annorum ſpatio curaverat, vitam poſuit, Clero S. Johannis Hieroſolymitani praeficitur Philibertus de Naliacco, qui tum ſummam rerum apud Rhodios adminiſtrabat, quum bellum in barbaros animoſius ſuſcipere conſtituiſſet, Oratorem nullum eſſe cenſuit dexteritate, conſilio, eloquentia Fr. Gualterio praeſtantiorem, quem ad Chriſtianos Principes mitteret, ut ſubſidia imploraret. Legationes igitur, & illuſtres, & graviſſimas feliciter obivit, ipſique Magiſtro, quum Alexandrum V. convenire deliberaſſet, quocum de Ordinis negotiis erat agendum, comes adjunctus eſt. Et quia optimae diſciplinae amantiſſimus, noſtrarumque conſuetudinum prudens, & gnarus habebatur, in Comitiis Niceae An. 1414. habitis cenſor eſt delectus, ut ſi quid a legibus abnorme deprehenderet, in melius corrigeret, atque inſtauraret Sed teſtatior memoria, & ad famam ipſius celebrandam inſignior, quod Patres Concilii Conſtantienſis An. 1417. Seſſ. XLI. dum Schiſmati funditus tollendo, creandoque Pontifici, cui Chriſtianus Orbis concordi animo pareret, ſtudia omnia intenderent, Fr. Gualterium inter *Electores* adſciverint [2]. Qui enim Cardinalibus adjuncti, niſi Praeſules, qui in ſumma laude eſſent, & pietatis, doctrinaeque commendatione probatiſſimi? Senio jam confectus deceſſit Naliaccus, ſed antequam in illius locum Fr. Antonius Fluvianus ſufficeretur, ſpatium interceſſit duorum Menſium, quibus Gualterius Magiſtri occupavit vices

IX. FR. BERNARDVS DAVELLIVS (*d'Avelly*) Burgundius An. MCCCCXXVII Clero praepoſitus, extremum vitae diem morte confecit An. MCCCCXXXIV.

X. FR. IOHANNIS MORELLVS Gallus. Eodem Anno, die XXI. Novembris

1 *De Canoniz. SS. lib. III. cap. XX. num. 7.*
2 V. *Hiſtoire du Concile de Conſtance par Lequen Lenfant, livre V. à Amſterdam 1714.*

vembris Eccleſiae cura illi mandata eſt. Hic quum ſaepe animo volveret exempla Auguſtini, Poſſidonii, Euſebii Vercellenſis, aliorumque Patrum, qui una domo Clericos aggregantes, communi vitae nexu illos devinciri ſtudebant, videnſque id ipſum commendaſſe Concilium Toletanum, Turonenſe, Moguntinum, Capitularia Caroli Magni, & Pipini, diſertiſque verbis juſſiſſe Concilium Pontigonenſe Can. VIII., ut qui praeſunt, *proximum Eccleſiae ſuae Clauſtrum inſtituant, in quo ipſi cum Clero ſecundum Canonicam regulam Deo militent*[1], aedem *Canonicam* fabricavit prope Templum *Conventuale*, ut Presbyteri, Diaconi, ac Clerici noſtri Ordinis in illam recepti, ſanctiorem ſervarent ſocietatem, vitam dignam homine ſacro ducerent, & Eccleſiaſticis miniſteriis obeundis forent paratiores. Quod igitur Paullus Diaconus celeberrimo Metenſi Praeſuli Codegrando laudi vertit, inquiens: *hic Clerum adunavit, & ad inſtar Coenobii intra Clauſtrorum ſepta converſari fecit, normamque eis inſtituit, qualiter in Eccleſia militare deberent*[2]: hoc ipſum Rhodi, propoſito ſucceſſoribus ad imitandum ſanctiſſimo, ac pernecеſſario exemplo, noſter Morellus egregie praeſtitit. Quum nova domus infirmis excipiendis eſſet a ſolo excitanda, ampliſſimi, magnaeque impenſae aedificii ordinandi cura ipſius diligentiae, ac peritiae concredita fuit. Sed quanta gratia, & auctoritate valeret multo clarius patuit, quod temporibus difficillimis Andrianopolim ad Amuratem II. Turcarum Regem Legatus miſſus, arduis ſane negotiis praeclare functus ſit. Anno 1446. Eugenius Papa IV. Comitia quaedam privata Romae in aedibus Vaticanis a noſtris haberi voluit, controverſiis ac quaeſtionibus nonnullis pacifice definiendis. Magno M. Johanni Laſticho ea de cauſa litteras dedit, ut aliquos Romam mitteret ex nobiliſſimis ſuis Fratribus, quos noviſſet ſapientia, probitate, juſtitia eſſe prima Ordinis lumina, & ornamenta. Statim in Morellum omnium ora, atque oculi converſi ſunt, iſque unus *Magiſtri Locumtenens* ab Equitum Senatu creatur. Adeo operam ſuam hiſce in Comitiis Ordini univerſo probavit, ut hominem benemeritiſſimum perhonorificis praemiis afficiendum decreverit. Diſceſſerat e vita per eos dies Archiepiſcopus Rhodi, tum M. M., Ordiniſque Proceres jure ſibi attributo[3], Fr. Morellum ſubſtituendum ſanxerunt; cujus prudentia, aequabilis

1 An. DCCCLXXVI. ſub Carolo Calvo, pag. 204. Pariſiis 1631.
2 Vide Bucbelinum, Hiſtor. Franc. Ann. 12. 3 Confer pag. 110.

pietas, illibatique mores, quum eſſent Eugenio cogniti atque perſpecti, is nedum novi Antiſtitis *nominationem* ratam habuit, ſed illum Anno inſequenti ſollemnibus caeremoniis ipſemet conſecravit.

XI. FR. MICHAEL CASTELLACCIVS Italus Anno MCCCCLV. diſpiciens Morellus tum aetatis flexu, cum laborum contentione, ac diuturnitate vires elanguere, ideoque utrique officio, Archiepiſcopi, & Prioris obeundo ſe imparem ſentiens, Prioratu ſe abdicavit, Caſtellaccius autem, qui tunc Rhodi *Iudicis appellationum* perſonam probe recteque ſuſtinebat, illi ſubrogatur. Publicorum negotiorum procuratio in Romana curia gerenda M. M. Jacobi Millii (*Milly*). Majoriſque Concilii decreto huic continuo tradita commiſſaque eſt, quare Rhodo abſcedens in Vrbem venit. Interea Rhodi operae ipſius vicarius ſupponitur Fr. Gherardus Lordemellus Gallus. Multa a PP. Calliſto III. impetravit privilegia, quibus Prioris Eccleſiae auctoritas *in ſpiritualibus* amplificata eſt. Et quo magis dignitas illius novi honoris acceſſione augeretur, Pius PP. II., totius Ordinis rogatu, Fr. Michaelem Epiſcopum Paphi Ann. 1457. inauguravit. Ann. 1460. binae Venetorum Triremes a Saracenis mercatoribus conductae, jure clarigationis a noſtris interceptae fuerant, diſſenſio proinde inter Rempubl. & Rhodios enata, quae animos aliquanto diſſociavit, noſtroſque maxime exaſperavit, qui etiam in Regno Cypri multa a Venetis moleſte tulerant. Sed Caſtellaccius, cujus in conſiliis capiendis ſumma erat ſagacitas, ad pacem conciliandam, veteremque armorum ſocietatem novo foedere conſtabiliendam Venetias ablegatur. Millius interim moritur, & Raymundus Zacoſta concordi ſuffragatione, licet abſens, M. Magiſter appellatur. Dum hic Rhodum properat, Priori Eccleſiae jura omnia Magiſterii ſervanda concreduntur.

XII. FR. JOHANNES RANVCCIVS Italus An. MCCCCLXIV., qui quum aetatis eſſet provectioris, mature deceſſit, & Prioratum nonniſi XX. Menſium ſpatio obtinuit. Eſt tamen aliquid de Ranuccio praedicandum, & poſterorum adprobatione digniſſimum. Quum duos deceſſores ſuos, utpote Epiſcopali dignitate praefulgentes, capite Mitra redimito, & infulato, Baculo paſtoritio, Caligis, Chirothecis, Anulo, Flabellis, pluribuſque inſervientibus Miniſtris ſacrificare ſummo Deo vidiſſet, totius Cleri, ſuique ipſius dignitati conſonum putavit, ſi coeptae ſollemnes caeremoniae continuarentur, omneſque impoſterum Cleri moderatores hoc ipſo ſplen-

ſplendido apparatu Sacrificium publice facerent. Apoſtolicae itaque Sedis permiſſu ex eo uſque tempore in hodiernum diem Praepoſiti Eccleſiae S. Johannis ſine ulla intermiſſione Pontificalibus indumentis uſi ſunt ad rem divinam peragendam. Nec eſt cur quiſpiam haec privilegia noſtris Prioribus invideat, aut in illos ea contorqueat, quae ad Abbatem Maniacenſem ſcripſit Petrus Bleſenſis[1], *inſignia Epiſcopalis Eminentiae* nonniſi Epiſcopum decere. Privilegium Praepoſito Eccleſiae S. Johannis irrogatum, nec inuſitatum, nec illius incongruens dignitati. Abbatibus in eorum benedictione *Baculum*, & *Pedulem* datum legimus in Poenitentiali Theodori[2]: *Dalmaticam*, & *Sandalia* Abbati Monaſterii S. Vincentii Metenſis a Johanne Papa XIII. attributa fuiſſe conſtant[3], Saeculo XI. Canonicis Eccleſiae Veſontienſis *Dalmaticam*, *Mitram*, *Sandalia*, *Chirothecas*, eorumque Decano *Anulum* conceſſum accepimus[4]; Saeculo XII. Pontio Abbati Cluniacenſi *Pontificalium uſum* a PP. Paſchali II. permiſſum compertum eſt[5]. Quare nedum nobiliſſimo, & perveteri, ſed uſu ipſo confirmato privilegio gaudet noſtri Ordinis ampliſſimus Clerus.

XIII. FR. JOHANNES PUGALTUS Italus. Ann. MCCCCLXV. In omnibus rebus ſingulari fuit prudentia, & induſtria, ſed potiſſime cum in tractandis, conficiendiſque domeſticis, & aleae plenis negotiis, tum in dirimendis controverſiis, quae Ordinem ipſum, Venetorum Rempubl., Regemque Cypri iterum perturbabant. Magni etiam opera ejus aeſtimata eſt, quum Zocaſta ad Comitia Generalia Romam migrans, Pugalto res omnes vicario munere Rhodi adminiſtrandas commiſit. Eſt illud inter noſtros uſitatum, ut typi Sigillorum, quibus Comitiorum decreta communiri, & auctorari ſolent, ſacculo occludantur, qui minori ſigillo a primoribus Bajulivis obſignatur[6]. Primas partes ſibi concedi oportere con-

1 *Epiſtola 92. edit. Pariſienſis Petri de Gouſſainville 1667.*

2 *Poenitentiale Theodori, part. I. art. IV. Lutetiae 1677.* Ad. etiam Mabillonium *Praefat. ad ſaec. IV. Benedict.*

3 V. Dacherii *Spicilegium tom. V. & Scriptores Brunſvicenſes Leibnitii tom. I. pag. 301.*

4 *Veſontio Monumentis illuſtrata part. II. Lugduni 1618.*

5 *Bullar. Cluniacenſe pag. 37. Lugd. 1680.*

6 In veteri Statutorum Libro Membranaceo Archivi Melitenſis ſignato num. 6. pag. 88. legitur. *Ad ſubmovendas omnes fraudes, quae in litteris ſigillandis fieri poſſunt, ſtatuimus, ut alteram formarum, in qua eſt Hoſpitale impreſſum, cuſtodiat Magiſter cum ſigillo ſuo burſa clauſa & ſigillata; altera forma, in qua ſunt ſeptem Bajulivi impreſſi, a Magno Praeceptore & Theſaurario in domo Theſauri ſub duo ſigillata burſa conſerventur ſub ſigillis Magiſtri, Prioris Eccleſiae, & ſeptem Bajulivorum &c.* Ex quo utrumque ſigillum Bullae Magiſtralis, alterum Conventualis neceſſariis appoſitum intelligitur.

contendebat Fr. Petrus Raffinus *Magnus Commendator*, ſed re diſputata, cautum fuit, deberi Priori Eccleſiae, tamquam primo Ordinis Bajulivo. Cultus Dei amplificandi fuit perſtudioſus, utque Fratres Capellani ad preces Divinas ſtatis horis fundendas quotidie in Templum convenirent, curavit. Quo in loco Lectorem admoneam, par eſt, in Aede S. Johannis ea in *Divinis Officiis* praeſtari, quae veteres Rituales libri Eccleſiae Romanae ſervanda voluerunt. Eſt illic *Schola Cantorum*, conſtans Clericis, Subdiaconis, Diaconiſque, tunica linea laxatis manicis indutis, ut ab Amalario Metenſi jam uſque a Saeculo IX praeſcriptum [1] Adſunt Cantorum *Primicerii*, ac *Secundicerii*, quorum munus, teſtibus Benedicto Canonico, & Cencio Camerario [2], eſt, *ſignum dare, praeintonare, cantica ordinare*. Quodque noſtri Cleri diſciplinam, & antiquorum rituum obſervationem ſummopere commendat, illic primi Cantores, *Cappam* (quae poſtmodum *Pluviale* dicta eſt) induunt, *Baculos manibus portant, ut qui ipſi properant, alios ſecum invitare ſatagant*, quemadmodum ab Honorio Auguſtodunenſi legimus fuiſſe Saeculo XII. factitatum [3]. Pugalto igitur debetur mira illa noſtri Cleri in optimis caeremoniis retinendis accuratio, aſſiduitas illa, illud modeſtiae, & decoris ſtudium, quod advenas quoſque Baſilicam Melitenſem ingredientes, totos ad ſe convertit, & rapit

XIV. FR. PETRVS PAPEBVT Graecus, Prior electus initio Menſis Junii An. MCCCCLXXVII, quo mortem oppetiit Pulgatus. M. M Johanni de Urſinis in omnibus rebus ſummam exhibuit fidem, eique in vitae exitu Chriſtiana praebuit adjumenta An. 1483. Sixtus Papa IV. Litteris datis Romae pridie Nonas Decembris, Priori poteſtatem tribuit conferendi *Ordines Minores*, & ornamenta ſacra benedicendi [4] Sub M M. Abuſſonio negotium illi datum eſt, ut una cum aliis viris doctis de veritate DEXTERAE S. Johannis a Bayazete miſſae ſedulo inquireret Reliquiam deinde ipſe in Templum ſollemni pompa detulit, concionemque eo die ad populum habuit eloquentiſſimam. Impetratam a Sixto IV. facultatem, quam mox recenſui, Innocentius PP VIII cui Ordo erat cariſſimus, confirmavit, addiditque privilegium *Altaris Viatici*, ſeu *Portatilis*, terra, marique etiam tempore *Interdicti* adhi-

1 *De Officiis Eccleſiaſticis lib.* III. *cap.* 10. *Biblioth. PP. tom.* XV. *Liturgicos Hiſtorias*.

2 *Ordo Romanus* XI. *&* XII. *Apud Mabillonium Muſaei Italici tom.* II. *Pariſiis* 1689.

3 *Gemma animae*, *cap.* LXXXIV. *& ſeqq. Lipſiae* 1514.

4 *Regeſt. Cancellar. tom.* II. *Bullam idem confirmavit* BENEDICTVS XIV.

adhibendi; eiſdemque litteris, datis Kal. Maii An. 1485. Priori, ipſius Vicario, ceteriſque Presbyteris Capellanis facultatem fecit, ut ſemel in vita, mortiſque ſupremo articulo Fratres ſuos poſſent quibuſcumque vel criminum, vel poenarum Eccleſiaſticarum vinculis exſolvere ac liberare [1]. Pius Papa IV. ſub die 4. Martii 1661. privilegia ſic ampliavit, *ita quod Hoſpitales Fratres Capellani a quocumque Catholico Antiſtite ſub Romanae ſedis obedientia conſtituto Sacros Ordines, etiam extra tempora a jure ſtatuta, tribus diebus feſtivis ſuſcipere, & in quibuſvis tam Saecularium, quam Regularium Eccleſiis, abſque alicujus licentia, etiam Altari Portatili celebrare poſſent* [2].

XV FR. ANTONIVS DALBENCOVRTIVS Gallus. Die xx. Julii An. MCCCCLXXXVIII. Papeſuſtio ſucceſſor deſignatus fuit a Majori Concilio, quamvis tunc Rhodo abeſſet, ac in praediis ſibi commendatis moram traheret. Quoad vixit, virtutum laude crevit. Antequam de novo Priore in demortui Dalbencourtii locum ſubrogando deliberaretur, ſapientiſſimus Ordo, qui admirabili ſtudio Dei cultum, & honeſtatem Clericorum perpetuo ſpectavit, nonnullas leges condi voluit, quibus Liturgiae ſuus ſtaret honor, & optima diſciplina redintegraretur. Has quis legerit, ex veteribus Eccleſiae praeſcriptis, ex Conciliorum ſanctionibus, ex antiquis *Canonicorum* ſtatutis hauſtas eſſe intelliget. Igitur praeſtabit illas publica luce donare, ut majorum noſtrorum ſapientia, pietas, ſolerſque rerum omnium adminiſtratio pernoſcatur.

ANTI-

1 *Regeſt. Cancell. Bullar. part. II. fol. 14.* Altaris Portatilis uſum iterum conceſſit BENEDICTVS XIV. Vidimus in Tabulario ſupplicem libellum ad Innocentium, qui ſic reſcripſit. *Beatiſſime Pater. Cum devoti Oratores veſtri Petrus d'Aubuſſon Magiſter, Bajulivi, Priores, Praeceptores, & Fratres Religionis S. Iohannis Hieroſolymitani cupiant animarum ſuarum ſaluti conſulere, & ſpiritualibus muneribus refici, ſupplicant S. V. Iohannes Guandal Turcupelerius Rhodi, & Eduardus de Carmadino Praeceptor Langonis, ac Guillielmus Caourſin dictae Religionis Vicecancellarius Ambaſciatores, & Oratores pro dicto Reverendiſſ. Magiſtro, & Religione ad S. V. deſtinati.* Precibus illorum benigne reſcripſit Innocentius Anno I. Pontificatus ſui.

2 Edita eſt Papae Bulla ad calcem ſtatutorum.

ANTIQVAE CONSTITVTIONES
CLERI S. JOHANNIS HIEROSOLYMITANI

Ex Codice Membranaceo Tabularii Melitensis.

PRAEFATIO.

A laude de Dio & augumento del culto divino, correctione informatione de costume delli Sacerdoti & clerici dela Ecclesia de Santo Ioanni de Rhodi capo dele altre Ecclesie del Ordine hierosolymitano in Oriente, & ocidente per esoneratione del honore e conscientia de superiori in sequendo li devoti & honesti vestigii de predecessori costume laudabile e stabilimenti del predicto Ordine e di Ecclesiastici canoni per lo Rmo S. Card. & G. M. de Rhodo lo S. Fr. Petro daubusson & li RR. SS. del consilio ordinario si ordina le infrascripte ordinatione die XXVII. Mensis Semptembris 1495 ab Incarnatione.

I. *Che lo R. S Priore dela Ecclesia insieme sottopriore Sacerdoti Diaconi subdiaconi & Clerici desso Ordine residenti in Rhodo qui pro tempore fuerint in perpetuum debiano celebrare dire & cantare li divini Officii & hore con li matutini prima terza sexta nona vespere & Completorio: etiam le Messe la una dapoi laltra come si contiene in stabilimento bo. me. fra Iacobo de Milli olim Maestro & secondo le antique & laudabili consuetudine & stabilimenti alo tempo & hora debita annullando lo costume introducto de dire le complete imediate dapoi vespere, le quale se hanno de modo in antea da dire nel Crepusculo come prima si faceva* [a].

II *Che detti Sacerdoti Diaconi subjacoui & Clerici dela Ecclesia di Santo Ianni debiano essere presenti in detti Officii & Messe, dele quale non si possino manchare senza urgente necessita, & con espressa licentia del R. S Priore della Ecclesia qui pro tempore erit, li quali etiam officiando debiano havere questi conversazione & modi honesti decenti & convenienti al Clericato alias incorrino la pena de septena, & quarantena o vero de inobedientia a correctione del prefato R. S. Priore dela dicta Ecclesia* [b].

III.

[a] S. Basilius in Regula cap. [illegible] edit. Paris. 16[illegible] Ita habet: *Primo & [illegible]* [illegible] (usque Completorium) ut [illegible] [illegible] Quo loco notat Antonius Caracciolus C. R. antiquissimum ritum recitandi in Completorio Psalmum [illegible] Parisiis 1607.

[b] [illegible] ad [illegible] Divinarum laudum officia [illegible] S. Bernardus Sermone [illegible] in Cantica, [illegible] Cardinalis Bona de Divina Psalmodia cap. 16. Romae 1653.

III. *Che lo prefato R. S. Priore dela Ecclesia, qui pro tempore fuerit debia intereſſere in le matutine ogni giorno finanche fuſſe prepedito da Canonico impedimento etjandio ſia tenuto dicto R. S. Priore de celebrare Meſſa in pontificalibus tucte quante volte lo Rmo S. Gr. maeſtro preſente & futuro andara ala Ecclesia de Sancto Ioanni per eſſere ala Meſſa in li jorni ſtatuti & conſueti finmcha il dicto Priore fuſſe impedito di legitimo & Canonico impedimento per la quale ragione fuſſe eſcuſato da celebrare la dicta Meſſa* [1].

IV. *Che lo R. S. Priore & Sacerdoti li quali poſſedano le Capelle de defuncti per dire le Meſſe ſecondo la inſtitutione dela fundatione debiano officiare & dire le Meſſe & oratione inſtituite & ordinate per vigore dela fundatione ſenza alcuno mancamento etjandio tenere munde necti & puri li veſtimenti, & ſupellectile & luminario a uſo de eſſe capelle per inducere li audienti le Meſſe a devotione* [2].

V. *Che li predicti Sacerdoti Diaconi ſudiaconi & Clerici quando ſi fa proceſſione Dominicale o ſolemnemente debiano eſſere cum honeſto habito portando Mantello habito & ſimile in lo coro quando ſono in li Officii ſenza portare capello in teſta: & che quelli che ſono reveſtiti dele Caſule cappe & ornamenti Eccleſiaſtici le debiano decenter veſtire & portare & ſpogliandoſene metterli in lochi apti in ordine conveniente per conſervatione di quelli, & non così inepte tractare in deriſione & manchamento de buoni coſtumi* [3].

VI. *Che*

1 Jure, & ſapienter Synodus Provincialis [illegible] Cantatam *Miſſam* [illegible] Theodoſio [illegible] de traditione Divinae *Miſſae* [illegible] Vincentius Richardus C. R. [illegible] Salvatore noſtro (inquit S. Proclus) [illegible] *Apoſtoli* [illegible] Dominici Corporis [illegible] MISSAM [illegible]. (S. Procli *Analecta* pag. [illegible]. Romae [illegible].)

2 [illegible]

3 [illegible]

VI. *Che li dicti Sacerdoti & Clerici reſidenti in Rhodo debiano uſare & veſtire robe longe & non breve Chose immanti fine ale genochie & dretro fine a mezza gamba & che li Collari dele Juppone ſiano convenienti al collo & non alti & ſeparato dal collo & che lo petto non ſia aperto in modo che non ſi moſtri la camiſia & li quali ſiano di colori permeſſi per li ſtabilimenti circa le quale coſe lo R. S. Priore habia & facia diligentia acio non ſi contra faccia* [1].

VII. *Che li predicti debiano avere Corona & tonſura grande & conveniente a loro grado & non debiano nutrire Chioma & Cappelli longhi & prolixi ma proportionabiliter tonſi & raſi ale quali coſe ſiano conſtretti per eſſo R. S. Priore & obſervare raſura in le feſte ſolemne ſecondo vuole la conſuetudine, & dritto commune* [2].

VIII. In

[illegible]

[illegible]

VIII. *In obſervatione, & conſervatione di ſtabilimento non poſſino ne debiano andare ne paſſeggiare fora del Caſtello di Rhodi ſoli ma doi & doi con habiti honeſti & con licentia del dicto R. S. Priore niſi in tempo conceſſo per li ſtabilimenti tamen bini & bini aliter incorrino la pena deli ſtabilimenti* [1].

CONCLUSIO.

Que quidem omnes ordinationes fuerunt lecte per Vicecancellarium in Aſſemblea Capellanorum apud Eccleſiam S. Ioannis Colachi Rhodi preſentibus RR. D. Maneſcallo Turcupulerio & Priore Navarre, Commiſſariis ad hoc deputatis die XXVII. *Menſis Sept* MCCCCLXXXXV *ab Incarnatione. Quibus auditis dicti D. Capellani cum humili reverentia gratias agentes de monitis eas acceptarunt tamquam filii vere obedientie & promiſerunt adimplere cum Dei auxilio & clementia ut bonus odor divulgaretur ad honorem Dei & cultus divini.*

XVI. FR. JOHANNES FARSATUS Italus, kalendis Octobris An. MCCCCXCV., dum ad Prioris vices Clero praeeſſet, ad ipſum Prioratum evehitur. Bis in Comitiis An. 5497, & 1501 ſuffragium tulit de rebus graviſſimis. In poſterioribus ejus poſtulatu iterum ſancitum fuit, ut Prior, & Capellani Divinis Officiis jugiter intereſſent, indictaeque iterum multae, ſi quis contra fas deliquerit. Demortuo Abuſſonio Equites Emericum Dambaſium in Magiſtrum legerunt, cujus electioni calculo ſuo ſuffragatus eſt Farſatus. An. 1506 pridie Nonas Decembris Majoris Concilii auctoritate piiſſimum invexit morem, ut quavis *Feria* VI. *non impedita* pro totius Ordinis fauſtitate, atque incremento *Miſſa canetur*, utque votis propitius annueret Deus, intra Templi ſepta ſupplicatio fieret, in qua Sacerdos venerandum Sanctae Crucis Lignum devote circumferret.

ART. XVII.

raſura in le Feſte ſolenne. Similis forma habet in Concilio Avenionenſi An. 1337. Can. [illegible] *Quam raſuram ſingulis Menſibus radi facere tenentur*. Capillorum Coronam carpi, ut [illegible] Claudius Salmaſius in Epiſtola ad Andream Colvium *de caeſarie Virorum, & coma Mulierum*, *Lugduni Batavorum* 1644. ſed legendi [illegible] praecipue Gallo Chamillardus *de Corona, Tonſura, & habitu Clericorum*, *Pariſiis* 1659. Proſper Stellartius *de Corona, & Tonſura Paganorum, Judaeorum, & Chriſtianorum*. Duaci 1625. Franciſcus Hallerius *de Tonſura in Append. de Electionibus*. *Pariſiis*. 1636.

1 *S. Auguſtinus in Regula ad ſervos Dei*, quae habetur Operum ipſius edit. Maurinorum [illegible] tom. 1. cap. [illegible] inquit: *quando proceditis, ſimul ambulate; quum perveneritis, quo itis, ſimul ſtate*. Multo plura [illegible] in *Codice Regularum Holſtenii*, ſed ſolus [illegible] Auguſtinus, qui non Monachos, ſed Clericos alloquebatur. Clericos Ticinenſis Eccleſiae Saeculo [illegible] habitu quocumque procederent, ſcribit Author *de laudibus Papiae* apud Muratorium Diſſertatione [illegible] commemoratur. Plura [illegible] quae hiſce Conſtitutionibus illuſtrandis conferre hoc poſſunt in libro Caeſaris Benv. Cremo[illegible], qui inſcribitur. *de Vita, & Communitate Clericorum primitivae Eccleſiae*. *Conſtantiae* 1736.

XVII. FR. RAYMVNDVS RIOLXIVS Gallus, Anno MDX. labente, Prior renuntiatus. Pro ſumma, qua erat praeditus divinarum litterarum ſcientia, & Sacrorum Rituum peritia, juſſus eſt (ut pag. 310 diximus) *Breviarium* Ordinis emendare, & in accommodatiorem formam redigere: ac norunt eruditi quanta doctrinae copia opus ſit in his libris expurgandis. Jure igitur vir nedum gravitate, & vigilantia, ſed ſingulari ſapientia praeſtans habitus eſt. In beatam, aeternamque vitam mors illum tranſtulit An. 1519. Quum ſub id tempus Selimus I. Turcarum Imperator, debellato Iſmaelis Perſarum Regis exercitu, captoque Tomumbejo novo Cairenſi Sultano, parta victoria ſuperbiens, nihil magis averet, quam Rhodum expugnare, M. M. Carrectanus, totuſque Ordo ad id omnes merito referebat induſtriae nervos, ut Vrbem, & Inſulam arduis propugnaculis, continuatis aggeribus, pendenti vallo, & multiplici molitione firmaret, atque tormentis, machiniſque muniret: quocirca noſtri optimates imminenti bello coacti, nihil niſi arma pro Rei Chriſtianae tuitione animo agitantes, novi Prioris electione ſuperſedendum cenſuerunt, tradita M. M. poteſtate, ut unum, quem vellet, ex Fratribus Capellanis Vicarium muneri implendo deſignaret. Quatuor igitur ferme annis Prioratus vacavit.

XVIII. FR. LEONARDVS BALLESTRINVS Italus An. MDXXIII. In duriſſima, ac turbulenta his incidit tempora. Rhodi, cujus a pluribus annis Archiepiſcopus fuerat inauguratus, etiam poſt Ordinis deceſſum manſiſſet, niſi perfidus Solymannus II. datam fidem violaſſet. Inter plurimas deditionis leges convenerat, ut Graecis, Latiniſve, qui Rhodo nollent abſcedere, Chriſtianis ſuis inſtitutis uti liceret. At foedifragus Tyrannus [a] ſimulans Graecis velle favere, Balleſtrinum, Latini ritus Pontificem, Vrbe, & Dioeceſi ſua exterminavit. Adverſus ſceleſtiſſimos oppreſſores ars nulla erat reliqua: idcirco Balleſtrinus Scithiam Cretae Inſulae vicum cito adnavigavit, ut ceteros Fratres, qui illuc ſe receperant, conſequeretur. M. M. Villarius Archiepiſcopum lacrimans excepit, tum ſategit, ut in Eccleſiae Priorem ab univerſis Patribus eligeretur. Hic Ordinem ex Creta ſolventem, & Bajas, Meſſanam, Centumcellas proficiſcentem ſumma fide comitatus eſt, & ubique in of-

[a] *Nobis ſane videtur Antonius* [illegible] *1541. De Solymanno* [illegible] *quod verum* [illegible] *fide ſervarit,* [illegible]

in officio ſuo diligentiſſimam poſuit operam. Romam una cum Liſladamo, aliiſque optimatibus ſe contulit, multamque a Clemente PP. VII. inivit gratiam. Dum de Inſula ageretur, quae eſſet deinceps perpetua noſtri Ordinis ſtatio, Clemens Arcem Viterbii [1], proximamque SS. Fauſtini, & Jovitae aedem nobiliſſimis Militibus in domicilium, ſedemque permiſit. Sed Balleſtrinus, adverſa valetudine vires intercipiente, Romae conſiſtit, ibique tandem in gravius morbum implicitus extremum diem morte confecit.

XIX. FR. MICHAEL FONTIUS Hiſpanus An. MDXXVII. Statim ac M. M. Villarius vita ereptum accepit Balleſtrinum, virum integerrimum Fontium a Concilio ſubſtitui curavit. Electioni refragatus eſt neſcio quis ex Fratribus Capellanis, ad Generalia Comitia provocans: delationem expendit Concilium, & die XX. Maji dignitatem Fontio legitime, & rite collatam definivit. Anno inſequuto die XIII. Februari vivere deſiit Nicaeae, ubi Viterbio relicto, Ordo ſubſtitit, Sabaudorum Ducum benevolentia, ac liberalitate invitatus.

XX. FR. PONTUS LAURENZINUS Gallus die XVII. ejuſdem Menſis eademque in Urbe ſufficitur. Sacra omnia de more ſollemniter confecit in Aede *Praeceptoriae*. Sed jam D.O.M. animos nec diuturna peregrinatione, nec fortuna iniquiſſima, nec maximis anguſtiis languentes, ſed potius rerum ſuarum perturbatione afflictos omni ſollicitudine levare, eorumque infortuniis terminum ſtatuere decreverat; quare Carlo V. Imperatori hanc mentem dedit, ut Militiae Hoſpi-

1 Viterbii dum eſſem publicum Tabularium monumentaque omnia luſtravi ſi quid occurreret, quod de geſtis illic ab Hieroſolymitanis condocefieret. Sed ad id, quod quaerebam ne chartula quidem fuit obvia. Templum igitur adii SS. Fauſtini, & Jovitae: menti quidem incurrebant illuſtres animae, quae illic gloriosae fortitudinis, ac ſapientiae magna ediderant exempla, ſed oculis nihil ſe obtulit, niſi Capſula quaedam, & ſculptum, ſtemmate Liſladami notatum; exemplar imaginis Deiparae Philermitanae, & mutili aliquot tituli ſepulcrales, quos praeſtabit exhibere.

I.
FRATRUM ORDINIS S. IOHANNIS.

II.
FRATER PETRUS QUI OBIIT ANN. DOM.
MDXXVII. DIE VERO XIV. MENSIS IUNII.

III.
FR. . . . . RAINU. . . . . RICCI. IN
. . . . . SIGNES DE FORMIS.

IV.
LORIS. MILES HIEROSOLIT. . . . .

Primum illud epitaphium communi Fratrum ſepulcro impoſitum fuiſſe veroſimile eſt. Duo poſteriora mirifice depravata evulgavit Buſſius in Hiſtoria Viterbienſi.

Hoſpitalis Inſulas Melitae, & Gaulos, Arcemque Tripolis incolendas concederet. Itaque inſigni Diplomate dato in *Caſtellis franco die 24. Menſis Martii, tertiae Indictionis Anno a Nativitate Domini 1530 Regia auctoritate ſua, & conſulto, & motu proprio, per ſe, & heredes ſuos, & in Regnis ſucceſſores quoſcumque, admodum Reverendo M. M., Religioni & Ordini S. Iohannis Hieroſolymitani in feudum perpetuum, nobile, liberum, & francum Civitates, Caſtra, Loca, & Inſulas Tripolis, Melitae, & Gaudiſii &c. cum omnibus juriſdictionibus, mero, & mixto Imperio, jure, & proprietate utilis dominii, ac gladii poteſtate, ac omnibus aliis juribus & pertinentiis, exemptionibus, privilegiis, aliiſque immunitatibus* largitus eſt [a]. Tum *Philippus Magiſter, & Conventus, ac Bajulivi, Priores, Praeceptores, & Fratres in Civitate Syracuſarum congregati die 25. Maji maturo, & deliberato conſilio hujuſmodi donationem acceptantes* [b], Melitae ſedem figere decreverunt. Illuc Laurentinus una cum M. M., ac graviſſimo Patrum Senatu, die 26. Octobris ejuſdem Anni appulit. Verum Inſula illa, quae nunc nova exſtructa Urbe, commodiſſimis portubus, perpetuis munitionibus, publicis operibus, viis laxatis, excultis agris, Villis elegantiſſimis, magnificis Templis, maritimis negotiis, omniumque rerum copia perbeata eſt, quum in poteſtatem, ditionemque noſtri Ordinis venit, adeo habitatoribus erat infrequens, naturae opibus adeo anguſte inſtructa, domunculis miſere adeo apparata, ut natio illa omnem ſplendorem, omneſque ſuas fortunas Hieroſolymitanis acceptas referre debeat. Re enim vera Arce S. Angeli M. Magiſtro ad hoſpitandum data, ceteri Equites humiles piſcatorum caſulas habitare coacti ſunt. Prope ipſam Arcem Templum eſt Parochiale B. Laurentio Martyri dedicatum, atque hoc unum ſacris peragendis delegit noſtri Ordinis Clerus. Laurentinus, qui Deiparam impenſe colebat, aediculam quantocius eo in Templo conſtrui fecit, in qua Graecam Iconem vetuſtate, & religione ſacerrimam B. Virginis *de Philermo* collocavit, mandavitque Fr. Antonio Rigo Legionis Italicae Capellano, & Pro-Priori, ut cultum illius omni ope curaret. Anno 1532. die 11. Decembris Venerandi Concilii juſſu lex lata eſt, ut quoties conventus celebraretur, qui apud noſtros *Aſſemblea dello Sguardio* appellatur, eidem Prior Eccleſiae praeeſſet. Quum Anno ſuperiore ex hominum vita deceſſiſſet Balthaſſar

Walt-

a *Cod. Dipl. tom. II. num.* [illegible] b *Ibidem num.* [illegible]

Waltkirch Epiſcopus Melitenſis, Sacer Equeſtris Ordo (quod cum Carolo V convenerat) tres ex claſſe Fratrum Capellanorum, ſcilicet Laurenzinum, Thomam Boſium Aſtenſem Ordinis Pro-Cancellarium, & Dominicum Cubelleſium Pro-Regi Siciliae propoſuit, qui Boſium in demortui Antiſtitis locum ſufficiendum Domno Apoſtolico *praeſentavit*. Laurenzinus ſatis longo vitae ſpatio peracto, lucis uſuram amiſit v. kal Februarii A. 1539. Corpus ſepulcro redditur eadem in Aede S. Laurentii, quae tunc *Conventualis* putabatur.

XXI FR. DOMINICUS CUBELLESIUS Caeſaraugustanus kal. Februarii ejuſdem Anni Eccleſiae praeficitur. Hic ita vixit, ut omnibus merito eſſet cariſſimus, ideoque decem elapſis menſibus, poſt Boſii obitum Paullo P. P. III. *praeſentatus* fuit, atque ab eodem Epiſcopus Melitenſis creatus.

XXII. FR ANTONIUS DE CORONIA Rhodius. An. MDXL. IX. kal. Februarii. Majoris Concilii ſanctionem illius poſtulatu promulgatam praeſtabit ex libro Decretorum exſcribere. Quaeſtio per eos dies excitata eſt inter Priorem, & Epiſcopum, cui nam primum poſt M. M ſubſellium in Concilio deberetur. Contendebat Cubelleſius decere Epiſcopum ſanctiſſima, ac praecellenti dignitate inſignitum primas tenere. Contra vero ajebat Coronia pluries tum in Comitiis Generalibus, tum in ipſo Concilio conſtitutum fuiſſe, ut Prior Eccleſiae Primus Magnae Crucis Bajulivus haberetur. Cauſſa apud Ordinis Proceres acta, inveſtigataque eſt, & pridie kal. Septembris An. 1541. ſancitum, ut Prior in omnibus Ordinis Templis Epiſcopo praeiret, alibi vero locum honoratiorem huic concederet. Quod ad animos amicitia, concordique charitate conglutinandos ſic pertinere viſum eſt, ut A. 1665 XI kal. Julii iterum cautum fuerit, ut neque urbanitatis cauſſa hic ordo perturbaretur. Anno 1542. IX. kal. Julii virtute ſua conſecutus eſt, licere Priori Eccleſiae duos Contubernales habere, qui vacationem cujuſque muneris obtinerent, & a maritimis expeditionibus, vulgo *Carovane*, obeundis eximerentur. Cetera de hoc homine docebit epitaphium in Aede S. Laurentii ſuperſtes.

FR. AN-

FR. ANTONIVS DE CORONIA ECCLESIAE ORDINIS S. IOHANNIS HIEROS
PRIOR VT IN VITA SVIS REBVS PROSPEXIT ITA POST MORTEM
SIBI CONSVLERE VOLENS CVM VIVERET ET SEXAGESIMVM SEXTVM
ANNVM AGERET HOC SAXVM OSSIBVS SVIS CONDENDIS CVRAVIT
ANNO MDLIII. VIXIT ANNOS LXVI. OBIIT DIE X. IVLII MDLIII
CVIVS MEMORIA REVIXIT A. D. MDCLXXX.

XXIII. FR. GRATIANVS GALVESIVS Vaſconicus, die XXIX. ejuſdem Menſis in Priorum ordinem cooptatus. Indictis a M. M. de Homedes Comitiis interfuit. Quum hoc demortuo novus Magiſter eſſet deſignandus, fuit Galveſius ex VIIIVIRIS, qui Fr. Claudium de Senglea totius Ordinis Moderatorem legerunt. Obiit XI. kal. Decembris MDLVI.

XXIV. FR. ANTONIVS CRESSINVS Burgundio, III. kal. ejuſdem Menſis ſubrogatur. Legio Alverna, in quam fuerat adſcriptus, ſuffragio ferendo in electione M. M. Vallettae hunc delegavit. Ritus diſtribuendi *orbiculos cereos*, de quo cap. III. agemus, ab illo profectus creditur. Creſſini opera, & ſuaſione factum tradunt, ut Litterae Pii PP. IV. An. 1560 kal. Junii *confirmationis, & ampliationis Privilegiorum haberentur*. Scitum illud, quod legitur *tit.* III. *Statutorum num.* XI. de Feſto Nativitatis B. M. V. ob reportatam eo die de Turcis victoriam, ſollemni apparatione peragendo, ut noſtris legibus interſereretur, impetravit. Novam Vrbem in monte, ab incolis *Sceberras* vocito, a M. M. Valletta conditam, Sacra pompa placuit dedicari, quocirca decreta ſupplicatione, ex Templo S. Laurentii in ſuburbio, ad aedem *S. M. de Victoria*, primum novae Vrbis fanum, Clerus, populuſque interjectum fretum trajiciens, proceſſit; Creſſinus autem *Lignum Crucis* deferens, Superum petebat & voce, & mente favorem. Inſpectores, ac cognitores mitti identidem oportere, qui Templa, & res Sacras obſervent, & eorum conſulant utilitati, cautum fuiſſe legimus a M. M. Laſtico[1], ſed Fr. Creſſinus a Rom. Pont. ampliori quadam ſibi facta poteſtate, omnes Ordinis Eccleſias inviſere coeperat: verum ingraveſcente aetate ſuſceptae provinciae ſuperſedit. Et quia ſciebat Priorem Eccleſiae Comitiorum Generalium An. 1499., ac etiam Laſtici permiſſu, poſſe alteri hanc curam mandare, idque ſaepe factitatum fuiſſe[2], Litteras *patentes* dedit

1 *Statut. tit. XV. viſitat. num. 5.* 2 *Regeſt. Concilior. Balliv. part. II. pag. 180.*

dedit M. Caſtelliae Priori, quibus illum ſui juris Vicarium legavit. VI. Idus Maij An. 1574. *Minoribus Ordinibus* nonnullos ex noſtris initiavit. Adeo autem praeclara erant illius merita, ut Gregorius PP. XIII. Thomae Gargallo noſtro Pro-Cancellario, ac nupero Epiſcopo Melitenſi onus impoſuerit, ex Eccleſiae ſuae proventibus penſionem Ducatorum CCCC. Creſſino ſolvendi. De aſſignanda cuivis Legioni ſua aedicula in novo S. Johannis Templo ſollicitus erat M. M. Epiſcopius (*l' Eveque*), qui ad omnem vitandam invidiam, Creſſini conſilio, & opera eſt uſus. Quum mors jamjam illi impenderet, & plures Equites *Prioratum* ambirent, atque prenſarent, M. M. Verdala, Epiſcopii ſucceſſor, litteras Breves a Pontifice obtinuit, datas die 28 Aprilis 1584, quibus Majore adprobante Concilio, imperatum fuit, ut Prior Eccleſiae, & Epiſcopus ex claſſe Fratrum Capellanorum tantummodo eligerentur. Deceſſit grandaevus X. kal. Septembris eodem Anno.

XXV. FR. ALPHONSUS DE DOMINICIS Legionis Italicae, electus kal. Septembris MDLXXXIV. Nihil non egit, ut cultus S. Ubaldeſcae noſtri Ordinis Aſcetriae propagaretur, maximeque Melitae vigeret. Reliquias illius Piſis, ubi ſanctiſſima, Deoque dicata Virgo Saeculo XIII in pace Chriſti depoſita fuerat, Melitam noſtris Triremibus devectas, in Eccleſiam *Conventualem* religioſiſſime tranſtulit. Alphonſi, totiuſque Ordinis pietati favens Sixtus Papa V. Litteris datis eodem Anno XII kal. Decembris feſtum S. Ubaldeſcae die XXVIII Maii, eodem Officio, eodemque, ut vocant *Ritu Duplici*, quemadmodum in Piſarum Metropolitana conſueverat, Melitae celebrari indulſit. Comitiis majoribus ſub M. M. Verdala interfuit, XVIviratus *Capitularis* auctus dignitate. Ipſius poſtulatu Sixtus PP. V., qui paullo antea Verdalam Purpuratorum Patrum collegio adjunxerat, permiſit, ut Triremium, aliarumque Navium Capellani poſſent quoſque navigantes de ſuis criminibus confitentes audire, quibuſcumque *etiam reſervatis* abſolvere Deoque reconciliare; ut in cujuſvis Maris ora, ad quam appellerent, Altare temporarium erigere, & etiam duabus ante ortum Solis horis Sacrum facere poſſent; eiſdemque poteſtatem fecit, ut navigantium commodo proſpicientes, jejuniorum formam, ſi opus eſſet, immutarent [a].

XXVI. FR. GEORGIUS JOHANNIPERIUS Rhodo oriundus, domo

a *Regeſt. Brevium ad An. 1585.*

mo Melita, & Legioni Gallicae adſcriptus, XII. kalendas Apriles An. MDXCII Eccleſiae ſuſcepit Praeſulatum. Etſi juſta, ac legitima ſuffragatorum conſenſione creatus, nihilominus Fr. Franciſcus Candullus, qui tum erat Magni Magiſtri a cognitionibus, interpoſita proteſtatione repugnavit. Sed actionis ſuae repulſam tulit, tum ab ipſo ſupremo Ordinis Magiſtratu, tum a PP. Clemente VIII., qui ſuis Litteris Brevibus electionem Johanniperii corroboravit, & ad Officium Pro-Cancellarii, quo ſe novus Prior abdicarat, Candullum competitorem provehi conſenſit [1]. Videns Fr. Georgius Clerum animo remiſſiore ſua munia obire, & per indiligentiam Sacra aliquanto negligi, novo noſtri Senatus edicto deſidiam coerceri voluit. Templa ſi forte patratis illic criminibus polluerentur, a Priore expiari poſſe idem Clemens PP. permiſit. Mortuo Verdala Reipb. noſtrae clavum tenuit M. M. Garzes, a quo quum eſſent indicta majora Comitia, prima XVIvirorum ſubſellia occupavit Johanniperius. Ceterum in his ſollemni ſanctione firmatum, ne impoſterum Eccleſiae Priori optio daretur *Commendam* eligendi, ſed illi ex communi Aerario Ducata MCC quot annis ſolverentur. An. 1598 novo Sacrario inaedificando, & Exedris (vulgo *Stalli*) in Odeo conſtruendis multam pecuniam contulit. Ad quatuor Minores Ordines cupiens nonnullos promovere, S. Rituum Congregationis ſententiam exquiſivit, quae die 23 Auguſti 1599. id a noſtris Prioribus jure praeſtari declaravit. Pluriminum de illius fide, & integritate confidens Sacratiſſimus idem Princeps Clemens, dato ad illum diplomate diſtricte praecepit, ut Melita diſcedens, *ad omnes & ſingulas Eccleſias, Capellas, Oratoria, Hoſpitalia, & loca Hoſpitalis ubicumque terrarum conſiſtentia ſe ſe conferret, illaque, nec non eorum perſonas per ſe ipſum, & ſua ordinaria auctoritate, & tamquam Apoſtolicae Sedis delegatus, viſitaret corrigeret, & quidquid ad Dei laudem, gloriam, & honorem, necnon Eccleſiarum, Capellarum, Oratoriorum, Hoſpitalium, ac locorum utilitatem, & ornamentum ſibi neceſſarium, & expediens videretur, ſtatueret, & ordinaret* [2]. Sed Fr. Alphonſus morte citius extinctus ac ſublatus optimae Pontificis voluntati, totiuſque Ordinis expectationi reſpondere haud potuit.

XXVII.

1 *Decr. Concil. ſub. 11. Auguſti 1591. Regeſt. Prioral pag.* [illegible]

2 *Die nona Aprilis 1601.* [illegible] *ſerent ſuper* [illegible] *Commendatarios* [illegible] *(Regeſt. Concil.* [illegible]*)*

XXVII. FR. PETRVS VERRA CAMARASA Celtiber die XX. Octobris An. MDCI. Praeſul conſtituitur. Venerandi Concilii permiſſu An. 1602. Oratorium Eccleſiae principi attiguum, non exigua in id erogata ſua pecunia, aſtrui fecit, Deiparaeque ſummis doloribus transfixae dedicavit. Sodalitium S. Johannis, ut vocant *Decollati*, quod antea in aedibus Coenobitarum S. Dominici fuerat, huc transferri curavit, & Fr. Capellanum, qui ductu ſuo pia Sodalium ſtudia juvaret, deſignavit. Sed adeo bene coeptis labem aſperſit Camaraſae animus ad elationem paullo proclivior. Revera Concilium, ut ajunt, *Capitale* adverſus illum coactum fuit, quod *Aſſembleam* Capellanorum convocare abnuente, & repugnante M. M. Vignancourtio, illiusque auctoritatem parvi pendere viſus fuerit. Interea dum cauſſa ageretur, vetitum illi, ne ſuo cubiculo pedem efferret [1]. Verum conſilii ſui illum quantocius penituit, mutataque mente, illuſtribus factis ac glorioſis conſpicuus evaſit. Quod Rhodi, & in ipſo Melitae ſuburbio factum fuerat, in nova Urbe faciendum ſuaſit, nempe Eccleſiam S. M. de Victoria Parocciam institui pro Ordinis *familiaribus*, & Curatorem animarum ab ipſo Priore delegari [2]. Omnium gratia, & benevolentia jam ſic excellebat, ut An. 1618. ampliſſimus Patrum Senatus munus illi injunxerit, Majorem Eccleſiam, Domum infirmorum, ceteraque Templa, & aediculas Ordinis in omni Inſula inviſendi, deque illarum ſtatu liquido cognoſcendi. An. 1622. Vignancourtio juſtis exequiarum perſolutis, Magiſterii Locumtenens creatus eſt. Marmoreum monumentum cetera eloquitur.

In Templo S. Iohannis.

FR. D. PETRO . VERRA . CAMARASA . PRIORI . AC . DE . ALFATIR
PRÆSVLI INTEGERRIMO DIVINI . CVLTVS . STVDIOSISSIMO
ÆQVI . AMANTISSIMO IN . PAVPERES . PROPENSO . QVI CVM
ECCLESIAM . HANC . SVMMA . PRVDENTIA . VIGILANTIA PIETATE
PER XXIII . ANNOS . ADMINISTRASSET . SEMEL . MAGISTERII . VICES
ITIDEM . ELECTIONIS . OCTOVIRATVM . PRÆCLARE . GESSISSET [3]
BONIS . OMNIBVS . PRÆDILECTVS . PIISSIME . QVIEVIT . IN . DOMINO
XV. KAL . AVGVSTI MDCXXIV.
FR. GINESIVS . RVIZ . SODALIS . PERPETVVS . AMICVSQVE . OMNI
TEMPORE . VERVS . MONVMENTVM . MOESTISS. P.

1 Ita plane legitur in *Commiſſione Criminali contra R. Priorem Eccleſiae in juſtitia detentum, die 15. Auguſti 1618.*

2 *Notizie de Priori di S. Giovanni*, pag. 227.

3 In electione M. M. Mendeſii.

XXVIII. FR. SALVATOR IMBROLLIVS *Melitenſis Regeus Cancellarius*, & M. M. a cognitionibus die inſequenti Prior renunciatus. Nullus fuit, qui tot habuerit adverſarios, tamque pugnacem catervam contradicentium. Ac primo contentio incenſa eſt a Fr. Petro Sitges, qui velut ſuſpectae fidei auſus eſt traducere Balthaſſarem Cagliarelium Epiſcopum Melitenſem, qui electioni novi Prioris ſuffragio ſuo conſenſerat. Sed hujus accuſatio Senatus Conſulto propulſata eſt [1] Iterum a Fr. Vitali de Vitalibus, & a Fr. Sebaſtiano Forner importuna, & inaudita appellatione in jus vocatus eſt, coactuſque Romanae Curiae judicium ſubire An. 1629. & 1631. Sed uterque cauſſa cecidit, omniſque controverſia ſublata fuit, impetrata ab Vrbano PP. VIII. peremptoria ſententia [2] Romam ter profectus eſt noſter Imbrollius. Primo quidem juſſu M. M. De Paula, ut defenſionem ſuſciperet totius Ordinis, quem iniqui obtrectatores apud Pontificem injuria reum fecerant, omnemque de eo amoliretur ſuſpicionem; ac tum Fr. Johannes Franciſcus Habela [3] vicariam operam Prioris loco praebuit. Secundo, ut in judicium accerſitus ſuorum adverſariorum conata legitime retunderet. interea temporis partes illius egit Fr. Johannes Caſtellonus, qui jam Pro-Prioris munere fungebatur. Denique An. 1640. a Pontifice accitus, ut ſenſum legum quarumdam in Comitiis majoribus latarum, quas Ordo ipſe Apoſtolicae Sedis auctoritate communiri poſtulabat, exponeret, atque enodaret; dumque abeſſet, Prioris perſonam ſuſtinuit Fr. Lucas Buenus. quibus legationibus ita magno in honore erat ac nomine, ut quum Seriſtorius Melitae Quaeſitor cauſſarum Religionis Romam petiiſſet, Imbrollio tamquam Proquaeſitori difficilis haec provincia fuerit mandata. Verum nihil eſt, quod animos ſic miſere tranſverſos agat, immoderatoſque pariat ſpiritus, quam ſi homo nimis ſibi placeat, deque rebus ſecundis inſolenter glorietur. Coepit Imbrollius ſuam dignitatem fallaci praedicatione efferre, ſibique plus aſſumere, quam deceret, legeſque noſtrae Prioribus concederent; M. M. imperium recuſare, obedientiamque abjicere; veteres, receptaſque caeremonias, contentionis, fucatique honoris cupidus, immutare; indebitam juriſdictionem in Clericos exercere pertentavit. Sic qui virtutibus adeo eluxerat, inani ſui opinione, ineptiſque diſſi-

1 Decret. 19. [illegible] 1620.
2 Imbroll. [illegible] part. 1. fol. 270.
3 [illegible] Ibid. 1627.

diſſidiis eſt obſcuratus [1]. In tam graves ſubinde incidit morbi aerumnas, ut Medicorum judicio inops a mente videretur [2]. Quare An. 1649. Fr. Carolus Michallef omnibus illius vicibus obeundis praepoſitus fuit. Titulum ſepulcro conſanguinei poni juſſerunt, in quo nihil praeter dictionis barbariem, & inſulſitatem mireris.

MELITENSIVM INGENIORVM PHOENIX FR. SALVATOR IMBROLL PRIORALI DIGNITATE INSIGNIS IACET HIC VIRVM EXIMII ANIMI DOTIBVS CVMVLATVM OMNIVMQVE SCIENTIARVM PERITIA VIATOR LVGE. CÆTERVM LEGATIONE AD VRBANVM VIII. EGREGIE FVNCTA, ET DESTINATA AD ALIOS CHRISTIANOS PRINCIPES TALEM SE PRÆBVIT QVALEM VIDES LAVDATVM. POSTREMO VIGILANTISSIMI PRÆSVLIS PARTIBVS IMPLETIS STVDIORVM ASSIDVITATE POTIVS QVAM SENIO CONFECTVS AD CAPITOLIVM ÆTERNÆ SAPIENTIÆ CONVOLAVIT. MDCL. DIE XXVI. IANVARII ÆTAT. LX. FR. CAROLVS MICHALLEF, SALVATOR IMBROLL, ET PVBLIVS THEVMA NEPOTES MÆRENTES MERENTI POSVERE.

XXIX. FR. LVCAS BVENVS Celtiber VI. kal. Februarii An. MDCL. Vix Eccleſiae adminiſtrandae acceſſerat, ſtatutumque fuit, ut Prior Domus infirmorum, qui immunitatem ſibi dari contendebat, illi de more pareret [3]. An. 1651. graviſſimarum rerum ad Pro-Regem Siciliae Orator ablegatus eſt. Epiſcopus Melitenſis Balaguerius Camaraſa, Fr. Petri nepos, definitam jamdiu litem *de loco ſeſſionis* An. 1655. iterum actitare voluit, ſed veteribus conventis, tranſactiſque judiciis ſtandum, Concilium edixit. Quatuor Magiſtris Laſcaris, Redino, Claromontio, & Cottonerio ſeniori in extremo ſpiritu conſilio mirifice profuit. Sed quoniam de omnium ſalute optime mereri jugiter ſtuduit Hieroſolymitanus Ordo, huic Priori negotium dedit An. 1655, ut Cathecumenis, ac Neophitis ita praeeſſet, ut Chriſtianis diſciplinis, ac praeceptis ſedulo inſtruerentur, & eximia caritate alerentur [4]. An. 1662. mortali corpore relicto interiit Balaguerius, cui Buenus confeſtim ſufficitur. Romam hic adnavigat, ut a Pontifice ſanctiſſimis religionibus conſecretur, ratus Dei immortali inſtinctu ad illud onus vocari, quod alias recuſarat. Sed obortae controverſiae longam injecerunt moram, quominus id efficeretur. Interea Alexander VII., ut ſpe-

1 *Pace ex edicto a Majori Concilio die 18. Augusti 1648.*

2 *Decret. Concil. 6. Decembris 1649.*

3 *Decret. 18. Aprilis 1650.*

4 *Decr. Concil. 12. Aprilis 1651.*

ſpectatiſſimi hominis virtutem muneraretur, Buenum in Antiſtitem Theſſalonicenſem cooptavit. Rebus tandem ad compoſitionem adductis, ad primo ſibi deſtinatum Melitenſem gregem doctrina, pietateque paſcendum optimus Paſtor acceſſit. Plura fortaſſe diſces ex epitaphio ſepulcrali, quod eſt ejuſmodi.

SACRÆ RELIG. HIEROSOL HIC DECOR HIC DOLOR
FR. LVCAS BVENO ARAGONEN M. M. VEL A SECRETIS
VEL A CONSILIIS EX PROVICECANCELLARIO M. PRIOR ECCLESIÆ
AD SER. PRINCIPEM IO. DE AVSTRIA IN SICILIA LEGATVS
ARCHIEP. ROSAN. ELECTVS THESALONICEN. C
EPISCOPVS MELITENSIS INSTITVTVS. HOS NON QVÆSIVIT
HONORES SED MERVIT. OBIIT ANNO D. MDCLXVIII.
DIE VII. SEPTEMB.

XXX. FR. PETRVS VIANIVS Legionis Gallicae Capellanus, An. MDLXVII die VII. Februarii, poſtquam quadriennio ad vices Bueni, dum Romae commoraretur, primas in Clero tenuerat, in Magnum Priorem merito ſublegitur. Neſcio quas turbas ciere, liteſque etiam in Romano foro contrahere auſi ſunt de illius electione Fr. Hieronymus Mamo, & Fr. Carolus Michallef; ſed nihil eorum evenit, quae imprudens utriuſque ambitus ominabatur. Quare ad ſacram Praefecturam obeundam omni remota controverſia acceſſit Vianius. Nulla olim fuerat Prioribus certa domus, ſed ſua quiſque utebatur: quo fiebat, ut ad Templum quotidie accedentes vel coeli intempeſtate, vel loci diſtantia plurimum incommodarentur. Vianius quid publica cauſſa poſtularet diligentiſſime ſpectans, bona cum Senatus venia domicilium ſatis concinnum, Templo principi contiguum, ſua impenſa fabricavit, ex quo parabilis eſſet ad Aedem ſacram aditus. Ex hac propinquitate illud futurum ſperabat, ut Cleri moderatores poſſent facilius in Dei cultum omni cogitatione, curaque incumbere. Quum Divinarum, humanarumque litterarum ſtudia impenſius coleret, diſpiceretque nihil magis Presbyteris probro eſſe, quam ſi nullam partem doctrinae teneant, ſcientiarumque expertes appareant, Bibliothecam eidem S. Johannis Templo proximam non ſine delectu inſtituit. Sanctorum Lipſanis ad Inſulae decus, ac praeſidium comparandis multam intendit operam. Sed quemadmodum Divum Baptiſtam ſingulari religione, mentiſque ardore proſequebatur,

batur, ſic precibus egit, ut Romani Pontifices indulſerint, *Octavam Decollationis* illius ab Ordinis Clero ubique celebrari; *Officium* S. Johannis ſemel in Hebdomada recitari, *Tranſlationis Manus* feſtum Nonis Decembris peragi: in die Dedicationis Templi illius remiſſionem poenarum inviſentibus dari. M. M. Caraphaeo auctor fuit, ut die XIX. Julii feſtiva anniverſaria ſumma cum caeremonia agerentur in honorem S. Tuſcanae Ordinis noſtri Aſcetriae. Sed longe major civium omnium conſenſu virtutis laus contigit Vianio noſtro An. 1676., quum dira lues Melitam attereret. Magna ſiebat morbo ſtrages, & per illuſtres viros, aeque ac per ignota capita peſtilentia vagabatur. Curatio ipſa, contactuſque aegrorum morbum vulgabat, ut aſſidentes, curanteſque in eamdem cito raperet mortem. Vianius nullum devitans diſcrimen vitae, ſed ad omnia pericula princeps, laborantibus opem ferre ſatagebat. Vidiſſes illum qua moerore jacentes ſanctiſſimis monitis recreare, qua inopiae pauperum ſuis facultatibus opitulari, qua laboribus, vigiliiſque triſti calamitati accurrere. Haec, quae illi altius inhaerebat charitas, in cauſſa fuit, ut ab Innocentio Papa XII. impetraretur extremo Corporis Chriſti viatico, extremaeque unctionis Sacramento infirmos in noſtris Triremibus ubique refici, Sanctumque Oleum illic adſervari poſſe:[a] de quo etiam praeceptiones quaſdam Vianius prudentiſſime conſcripſit. Jure itaque optimo ſequens monumentum illi a noſtris decretum.

HIC IACET FR PETRVS VIANI PRIOR ECCLESIAE, PRO QVA ORNANDA NVMQVAM QVIEVIT. CIRCA DIVINI CVLTVS OBSERVANTIAM MIRVM QVAM FVIT SOLICITVS. PIETATE IN DEVM, ASSIDVITATE IN TEMPLO, TOTIVS VITAE SANCTIMONIA, NECNON INDEFESSO SACRARVM LITTERARVM STVDIO CLERO PRAELVXIT SEMPER OMNIVM IN OMNIBVS NON TAM PRAESVL QVAM EXEMPLAR. SIBI PARCVS, IN PAVPERES PRODIGVS, ERGA ALTARIA MAGNIFICVS, ET CONSANGVINEORVM PRORSVS IMMEMOR, IN PIA OPERA QVIQVID HABVIT TOTVM IMPENDIT, VETITO ETIAM SIBI MARMORE SEPVLCRALI. SED TANTI VIRI MEMORIAE PVBLICI AERARII PROCERES HOC MONVMENTVM POSVERE. OBIIT A. MDCC. DIE XVIII. NOVEMB. AETATIS SVAE LXVII. PRIORATVS XXXIV.

XXXI. FR. JACOBVS CANNAVESIVS Balearicus in Viani locum aſſumptus eodem Anno XII. kal. Januarii. Multo illuſtriora facta ſunt

a *Litter. Apoſtol. 7. Decembr. 1692.*

ſunt hoc ſub Praeſule Capellanorum inſignia, ut pag. 7. nota 1. animadvertimus. Altaris viatici uſum pro majoribus Navigiis, quae M. M. Perellos fabricari juſſerat, curavit Apoſtolicae Sedis diplomate ſub die XXII. Martii An. 1706. confirmari. Ea erat virtutum amplitudine, ut quamcumque rem capeſſeret, ex illa cum laude recederet. Quare ad Melitenſem Eccleſiam regendam Anno 1713. tranſlatus. Morum ſuavitatem gravitati ſic adjunxit, ut omnibus eſſet in deliciis.

In Eccleſia Principe Civitatis Veteris.

HIC IACET FR. IACOBVS CANNAVES BALEARICVS, QVI FVIT IN MELITA HIEROSOLYMITANA PRIOR GENERALIS; QVI REXIT MELITENSEM ECCLESIAM EPISCOPVS EMERITVS, QVI VIXIT SIC AMABILIS SINGVLIS, VT VIVENTEM DILIGERENT, MORTVVM DEFLERENT AMABILIS HOMINIBVS, SED AMABILIOR DEO, CVI MORTVVS EST III. IVNII MDCCXXI. AETATIS SVAE LXX.

XXXII. FR. MELCHIOR ALPHERANVS Aquiſextienſis IV. Id. Januar. MDCCXIII. in ampliſſimo Prioris gradu collocatur. Illi ſine dubio neminem praefero religione, magnitudine animi, litterarum ſtudio, in Ordinem amore. Quam eſſet omnibus venerandus juxta & acceptiſſimus, ob indolem ad virtutem praeſidiis omnibus munitam, indicio illud fuit, quod quum Clemens XI. Prioratum, etſi *in Curia vacaſſe* cenſeretur, ultro conſenſerit ab ipſo Ordinis Concilio plene libereque conferri; tres tamen Capellanos M. Magiſtro commendans, duobus aliis, ſcilicet Fr. Franciſco Bordonio, & Fr. Johanni Rebutio, Alpheranum antepoſuerit. In rebus ambiguis, aut difficilibus quid ille opinionis haberet, quodve capiendum conſilium putaret, ſaepiſſime exquiſierunt M. M. Zondadarius, & Vilhena, qui in Alpherano animum cupidum veritatis, concordiae ſtudioſum, juſtitiae tenacem, officii memorem, pium, docilem, ſapientem ſuſpexiſſe faſſi ſunt. His vero Dei muneribus ſic modeſte utebatur, ut nulli non eſſet ſpectata virtus illius: merito igitur ab omnibus mors ejus eſt complorata. Paullus Fratris Filius, homo illuſtris honore, ac nomine, haec ſepulcro inſcripſit.

FR. MEL-

FR. MELCHIORI ALPHERAN DE BVSSAN AQVISEXTIENSI INSIGNIS IN HONORATI NEPOTI, ALVMNO, AC AEMVLO HIER. ORD. CLERI ATQVE ECCLESIARVM GENERALI PRIORI, LITERIS TVM SACRIS TVM PROFANIS LVCVLENTER INSTRVCTO, ERGA INOPES, OPPRESSOS, IMBECILLES LARGE MVNIFICO, DE HAC BASILICA OPTIME MERITO, CVIVS VITA ECCLESIASTICORVM NORMA, INDISCIPLINATORVM CENSVRA, PIORVM OPERVM PALAESTRA. FR. PAVLVS EPISCOPVS MELITENSIS PATRVO MERITISSIMO P. OBIIT ANNO AER. VVLG. MDCCXXIV. IDIBVS DECEMBRIS AET. SVAE OCTVAGENARIO MAIOR, PRIORATVS XXI.

XXXIII. FR. JACOBVS SEIGNORETTVS Arelatenſis adiit dignitatem XVII. kal. Januarii. Studium illi modeſtiae, & decoris erat, & excellens animi perfectio propoſita, vitamque ſic ſemper ex virtute finxit, ut cum divinis rationibus omnis actio congrueret. Omne officium, quod ad Religionis ſplendorem, ad hominum charitatem, ad animorum utilitatem tuendam valeret, potiſſimum contulit. Lapis, quo conditorium obtegitur, haec praefert.

FR. JACOBO SEIGNORET ARELATENSI S. ORD. HIEROSOL. M. ECCLESIAE PRIORI, MODESTIA, HABITV, MORVM SVAVITATE PRVDENTIA, DOCTRINA, RELIGIONE LARGISSIME CVMVLATO, ASSIDVO SACERDOTALI MINISTERIO, AEQVALI PER TOT ANNOS VITAE TENORE OMNIVM AMORE PROMERITO, DECESSV POSTERIS MEMOREM SIBI NON MORITVRAM RELIQVIT MEMORIAM. IV. IDVS APRILIS MDCCXXXVIII.

XXXIV. FR. BARTHOLOMAEVS RVLLVS Balearicus in illius locum ſuffectus Idibus Aprilis; qui dum haec ſcribimus in vivis agit, pietatis, ac diſciplinae conſtantiſſima omnibus praeſtans exempla, omniaque ſua intendens conſilia, ut ſplendor, decuſque Domus Dei, Sacrorum gravitas, & majeſtas, Ordinis Eccleſiaſtici eruditio, atque integritas in dies augeatur. Saluti omnium proſpiciens, Claſſis Hieroſolymitanae Capellanos rem divinam facere poſſe in Altari viatico, iterum a SS. BENEDICTO XIV. An. 1742. impetrari curavit, a quo An. 1743. conſtitutus eſt *Commiſſarius pro executione Privilegiorum Cruciatae*, quibus donantur quotquot Bellum Sacrum ſua ſtipe juvabunt. Summae ejuſdem Beatiſſimi Papae in Ordinem propenſioni, ac clementiae accepta refert inſi-

gnia

gnia multo ſplendidiora, quibus ſe, ſuumque Clerum An. 1747. decorari contigit, confirmatamque ſibi poteſtatem *Ordines Minores* ſuis Clericis conferendi.

Explicit Series Priorum Eccleſiae S. Iohannis.

CAPVT SECVNDVM.

De ritu Altaris viatici *ad Sacrum in caſtris faciendum Conſtantini, Caroli M., Roberti Regis, Arnulfi Imp. Tabulae Sacrae itinerariae. Hoc privilegium terra, marique Hieroſolymitanis Militibus datum. Duplex Altariolum ligneum Militiae S. Iohannis ex Oriente advectum, deſcribitur. Vtrumque conſecratum, & Reliquiis inſtructum more antiquo.* AGIOTHECIVM, *quod menſae Sanctae a noſtris imponebatur, aere expreſſum exhibetur. Icones SS. ibidem exſculptae illuſtrantur. De Crucifixi imagine, quae in prima Agiothecii tabula comparet.* De Thymiaterio, & Turricula *S. Stephano attributa. Vtriuſque ritus antiquitas. Reliquiae Agiothecio inſertae quae? De Coſmae, & Damiani imagine medica. De effigie S. Zoſimae corpus Chriſti Mariae Aegyptiae cochleari porrigentis. De Archangelorum imaginibus a Quadratariis in II. tabula caelatis breviter diſſeritur.*

PIISSIMVM utriuſque Imperii moderatorem Conſtantinum accepimus, quocumque arma inferre fas eſſet, Sacerdotes ſecum deduxiſſe, qui in caſtris ſub nobiliſſimo tentorio, atque in *Altari viatico* Sacrum facerent, diviniſque Myſteriis ſe ipſum, ſuoſque milites reficerent, ac roborarent. Scilicet nihil ſibi, nihil ſcientiae rei militaris, nihil copiarum numero praefidens, omnem de hoſtibus victoriam a Deo praeſtolabatur; cujus idcirco opem, ſacroſancta Chriſti hoſtia, demerere ſtudebat. Satis idoneus auctor Sozomenus, qui H. E. lib. I. c. VIII. poſtquam deſcripſit illius ſtudium Religionis amplificandae, ait: σκηνὴν εἰς ἐκκλησίαν ἀπεικασμένην περιέφερεν, ἡνίκα πολεμίοις ἐπεστράτευεν ὥστε μηδὲ ἐν ἐρημίᾳ διάγοντα αὐτὸν ἢ τὴν στρατιὰν, ἱεροῦ οἴκου ἀμοιρεῖν, ἐν ᾧ δέοι τὸν θεὸν ὑμνεῖν καὶ προσεύχεσθαι καὶ μυστηρίων μετέχειν. *Tentorium in Eccleſiae ſimilitudinem fabrefactum, quum ad bella procederet, circumferre conſueverat, ita ut neque in locis inhoſpitis, tam ipſe quam exercitus ipſius ſacra aede careret, in qua Deum laudare, preceſque fundere, & Sacra*

Sacra Myſteria poſſent percipere. Porro ſi Sacerdotes exercitum jugiter comitabantur [1], ſi coeleſtem dapem cum militibus partiebantur, neceſſe eſt Menſam geſtatoriam illos circumduxiſſe, in qua Corpus Chriſti offerrent. Ex quo intelligitur, Cl. Thierſium, affirmantem, *Tabulas itinerarias* ad rem Sacram faciendam vix Saeculo VIII fuiſſe invectas, tam exploratum, & ſollemne exemplum vel non attendiſſe, vel de induſtria praetermiſiſſe [2]. Sed quod laudabiliter geſſerat Conſtantinus, imitari viſi ſunt Chriſtiani Principes inſequutis temporibus. Ac primo Carolus Magnus in expeditione adverſus Saxones, Monachos S. Dionyſii adduxit, qui in caſtris ſummo Deo ſacrificarent, *& ſollemnis Ara tunc lignea tabula erat, quae linteo adoperta modum Altaris efferebat* [3]. Robertum Francorum Regem *tentorium geſtatorium Divini Myſterii* circumferri ſecum juſſiſſe, ſcribit Helgaldus Floriacenſis [4]. Illud etiam commemorandum, quod Ratiſbonae in Monaſterio S. Emmerammi ſe vidiſſe prodit Mabillonius: *Ibidem aſſervatur parvum Altare mobile, quod Arnulfus Imperator in caſtris geſtari curabat, aureis laminis opertum, quadratae figurae, uno pede latum, altum duobus* [5]. Igitur Milites S. Johannis Hieroſolymitani, qui dum quotidie adverſus barbaros praelium ſuſciperent, non fortunae, non temerario conſilio, non bellicae virtuti, ſed ipſi Deo omnia referebant, optimis hiſce excitati exemplis *Altaris temporarii* uſum terra, marique adhibendi, ſibi concedi ab Apoſtolica Sede (ut in Chronotaxi diximus) ſaepenumero impetrarunt, quo facilius Divino Numini litarent, coeleſtique cibo ſuffulcirentur, antequam in pugnam procurrerent [6].

 Bina

1 [illegible] ibidem.

2 *Diſſertation ſur les principaux Autels des Egliſes*, Chap. II. à Paris 1688.

3 *Anon.* [illegible] *de Miraculis S. Dionyſii* lib. 1. cap. [illegible] apud *Martenum de Antiquis Eccleſiae Ritibus*, lib. 1. cap. [illegible] art. 6. Rotomagi 1700.

4 Inter Scriptores Francicos Ducheſnii To. IV. Lutetiae 1641.

5 *Iter Germanicum*, inter ipſius Analecta Tom. IV. pag. 54. Pariſiis 1685.

6 Carolus Macrus in additamentis *Hierolexici* Dominici Fratris, v. *Miſſa ſicca*, [illegible] *Miſſam*, quae ab aliis dicitur Nautica, ab aliis *Miſſa ſine Canone*, ab aliis *Sicca*, ut pote Corporis, & Sanguinis Chriſti ſumptione carens; ſed quo [illegible] [illegible]. Quamquam Gulielmus de Nangiaco in libro Geſtorum S. Ludovici Gallorum Regis ſcribat, piiſſimum Principem e tranſmarinis partibus redeuntem in ſua Navi [illegible] (*inter ſcriptores Ducheſnianos* Tom. [illegible]) quamquam [illegible] Martenius, *libro cit.* Art. [illegible] num. [illegible]), quamquam [illegible] pro mortuis poſt meridiem in [illegible] celebrari tradat (*Voyage Liturgique de la France* pag. 76 [illegible] ad pag. 177. [illegible]), [illegible] gravioribus Theologi, quibus [illegible] BENEDICTUS XIV. *de ſacroſ. Miſſ.* lib. III. cap. VII.

[illegible]

Bina id genus Altariola adhuc ſuperſunt, Melitaeque in Cimeliarchio *Oratorii* S. Johannis adſervantur, quibus Milites Hieroſolymitani olim in caſtris uſi ſunt, dum adhuc in Oriente teterrima illa pro Chriſto inirent certamina. Conſtat utrumque tabula lignea, non illa quidem plicatili, ſed plana, & integra, quarum una porrigitur in longitudinem palm. Rom. 4. ½, in latitudinem palm. 2 ½, altera vero long. 3 ½, lat. 2 ½ utraque ſic excavata, ut *Lapis Sacer* immitteretur; quibus in loculamentis crux inferne utrobique inciſa eſt, *Reliquiis Sanctorum* procul dubio condendis. Denique quatuor tabularum anguli adhuc ſemiuſtulati, abraſique apparent, ut non ſit ambigendum haec Altariola, pro veteri Eccleſiae more [1], fuiſſe *candelarum, & thuris uſtione, ac ſpatulae abraſione* conſecrata. Equidem octavo, & nono aerae Chriſtianae Saeculo *Aras viaticas* lapideas, marmoreaſque perſaepe deprehendimus; ut *Altare portatile porphyreticum* Caroli Calvi, aliaque ab hiſtoricis recenſita [2]. Nihiloſecius multa, eademque egregia documenta noſtrorum ſuffragantur conſuetudini. Nam ut praeteream Altare *viatorium* Caroli Magni, mox indicatum, nonne ligneum illud, quod Hieroſolymis a S. Gregorio Nazianzeno aſportatum traditur, & Romae in Templo S. Mariae in Porticu adhuc proſtat [3]? Nonne ligneum illud, in quo, teſte Beda, Beati Martyres Evvaldi exeunte Saeculo VII. *quotidie ſacrificium Deo victimae Salutaris offerebant* [4]? Sed illud inſuper conſi-

quam omnino improbarint, & ubi etiam Galliae receptam mutare liceat; uno e praeſtantiſſimis Cardinali Bona teſte, *& ſanctiore Miſſae appellatur* (Rer. Liturg. lib. 1. cap. xv. §. vi.) numquam Fratres Hieroſolymitanos inter *Miſſae Sacrae partem* adnumeravere, niſi perſpicua hujus rei ſuppeterent documenta. Praeterea quum Liturgia apud noſtros ubi conſtituta, [illegible] a Rom. Pontificibus ſibi dari poſtulaverint, tantum tribue, utraque [illegible]; [illegible] argumentum id eſt, ut credamus, verum perfectumque Sacrificium in caſtris, [illegible] in Triremibus, quum liceret, celebrari voluiſſe? Non hic referam ſodales meos Theatinos doctiſſimos Vulgarelligum (*de Sacrificio aeternae Legis Tom.* 1. *Tract.* 2 *Lugduni* [illegible]) Verricellum (*de Apoſtolicis Miſſionibus qu.* 12) *Venetiis* 1650.) Sabinum (*in Theologia biblica Tom.* 11. *lib.* 7. *Romae* 170[illegible]) Meratum (*in Theſauro ſacr. Rit. Tom.* 1. *P.* 1. *Venetiis* 1740.) [illegible] diſputare, ut liceat in Mari ſacrum facere; [illegible] quia a nullo [illegible], ſingulisque condi-tione privilegio id ſit, omniſque adhibeatur diligentia, ne quid contra praeſcriptas conditiones accidat, commendanda Illorum religio atque plena omnino eſt.

1 De Altaris portatilis Conſecratione late, doctèque egit Cl. Catalanus in Adnotationibus ad Pontificale Romanum Tom. II. *Tit.* v. *Romae* 1739. ubi praeter Ordines a Martenio recenſitos de *Ant. Eccl. Rit. lib.* 1. *cap.* xvii novos profert. Multa etiam in hanc rem congeſſit [illegible] *de ipſis Altaribus portatilibus cap.* III. *Romae* 1748.

2 Confer Martenium, Catalanum, [illegible] locis ſupra indicatis.

3 Egregie illuſtravit doctiſſimus Carolus [illegible] (*Storia della Chieſa di S. Maria in Portico, cap.* [illegible] *Roma* 1750.) Membrum eidem affixum eſt, cui haec tabula etiamnum: *Hoc eſt Altare portatile, quod aſportatur Beati...... Gregorii Nazianzeni de Jeruſalem .... plenum multarum Reliquiarum &c.*

4 *Hiſtor. Anglor. lib.* v. *cap.* xi. *edit. Smith.*

conſiderandum noſtris hiſce ligneis tabulis inſertum eſſe lapidem conſecratum, ut quod ab Ivone Epiſcopo Carnotenſi Saeculo XI. cautum legimus, ab Hoſpitalariis diligentiſſime praeſtitum videatur: ita enim ille in Epiſtola ad Gerardum. *Portatilia Altaria non aliter conſecramus, niſi vel in tabulis ligneis, vel in aliquo competenti ſubſtratorio compacta, & firmiter ſint affixa* [1]. Conſentit cum Ivonis conſilio antiquus Ordo *ad conſecrandum lapidem itinerarium*, ab eodem Martenio vulgatus. *Primo concavatur tabula lignea, & poſtea aptatur deſuper lapis &c.* [2] Hoc unum diſcrimen inter Altare geſtatorium, & fixum commentus eſt Durandus, ut in illorum conſecratione Reliquiis opus non eſſe crederet, quas pro iſtis neceſſario requiri fatebatur [3]: cui tamen diſtinctioni robur accedere fortaſſe poſſet ex veteri *Miſſali Romano*, quod Brunus commemorat [4]. Verum geſtatoriis etiam a noſtris prudentiſſime inſertas frequentior uſus, & antiquorum Patrum exempla teſtantur, ac ne plura conſecter, dicam quod eſt in promptu. S Wlfrannus Senonenſis Epiſcopus, qui ſi Molano fides [5], ſanctam vitam morte peregit. An. CXX. *Altare conſecratum in quatuor angulorum locis & in medio Reliquias continens Sanctorum in modum clypei, dum iter ageret, vehere ſolitus erat* [6]. Eodem alludunt, quae Ekhardus ſcribit in libro de *caſibus Monaſterii S. Galli*, quo geſta ab illuſtri Coenobii fundatore Saeculo VII. prodit *diſpoſuit adhuc vivens ad titulum S. Petri Capellam, qua itinerans utebatur, cum Reliquiis, & libris, & omnibus utenſilibus ſacris* [7]. Nihil igitur a noſtris factum, quod non cum optimis Ritualibus legibus vehementer conveniat.

Ceterum haec omnia nonniſi ad *Menſam* pertinuiſſe nemo non videt. Atqui majoribus noſtris rei Divinae operaturis, Altare viaticum multo ſtudio apparare, & ornare mos fuerat. S. Dionyſius Epiſcopus Pariſienſis, dum eſſet carceri mancipatus, Arae ſuae geſtatoriae imagines SS Apoſtolorum pectore tenus laminis argenteis caelatas circumpoſuit [8]. Mihi quidem multo plus etiam

 ad

1 Ep. LXXIV. inter edit. Pariſien. 1647.
2 Loc. cit.
3 Rationale Divin. Offic. lib. 1. cap. VIII. n. 23 memorat. edit.
4 *Explication des Ceremonies de la Meſſe*, Tom. 1. Art. VIII. num. 5. à Paris 1716. *Quelque recommandable qu'ait été cette pratique, on ne laiſſe pas de trouver de puis long-temps des Autels ſans Reliques. C'eſt pourquoi le Miſſel Romain imprimé à Basle 1487. marque qu'il n'y a point de Reliques &c.*
5 *De Sanctis Belgii. Lovanii* 1595.
6 *Saec. Benedict.* III *part.* 1 *Pariſiis* 1672.
7 *Cap.* 1. *Inter Scriptores Rerum Alamannicarum Goldaſti. Tom.* 1. *Francofurti* 1661.
8 *Saecul. Benedict.* 1. *in App. notae S. Gerardi Pariſiis* 1685.

ad rem pertinere videtur Altariolum S. Willibrordi, in Coenobio B. Mariae ad Martyres infra Treverim cuſtoditum, quod ex epitome Annalium Trevirenſium Maſeri, & Chrononico Monaſticho Bruſchii deſcribit I. Andreas Schmidius in Diſſ. *de Altari portatili* [1] in hunc modum: *Ciſtulae formam refert, quae conſecratum lapidem in medio complexa, intuſque S. Crucis, ex toga Deiparae, Divorumque Pontiani Martyris, aliorumque ſuſtinens: foris varias SS. imagines, medio Chriſto, ac Deipara exhibebat.* Quamvis Coelicolarum imagines, quas Dionyſius, & Willibrordus ſuis Altariolis inferne aptaſſe videntur, loco ſane digniori, atque ad illorum opem efflagitandam accommodo Hoſpitalarii conſtituebant. Quod ut clare nitideque perſpiciatur, pulcherrimas, ac illuſtres, auroque pretioſiores illas tabulas nunc pervulgabo, quas noſtri Milites Sacrae Menſae imponebant, quum Sacrificium Deo fieret. Conſtat utraque ſpiſſo aſſere in plures areolas, ſeu cellulas diſſecto; invicemque ſic cohaerent, ut pro libito bipateant, & claudantur ad modum libelli. Singulis cellulis inſertae Sanctorum imagines, aliae oſſe ravidi coloris, aliae marmore porino, aliae ſpurio alabaſtrite exſcalptae; ut non una aetate omnes inciſae dici debeant. Atque hoc quidem diſcrimen minime ambigue deprehenditur ex eo, quod antiquiores, omnes protomae ſint, ſecus vero illae, quae ſerius ſubrogatae. Cellulas circumambiunt bractheae argenteae, quae imagines ipſas elegantiſſime coronant. Extima Tabularum pars ſerico villoſo contecta, affixo ſtemate gentilitio M. M. Helionis de Villanova; cujus tamen ſtudio an illae ex integro conſtructae, aut potius reſtauratae, & hiſce ornamentis auctae fuerint, mihi plurimum eſt dubium. Et quia Altario ſuperponerentur, perſpicue cernis, ex quatuor Diptychorum generibus, Diſſ. VI. cap. IV. recenſitis, noſtrum hoc AGIOTHECIUM ad primum pertinere.

PRIMA

1 *In Decade Diſſertationum Hiſtorico-Theologic. num. II. Helmſtadii 1714.*



VETVS HAGIOTHECIVM

PRIMA HAGIOTHECII TABVLA.

I.	II.	III.	IV.
ὁ ἅγιος Ὀνούφριος. *S. Onuphrius.*	ἡ ἁγία Ἀναστασία φαρμακοφόρος *S. Anaſtaſia Balſamifera.*	ὁ ἅγιος Βαρθολομαῖος. *S. Bartholomaeus.*	*Icon deeſt.*

V.	VI.	VII.
ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς Θεοῦ. *S. Iacobus Frater Dei.*	Σεβάσμιος Σταυρός *Veneranda Crux.* Μήτηρ Θεοῦ ὁ ἅγ. Ἰωά *Mater Dei. S. Damianus.*	ὁ ἅγιος Στέφανος ὁ Πρωτομάρτυρ. *S Stephanus Protomartyr.*
VIII.	**IX.**	**X.**
Loculus Reliquiarum.	ὁ ἅγιος ὁ ἅγιος Κοσμᾶς. Δαμιανός. *S. Coſmas. S. Damianus.*	ὁ ἅγιος ἡ ἁγία Ζώσιμας. Μαρία. *S. Zoſimas. S. Maria.*
XI.		**XII.**
Icon deperdita.		ὁ ἅγιος Σάββας. *S. Sabas.*

OBSERVATIONES.

Elegantiſſimi hujus Chriſtiani monumenti dignitas ac praeſtantia id modo poſtulat, ut illius imagini aere hic expreſſae illuſtrandae ſtudium a nobis aliquod impendatur, & quae in hoc Cimeliarchii Melitenſis Hagiothecio notatione digna videntur, ſol. de exploremus. Nihil vero de Sanctis, quorum acta alias excuſſimus, nihil de litterarum forma, de notis compendiariis, de veſtium ratione, de nimbis, de libris, aut voluminibus dicam; quandoquidem in Kalendarii Marchionis Lucatellii, atque in Dipcychi Sacratiſſimi Principis BENEDICTI XIV explicatione ſint haec a nobis fuſe copioſeque diſputata.

Num. I. Magnum ac celebre Onuphrii nomen in Menaeis, Sinaxario, Menologioque Graecorum, juxta & in Latinorum Kalendariis ad diem XII. Junii. Quadratarius Onuphrium hic expreſſit, qualem Paphnutius in vaſtiſſima Oaſis ſolitudine vidiſſe teſtatur: τὸν ἄνδρα φοβερὸν, δάσιον ταῖς θριξὶν καὶ τὸ ὅλον σῶμα σκε-

[illegible]; *hominem ſpecie terribilem, hirſutum, capillis toto corpore coopertum* [1]; quod enim anternus coxendices obtegit, ipſa coma eſt, longiſſime defluens.

Num. II Plures ſanctiſſimae feminae Anaſtaſiae nomine occurrunt in ſacris ephemeridis, ſed ex his illam hic repraeſentari nullus dubito, quae a Graecis die XXII. Decembris, a Latinis ipſo Chriſti Natali die colitur. Cauſſam paucis habeto Sincera illius acta, ex quibus Gallonius commentariolum deſcripſit, hoc tamquam Anaſtaſiae proprium, & peculiare perhibent, Diocletiano ſaeviente, nedum facultates ſuas in pauperum levamen profudiſſe; ſed ſi qui aderant in carceribus cruciatibus ſauciati, exulceratique, medicamenta illam attuliſſe, quibus vulnera leniebat, atque emendabat; ac balſamis Martyrum corpora illam religioſe curaſſe [2]. Quamobrem hic, novo plane exemplo, ΦΑΡΜΑ . . . . , quod interpretor *φαρμακοφόρος*, aptiſſime inſcribitur Ea de cauſſa manibus *Phialam* ſcalptor prudenter adjecit, quam in ſecunda Diptychi Tabula num XV. datam conſpicimus Nicodemo, qui Chriſti corpus cum ſibi proximo Joſepho Arimathaeo pollinxit Nihil autem teſtatius cultu hujus Anaſtaſiae in Occidentali, & Orientali Eccleſia, relato in *Canonem Miſſae* ipſius nomine, excitatiſque ubique in illius honorem Baſilicis.

Num. III Imago Bartholomaei Apoſtoli, quae altero in Diptycho deeſt, hic prodit in conſpectum Novimus ſane eſſe plures, qui hunc eumdem ac Nathanaëlem faciunt, quorum argumenta complexus eſt Joh Nicolaus Nabrius Diſſertatione Lipſiae edita, An. 1740. *De Nathanaele a Bartholomaeo non diverſo* At quid, quod in novo Teſtamento quater ponatur Apoſtolorum catalogus, nullibi tamen de Nathanaële mentio facta ſit? Quod ſi fuiſſet *Binominis*, explicaſſent Evangeliſtae, ſicut de Thoma, ac Matthaeo factum legimus. De condita a Bartholomaeo in Indiis Eccleſia, praeter ſcriptores Catholicos, adiſis Joh Albertum Fabricium. *Salutaris Lux Evangelii*, ſive notitia propagatorum Chriſtiani nominis [3] De illius excoriatione, & cultu plura habent Agiographi De corporis vero tranſlatione confer Hannibalis Maſcambruni Epiſcopi Stabienſis Diſſertationem, ejuſdemque reli-

1 *Acta Graeca interpretem* [illegible]. *Bolland. Junii tom.* [illegible] *Antverpiae* 1698.

2 *Hiſtoria delle Sante Vergini Romane p.* 261. *Roma* 1591. *de Actis illius conſule Baronium, & Tillemontium tom.* V., *Metaphraſten, Surium, Lippomanum, Mombritium.*

3 *Pag.* 109. *edit. Hamburgi* 1731.

refutationem Franciſci Dini. Pro ſuis Beneventanis pugnavit Benedictus XIII. ſingulari Diatribe, quam Synodico Provinciali inſeri voluit[c]

Num. VI Quod ad optimam diſciplinam conſtabiliendam, rituſque ſacratiores inſtaurandos provide ſancitum legimus a ter Beatiſſimo Papa BENEDICTO XIV in litteris *de retinenda Crucifixi Salvatoris imagine palam, & viſibiliter ſuper Altaribus ſacrificii tempore*[2], hoc ipſum Hieroſolymitanis rerum liturgicarum perſtudioſis jamdiu uſitatum ex iſto ſchemate cognoſcitur. Chriſti Crucifixi imago medium tabulae locum obtinet, aſſidentibus hinc inde Deipara, & Johanne Theologo, quorum animi acerbitate doloris ſic torquentur, ut lacrimas deducant oculi. Notae deſuper inſculptae, ΣΕΒΑ & ΣΤΑC. non alio trahi poſſunt: igitur interpretor, *σεβασμίας σωτήρ*, vel ſi praeplacet, *σταύρωσις*, *Crucifixio*. Clavis quatuor Cruci affixus ſtat dulciſſimus Jeſus, ſuppedaneoque ſuffulcitur; quam unam picturae rationem antiquis communem fuiſſe alias indicavimus[3]. Quo in loco ne qua ſit admiratio, Clerum Ordinis Hieroſolymitani, qui Sacra omnia Latino ritu peragebat, Graecas tabulas prae oculis in re Divina ſibi propoſuiſſe Conſtantinopoli plerumque advehebantur haec Diptycha, ubi pro more patrio efformabantur, ac noſtris Fratribus in media Graecia tunc degentibus nihil erat proclivius, quam ea illac acceſſere. Ceterum hic ritus Crucifixi imaginem Altaribus imponendi, quem velut novitium traducunt Dallaeus[4], & Binghamus[5], egregie a noſtris ſcriptoribus vindicatur[6].

Num. XII Stephanus Protomartyr, indutus *Dalmatica*, dextera *Thymiaterium*, ſiniſtra *Turriculam*, panno ſuppoſito gerit: nempe illum Altaris miniſterio addictum, & Diaconum fuiſſe, utrumque patefacit Thurificationem in Sacris Chriſtianorum vituperatione ac prope conviciis peti video a Scriptoribus acatholicis. quibus ego non Canones Apoſtolorum, non Liturgiam

Ja-

c I. *De corpore Divi Bartholomaei, Romaene, an Beneventi aſſervetur.* Montisfiaſconi 1696.
II. *De Translatione, & collocatione Corporis S. Bartholomaei Romae* [illegible] Venetiis 1700.
III. *Append. ad Concil. Provinc.* [illegible] pag. 49. *Romae* 1726.
2 Bull. Tom. [illegible] Litt. dat. [illegible] Jul. MDCCXLVI.
3 In Diſſert. De Veteri Crucifixi Imagine Reverend. *Confer.* pag. [illegible]
4 *De cult. Relig. Latin.* l. v. *Genevae* 1671.
5 *Origin. & antiquit.* l. VIII. cap. VI. §. [illegible] *Halae* 1727.
6 Confer Grancolas *l'Ancien Sacramentaire de l'Egliſe*, Part. des Autels, à Paris 1699. Robertum Sala in obſerv. ad libros Liturgicos C. Bonae *lib.* I. *cap.* XXV. §. [illegible] *August. Taurin.* 1749. Quo loco varias recenſet Canones Concilii Turonenſis, [illegible] interpretationes, quas [illegible]

Jacobi, non Dionyſii Areopagitae libros opponam, quamvis Hildebrandus haec omnia appellarit, *ſcripta valde antiqua, quae a mille annis in Eccleſia conſtiterunt, ex quibus evincitur thuris uſum in Sacris valde antiquum eſſe*[1]: patronos a nullo improbandos ad cauſſam tuendam accieo. Hippolitus Portuenſis Epiſcopus, qui tertio ineunte Saeculo floruit, libro *de conſummatione Mundi* ſic ſcribit πενθοῦσι δὲ αἱ ἐκκλησίαι πένθος μέγα, διότι οὔτε προσφορὰ οὔτε θυμίαμα ἐπιτελεῖται, *lugebunt ſane Eccleſiae luctu magno, quoniam nec oblatio, nec thymiama offeretur*[2]. Ex quo ſic colligit Beveregius, Calvinianae factionis ceteroquin homo, *ergo antea haec uſitata erant*[3]. Alterum ſubnecto Saeculi IV. teſtimonium, videlicet Ephrem Syri teſtamentum, ab illuſtri Viro Aſſemano latine redditum in eximia Bibliotheca Orientali. Magnus itaque Syrorum Doctor vetans ſupremis tabulis, ne thure, & aromatibus juſta illi perſolverentur, ita Fratres adhortatur. *Thura in Sanctuario adolete, meum autem funus oratione curate: Deo odoramenta offerte, me vero Pſalmis proſequimini*[4]. Plurimi etiam ad colendum Deum ſuffitus valere pro certo habuit Zoſimas Saeculi VI. Monachus, qui teſte Evagrio, eo die, quo Antiochia terrae motu ſubverſa eſt: θυμιατήριον ἐξῃτήσατο, καὶ πάντα τὸν χῶρον ἐν ᾧ καθειστήκεσαν ἐπιθυμιάσας, ἐπὶ γῆς ἑαυτὸν ῥίψας, προσευχαῖς τε καὶ λιταῖς τὸν θεὸν ἱλεούμενος, *thuribulum popoſcit, perque univerſum locum, in quo ſtabant, quum thus adoleviſſet, humi ſe proſtravit, precibus, ac ſupplicationibus Deum placaturus*[5]. Si igitur viri ſanctiſſimi, iidemque doctrina praeſtantes oblationi thymiama conſociarunt, ſi odoramenta uni Deo deberi cenſebant; ſi ſuffitu Deum coli rebantur; neceſſario illud conſequitur, veterrimum thurificationis ritum inter noſtri erga Deum famulatus, obſequii, religionis, cultuſque indicia jure recenſeri[6], atque Stephano Protodiacono thymiaterium optima cum cauſſa a Quadratario fuiſſe attributum. De Stephani munere, ac officio admonet etiam, quam geſtat, *Turricula*. Jam illud eruditis exploratum, Sacroſanctum Chriſti Corpus in turriculis ejuſmodi adſervari olim conſueviſſe, quin teſtifica-

catio-

1 *Sacra Publica Veteris Eccleſiae*, pag. 27. *Helmſtadii* 1721.

2 Cap. xxxiv. Inter Opera ipſius curante Fabricio. *Hamburgi* 1716.

3 *Annot. in Can. Apoſtol. Pandectarum Tomo* II. pag. 14. *Oxonii* 1672.

4 *Tom.* I. *pag.* 143. *poſt Sermones* [illegible] *labor. Romae* 1719.

5 *H. E. lib.* IV. *cap.* VI. *edit. alias memorat*ae.

6 Qui plura volet, conſulat Hugonem Menardum ad Sacramentar. Gregor. pag. 195. *Pariſiis* 1642. Jacobum Petitum ad Poenitentiale Theodori, pag. 133. &c. *Pariſiis* 1677.

cationes ab Eſpencaeo [1], Waltherio [2], Duranto [3], aliiſque mutuemur. Quam ob cauſam argenteas, aureaſque turriculas Deo oblatas legimus a Felice Epiſc. Bituricenſi [4], a Remigio [5], & Lando Remenſibus [6], ab Hugone Fontanellenſi [7]. Mobiles illae erant, & geſtatoriae, ut nunc apud nos *Pyxides*, non vero ad inſtar *Ciborii*, fixique *Tabernaculi*. Turriculam cum Chriſti Corpore ad Altare Diaconus deferebat initio *Miſſae Fidelium*; aberat enim illud tempore *Miſſae Cathecumenorum*, quibus ſanctiſſima Myſteria occultabat antiquitas. Eſt locus memorabilis S. Gregorii Turonenſis, ubi ſceleſtum illum Diaconum vici Ricomagenſis Civitatis Avernae ſic deſcribit. *accepta turre in qua* MYSTERIUM *Dominici Corporis habebatur, ferre coepit ad oſtium, ingreſſuſque Templum, ut eam Altari ſuperponeret, elapſa de manu ejus, ferebatur in aera &c.* [8] Dallaeus [9], & Samuel Baſnagius [10], quo fidentius ſuis ſectariis imponerent, ſuaderentque Chriſti Corpus in Templis antiquitus minime fuiſſe adſervatum, turriculas ejuſmodi, arculas, & capſas exſtitiſſe ajunt, quibus Calix, & Patena ad ſacrum faciendum concludebantur, ideoque contra veterum, & optimorum Codicum fidem [11], in Gregorii ſententia, pro *Myſterio*, ſubſtituunt *Miniſterium*, ſed ipſa orationis ſtructura, hiſtoriaeque connexio illorum prodit malitiam, perverſamque refutat interpretationem. Prodigii narrationem ſic exorditur Gregorius: *deflemus enim ſcelera noſtra, & plangimus, quum nos mundos eſſe neſcimus, & ad ipſum altare Domini accedentes, audenter ſanctum* CORPUS *ejus, &* SANGUINEM *quum ſimus actu polluti, potius ad judicium ſumimus, quam ut veniam conſequamur*. Tota igitur hiſtoria ad Chriſti Corpus neceſſario referri debet, quod Deus inſigni hoc miraculo oſtendere voluit, nolle ſe ab impuris pertractari, turricula proinde illa verum, propriumque Dominici Corporis *myſterium*, non *miniſterium*, ſive ſacra utenſilia continebat. Quod ad Stephanum pertinet,

1 *De Adoratione Eucharistiae cap. xv. Inter opera Lugduni* 1619.

2 *De Triplici Christi Coena, Coena* III. *apud Thomassinum lib. cit. ad pag.* 268. *lib.* I. *cap.* 4.

3 *De Rit. lib.* I. *cap.* xxx. *Parisiis* 1632.

4 *Venantius Fortunatus lib.* III. *Carm.* xxv. *Biblioth. PP. Lugdunen. Tom.* x.

5 *Flodoardus Histor. Remens. lib.* I. *c.* xviii. *Bibl. PP. Tom.* xvii.

6 *Marlotus Metropolis Remensis tom.* I. *lib.* II. *cap.* xxxix. *Insulis* 1666.

7 *Codex Chronicon Fontanell. In Spicilegio Dacheriano tom.* III.

8 *De Gloria Martyrum lib.* I. *cap.* lxxxvi. *edit. Theodorici Ruinartii. Parisiis* 1699.

9 *De Cult. Relig. Latin. lib.* 4. *cap.* 11.

10 *Annalium Politico-Ecclesiast. Tom.* I. *ad An.* ccxx. *Roterodami* 1706.

11 Ita in omnibus Codicibus, quos vidit Ruinartius, cui conſonat vetuſtiſſimus, quibuſque ſcilicet Codex ipſius Eccleſiae Turonenſis.

net. Myſteria ferentem hic repraeſentari, ſuppoſitus turriculae pannus mihi etiam ſuadet; reverentiam enim declarat Corpori Chriſti potius, quam ſacrae ſupellectili debitam. Tanta itaque eſt utriuſque ritus hac icone expreſſi ſanctimonia, & antiquitas, ut quo ſtudioſius ab adverſariis opprimitur, & abſconditur, eo magis emineat, atque appareat.

Num. VIII. Loculum hunc Reliquiarum corona argentea, criſtalloque munitum quum reſeraſſem, oſſicula quaedam deprehendi, de quibus nihil auſim divinare, ſed Sacra Pignora eſſe ne in dubium quidem cadit. Inter haec exſtat fruſtulum ſaxeum, inſculptis litteris IC. X. NIK., quae ſic legi debent, *Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ*, *Ieſus Chriſtus vincit*. Lapidem autem deſectum puto ex ipſo Chriſti ſepulcro, e quo morte devicta vivus ac liber evaſit: id enim ſaepenumero occurrit in *Terrae Sanctae* deſcriptoribus, uſitatum eſſe piis peregrinatoribus, ut religionis cauſſa ex monumento in rupe excavato, quo Chriſti corpus fuit illatum, lapillos excidant, ſecumque aſportent. Majorum vero inſtitiſſe veſtigiis Hoſpitalarios noſtros, Sanctorum Reliquias ad caſtra deferentes, facile evincunt, Philippici [1], ac Caroli M. [2] exempla, qui in bello gerendo plurimum praeſidii, auxilii, roboriſque ex Lipſanorum vectatione, nec plerumque abſque ſingulari emolumento, ſperabant.

Num. IX. Actum plane agerem, ſi quae de Coſmis, & Damianis ſcripta accepimus, vel a Simone Wangereckio in Syntagmate hiſtorico ad Acta Graeca, Viennae edito An. MDCLX., vel a Lambecio in Bibliotheca Vindobonenſi [3], vel a Mezzadro [4] hic recuderem. Tria fuiſſe Sanctorum paria hoc nomine inſignita; Arabes alios, Romanos alios, alios demum Aſiacos, & ad unum omnes medicinam factitaſſe, aperte traditur in Menologio Baſilii Kal. Octobris. Eadem ſtetit Wangereckio ſententia, in qua omnino acquievit Card. Bona [5], quod ex hac diſtinctione difficillimae quaeſtioni exſolvendae aditum ſibi patefactum exiſtimarit. Aliis incerta penitus ejuſmodi partitio videtur; qui tamen fateantur neceſſe eſt, Graecos prope omnes ad hanc acceſſiſſe opinionem.

1 *Evagr. lib.* 1. *cap.* XIII.

2 *Confer Anonymum de Miraculis S. Dionyſii* [illegible] *lib.* 1. *cap.* XII.

3 *Commentar. Tom.* VIII. *pag.* 187. *Vindobonae* 1675.

4 *Praeter opus illud, quod pag.* [illegible] *numeravimus, ad Diſſertationem* [illegible] *Romae editam An.* 1750.

5 *Rerum Liturg. lib.* II. *cap.* XIII. §. [illegible]

nem. Quodnam autem ex his paribus noſtra tabella proponat, quis quaeſo tam lynceus, ut hic non caecultet? *Martyres* ne, an *Confeſſores* dicendi? Nolo lectores in re incerta noſtras conjecturas faſtidire. Certe Medicinam tractaſſe, ſi quid ego recte auguror, ex hac una caelatura licebit percipere, ut enim Stephano Officii ſui, ſic Coſmae, & Damiano illorum artis indicia hic adjecta video. Poſitum in primis ſit, unos eoſdem homines, maxime in Graecia, artem ſalutarem, quantum illa late patet, olim exercuiſſe. Num quamvis Medicos veteres in duas claſſes tribuat Daniel Clericus [1], quorum alii eſſent *ἀρχιτεκτονικοί*, *architecti*, alii vero *δημιουργοί*, *opifices*; & ad primos putet pertinuiſſe morborum origines perſcrutari, & remedia imperare, ad ſecundos manibus vulnera tractare, & emplaſtra admovere, ex quibus Chirurgi, & Pharmaceutae nati ſint. quamvis hanc diſtinctionem ex probatiſſimis ſcriptoribus confirmare nitatur Joh. Freind [2], nihilominus illos ipſos, qui de morbis cognoſcebant, promiſcue collyria praeparaſſe, & ferramenta inſimul tractaſſe alii contendunt [3]. Vel ſaltem illud conſtat, inquit Dietericus Trekellius [4], etiamſi alii unam, alii aliam Medicinae partem profiterentur, communi Medicorum nomine omnes fuiſſe appellatos. Jam vero quum noſtros Beatos Anargyros in medicina operam poſuiſſe indiſtincte tradatur, ſatis probabile ſuppetit argumentum, ut in Chirurgia utcumque illos verſatos credamus. Quocirca illud unum, quod uterque ſummis digitis geſtat, inſtrumentum medicum a Lampridio in Commodo cap. II *ſcalprum ferale* dictum, vel aliquid ſimile eſſe ſuſpicor. Et quia aegris curatione vacabant, nullo percepto ſtipendio, facile illorum charitas efficere poterat, ut licet ingenui, liberique homines venas ſecarent, & utramque medicinae partem implerent. Quod autem vetertimus illorum cultus a Carpzovio in Diſſertatione *de Medicis ab Eccleſia pro Sanctis habitis* [5], & a Boërnero in commentatiuncula *de Coſma & Damiano Diis artis* Me-

1 *Hiſtoire de la Medicine*, *Partie II. liv. I. Chap.* [illegible] *à Amſterdam* 1723.

2 *Hiſtoria Medicinae*, *Pariſiis* 1735.

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible] *Lipſiae* 1700.

Medicae tutelaribus [1], ſic in pejorem partem trahatur, ut illis non ob excellentes animi virtutes, non ob efficacem illorum apud Deum deprecationem, non ob patrata ſupra naturae vires prodigia, ſed propter artis ſuae ſcientiam illis tributus credatur, quis non videat cum tota hiſtoria pugnare?

Num. X. Celeberrimum illum ultimae aetatis, virtuteque conſpicuum virum Zoſimam narravimus ex Sophronio Diſſert. II. cap. I. Mariam Aegyptiacam diu eſurientem pane Angelorum ſaturaſſe. Scilicet, ut ipſe Sophronius cap. XXI. eſt auctor, *mittens in modico calice intemerati Corporis portionem, & pretioſi Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ad Jordanis ripas properavit, ut vivifica myſteriorum dona Mariae impertiret. Memorabile adeo facinus quam vere, quam apte, quam concinne hic expreſſit Quadratarius! Zoſimam vides ſiniſtra calicem tenere, dextera vero particulam conſecrati panis divino Sanguine intinctam Sanctae feminae cochleari porrigere: qua una affiguratione praeclarum, idemque ſingulare veteris Graecae Eccleſiae diſciplinae monumentum exhibetur. Graecorum, inquam, peculiarem ritum eſſe, nedum Goarius, a quo cochlearis forma traditur, ſed qui Eccleſiae illius mores diligenti narratione perſecuti ſunt, mira conſenſione ſcripſere. Ab eo tamen Conſtantinopolitanam abſtinuiſſe ſe, Nicetae Pectorato, ceteriſque Graecis ſycophantis exprobrabat Humbertus Sylvae candidae Cardinalis Epiſcopus, & ad Conſtantinum Monomachum Apocriſiarius Romanae Sedis An. MLIV. *Cochlear autem, cum quo communicent, ſicut in Eccleſia Graecorum, minime habent* (Byzantini) *quia non ita commiſcent communionem in calice, ſed ſola communione communicant populum* [2]. A Graecis, quibus fuerat communior, ad Latinos ritus hic migravit, qui licet multoties improbatus, ac interdictus, attamen ita inoleverat, ut Ernulphus Epiſcopus Roffenſis ad Lambertum ſcriberet, illum Saeculo XI. longe lateque manaſſe: *quotidianus Eccleſiae praetendit uſus, ut tribuatur Hoſtia Sanguine tincta* [3]. Eodem labente Saeculo iterum compeſcendum illum cenſuit Concilium Claromontanum, cui interfuit Vrbanus PP. II., Canone XVII., interdixitque Sacratum panem intinctum diſtribui, *niſi per neceſſitatem*: videlicet, ut initio Saeculi XII. explicavit Paſchalis II. Vrbani ſucceſſor, Epiſtola XXXII.

ad

1 *Helmſtadii* 1591. [illegible]
2 Contra Graecorum calumnias. In Concil. [illegible]
3 In Dacherii Spicilegio tom. II.

ad Pontium Abbatem Cluniacenſem, nonniſi *parvulis, ac omnino infirmis, qui panem abſorbere non poſſunt* [1]. Vt ut apud Latinos fuerit, certe Zoſimas ſuorum popularium conſuetudini indulgere poterat, aut illum indulſiſſe non injuria ſibi perſuaſit Graecus noſtri Diptychi ſigillarius. E regione Zoſimae ſtat Maria manus ad eum modum conformans, quem ſexta Synodus can. 11I. praeſcripſit, ac paullo explicatius declaravit Cyrillus Hieroſolym., Catecheſi Myſtagogica v. Προσιὼν οὖν μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις. ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι. καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. *Accedens autem ad communionem, non expanſis manuum volis accede, neque digitis disjunctis, ſed ſiniſtram veluti ſedem quamdam ſubjicias dexterae, quae tantum Regem ſuſceptura eſt: & concava manu ſuſcipe Corpus Chriſti* [2]. Reſiduus hinc aliquis erat in manibus humor; hoc autem frontem, oculos, aliaque corporis organa Graecos linire, ac ſanctificare conſueſſe, exiſtimat Petrus de Marca [3] colligi ex illo Johannis Damaſceni loco de fide Orthodoxa lib. IV. cap. XIII., qui mihi tamen videtur ſubobſcurior. Προσέλθωμεν αὐτῷ πόθῳ διακαεῖ καὶ σταυροειδῶς τὰς παλάμας τυπώσαντες, τοῦ ἐσταυρωμένου τὸ σῶμα ὑποδεξώμεθα, ἐπιθέντες ὀφθαλμοὺς, καὶ χείλη, καὶ μέτωπα. *Accedamus ad eum ardenti deſiderio, compoſitiſque in crucis formam manibus, crucifixi corpus ſumamus, oculos, labia, frontem ſuperponentes* [4]. Certe qui huic conſuetudini irreverentiam ſubeſſe contendent, non me repugnantem habebunt; peculiarique quodam divini Numinis inſtinctu Mariam id feciſſe dixero; ea ratione, qua Gorgoniam Nazianzeni ſororem, ſpe ſalutis in contactu Euchariſtiae poſita, Chriſti Corpore, & Sanguine ſe inunxiſſe, valetudinemque ex hoc uno pharmaco hauſiſſe accepimus [5].

ALTERA

1 Labbe tom. x. pag. 655.
2 Edit. Oxonienſis 1703.
3 Notae in *Concil. Claromont.* inter *Diſſert.* *Pariſiis* 1669.
4 Edit. Lequienii tom. 1. *Pariſiis* 1712.
5 S. Gregor. Nazianzen. *Oratione* 11. *Pariſiis* 1609.

ALTERA HAGIOTHECII TABVLA.

I. Μήτηρ Θεῦ Mater Dei.	II. ὁ ἅγιος Νικόλα- ος. S. Nicolaus.	III. Ιησοῦς Χριστός. Ieſus Chriſtus.	IV. ὁ ἅγιος Ιωάννης ὁ Πρόδρομος. S. Iohann. Praec.
V. ὁ Ἀρχάγγελος Μιχαήλ. Archangelus Michael.	VI. ὁ Ἀρχάγγελος Γαβριήλ. Archangelus Gabriel.	VII. ἅγιος Ιωάννης ὁ Χρυσοστόμος. S. Iohannes Chryſoſtomus.	VIII. ὁ ἅγιος Γρηγόριος S. Gregorius.
IX. ὁ ἅγιος Παῦλος. S. Paulus.	X. ὁ ἅγ. Βασίλειος. S. Baſilius.	XI. ὁ ἅγ. Γεώργιος S. Georgius.	XII. ὁ ἅγ. Θεόδωρος. S. Theodorus.
XIII. ὁ ἅγ Ιω. Θεολόγ. S. Iohan. Theolog.	XIV. ὁ ἅγ. Πέτρος. S. Petrus.	XV. ὁ ἅγ. Νικοδήμος. S. Nicodemus.	XVI. ὁ ἅγ Ιωσήφ. S. Ioſeph.

OBSERVATIONES.

Exitum inſtitutae orationis brevi expediam; vix enim quicquam hic occurrit, quod ex his, quae Diſſert. III., aut VI pertractavimus, perceptum, cognitumque eſſe non poſſit. Sed reliquum illud videtur, ut de Archangelorum cultu, quorum nomina efferuntur num. V. & VI., diſputemus. Equidem inter Acta Concilii Nicaeni II. circumfertur narratio *Paſſionis S.* Procopii, de quo mirum illud perhibetur, haec duo nomina Michaël, & Gabriel fuiſſe divinitus inſcripta Cruci, quam ſibi ab argentifice parari juſſerat [1]: ſed in re certiſſima ambiguis teſtibus non eſt opus. Verumque Eccleſiam impenſe illos coluiſſe, tam certum eſt, ut nemo ſit non ſcriptorum, qui contra eſſe ſtatuendum putet. Plena eſt exemplorum Chriſtiana antiquitas, ex quibus paucula carptim delibare ſufficiet. Imagines ectypas Michaëlis, & Gabrielis refert theca argentea, quam ad lignum Crucis occludendum conſtrui fecit Conſtantinus Patricius, Venetiis nunc in Baſilica Marciana adſervata

1 *Concilium Nic. Act. IV. Labbe tomo VII. pag. 279. Pariſiis 1671.*

vata [1]. Proſtypam Michaëlis effigiem exhibet pars ſuperſtes Diptychi Lipſienſis a Leichio vulgata, in qua fortiſſimus Archangelus draconem conto tranſverberans repraeſentatur [2]. Michaëlem, & Gabrielem Chriſti throno adſtantes oſtentant Diptycha Moſcorum penes Bollandum [3]. Et ne a domeſticis diſcedamus teſtibus, Michaëlem, & Gabrielem depictos conſpicimus in faſcia ornatiſſima, quae circumcingit ſacerrimam, Graecamque Dei Matris imaginem, Melitae in aede S. Mariae de Victoria communi populi ſolatio, ac praeſidio cultam; cui aut pictoris, aut largitoris nomen ſubſcriptum eſt: *τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ Μιχαὴλ τυβράνα*. *Servi Dei Michaelis Tubrana* (*opus*) vel (*donum*). Non ſum neſcius laminulae aureae repertae apud S. Petrum An. MDLIV. in ſepulcro Mariae Stiliconis, primae Honorii delectae uxoris, inſcripta fuiſſe nomina, *Μιχαὴλ*, *Γαβριὴλ*, *Ραφαὴλ*, *Τριὴλ* [4]; verum a Patribus Concilii Romani ſub PP. Zacharia, An. MCCXLV Act. III., edictum fuit, Eccleſiam non agnoſcere, niſi tres illos, Michaëlem, Gabrielem, & Raphaëlem rejectis execratiſque ceterorum nominibus [5]. Qui plura volet, conſulat eruditam de ea re epiſtolam Cl. Blanchinii ad Clementem XI. [6].

CA-

1 V. Ampliſſ. Cornelium. *Eccleſ. Venet.* t. x. *de Baſil. S. Marci. pag.* 155.
2 *De Diptychis* cit. *ad pag.* 226.
3 *Acta SS. Maii*, tabula tomi 1.
4 Lupium Panvin. *Antiquit. Urbis Romae.*
5 Labbe tom. VI. *pag.* 1561.
6 Franciſci Blanchinii *Opuſcula varia* t. 1. *pag.* 17. *Romae* 1754.

CAPVT TERTIVM.

Ritus nonnulli quos Clerus S. Iohannis in Magna Hebdomada *retinet, illuſtrantur. Crux formae* Patriarchalis, *inſignes* SS. Ligni *particulas continens, in Paraſceve populo adoranda proponitur. Hoſpitalarios hac in re conſuetudinem Eccleſiae Hieroſolymitanae ſequi ex Paulino, & Amalario evincitur.* SPINAM *Coronae Dominicae Rhodi in Paraſceve effloruiſſe. Nicolai Gilles commentum de S. Spina a Carolo M. Conſtantinopoli delata. Litterae M. M Millii, quibus Spinae Rhodienſis oſtentum ſollemniter comprobatur. Decreta in Comitiis Ordinis de cultu huic S. Spinae exhibendo. Theca, qua conditur multis unionibus, & opere egregio ornata. ejuſdem icon. Ritus particular* Cerei Sacri *viritim Sabbatho S. diſtribuendi. Quo ille ſpectet, teſte Ennodio Ticinenſi Melitae particulae ejuſmodi in Bullae, & orbiculi formam complanatae, & Nummo argenteo Rhodiorum ſigillatae Nummi typus quid referat. An unus ex triginta, quibus Chriſtus a Iuda venditus. Pecuniam a Iudaeis proditori ſolutam* Siclos *haud fuiſſe. Prae Siclis Macchabaicis, Haſmonaeis, & Samaritanis, reliqui adulterini. Communem, & uſitatam Hieroſolymis Monetam, Romanam, & peregrinam fuiſſe demonſtratur. Rhodi conflata, illic probabiliter expenſa. Pariſiis, & Florentiae Nummi noſtro perſimiles, qui ex* XXX. *a Iuda in Templum abjectis putantur. Prudens itaque de Nummo, quo orbiculi cerei obſignantur, Hoſpitalariorum judicium eſſe concluditur Ex antiquo Eccleſiae Rhodienſis* Proceſſionali *vulgatur* Ordo *ad faciendas ſupplicationes in Hebdomada Magna. Multa in eo notabilia brevi explicantur.*

MAGNAE antepaſchalis Hebdomadae dies, quibus humani generis pacificator, ad ſupplicium Crucis traditus, interitu ſuo nos in libertatem vindicavit, adeo ſacros, & inviolandos majores noſtri habuerunt; ut illis labentibus, nedum ab omnibus animi relaxamentis ſibi interdicerent, nedum a bello, & armis, a litibus, & foro, a vehiculis, & lavacris abſtinerent, ſed in longis jejuniis, aridoque victu, in diuturnis vigiliis, ac precationibus, in lectione, poeniſque ſponte ſuſceptis tempus conſumerent. Quae quidem ſaepe intuentes optimi Equites S. Johannis,

nis, incredibile dictu eſt, quanta religione Majorem, Sanctamque Hebdomadam perpetuo tranſegerint. Neque ego tamen ſingula illorum pietatis officia recenſere inſtituo, ſed quae in eorumdem caeremoniis ac ritibus memorabilia, & vix cum aliis communia viſa ſunt, ſcribere aggredior. Principio latere nemini arbitror, vetuſtiſſimum eſſe Eccleſiae morem, ut Feria VI. in *Paraſceve* ſalutifera Crux populo univerſo adoranda proponatur: non alia quidem, quam quae in ipſo Altari praeexiſtit, Crucifixi Jeſu imagine inſtructa, ut docent Sacrarum caeremoniarum diſcriptores. Secus apud noſtros Hieroſolymitanos receptum eſt. Illa ipſa Crux argentea, formae, quod ajunt, *Patriarchalis*, cujus iconem ad calcem Diſſertationis VIII. vulgavimus, eo die Chriſtianis ſpectanda, veneranda que exhibetur, ut pote quae non exigua *Viſici Ligni* fruſta, antiquitus illi incluſa, contineat. Non raro deprehendimus hujus eſſe formae Cruces ex Oriente Romam, Venetias, Lutetiam advectas, quae *Ligno Sancto* cuſtodiendo aptabantur; nam quia vel Hieroſolymis, vel Conſtantinopoli plerumque fabrefierent, pronum erat artificibus eaſdem ad illius ſimilitudinem conformare, quam ſuis Patriarchis, quos adeo obſervabant, praeferri videbant. Sane Conſtantinopolitanos Patriarchas primos fuiſſe, qui Crucem adinvenerint, cujus ſtipes binis, diſparibuſque tranſverſis brachiis decuſſetur, veriſimile Fevizzanio[3] videtur. Miſerrima illa ambitio, honorumque contentio, qua ſe extollere, Romanae Eccleſiae anteferre, & *univerſalis Patriarchatus titulo* inſigniri expetebant, effecit, ut hanc Crucis formam, tanquam *praeeminentiae* notam excogitarint; quae ſubinde ab aliis Orientis Patriarchis uſurpata fuit. Certe Hieroſolymitanum in ſuae dignitatis indicium adhibuiſſe, nemo iverit inficias, qui vetera noſtri Hieroſolymis inſtituti Ordinis Sigilla fuerit contemplatus, ibique M. M. ante Crucem duplici linea decuſſatam in genua provolutum conſpiciet.

Atque ab ipſa Hieroſolymitana Eccleſia ritum illum, de quo nunc ſermo eſt, Equites S. Johannis mutuatos fuiſſe, ſatis aperte colligitur ex XXXI S. Paullini epiſtola ad Severum, in qua memoriae prodit, Hieroſolymis eo die, quo Chriſtus Cruci affixus eſt, Pontificem Crucem ipſam populo adorandam proponere: *Crux Chriſti condita eſt in loco Baſilicae, quae auratis coruſcat laquea-*

 ribus.

3 *De Ritu proſequendae Crucis Rom. Pontifici lib. 1. cap. 11. Romae 1593.*

vrbibus, arcano poſitam Sacrario Crucem ſervat, quam Epiſcopus Vrbis illius, quotannis, quum Paſcha Domini agitur, adorandam populo, princeps ipſe venerantium promit. neque praeter hanc diem, qua Crucis ipſius Myſterium celebratur, ipſaque Sacramentorum cauſſa eſt, quaſi quoddam ſacrae Sollemnitatis inſigne profertur [1]. Qua enim quaeſo die, niſi ipſa Paraſceve, Myſterium Crucis vere proprieque celebratur [2]? Quocirca Equites religioſiſſimi, qui ab Ordine condito teſtes fuerant hujus conſuetudinis, Hieroſolymis egreſſi, illam retinere voluerunt, & quia integra Cruce haud potirentur, majorem, inſignemque illius particulam, thecae Cruciformi incluſam, eo die in conſpectum depromendam ſtatuerunt. Huic autem inſtituto, atque conſilio opportuniſſima accedit commendatio ex verbis Amalarii Fortunati (quiſquis is fuerit, & quovis loco natus) in libris ad Ludovicum Pium. *Fuerunt quidam, qui voluerunt dicere ſe velle eamdem Crucem adorare, in qua Dominus Crucifixus eſt. Vtinam in omnibus Eccleſiis haberetur! Quamvis omnes Eccleſiae eam non poſſit habere, tamen non deeſt eis virtus Crucis in ſuis Crucibus, quae ad ſimilitudinem S. Crucis factae ſunt* [3]. Tanti vero fit Crux illa ab Ordinis Proceribus, ut quum de novo Magiſtro conſtituendo eſt deliberandum, ejuſdem contactu jurejurando ſe ſe obligare ſoleant [4].

Sed licet nemo ex noſtris ſine luctu, nemo ſine gemitu acerbiſſimi Chriſti funeris recordari poſſet, erat tamen Paraſceve Ordini univerſo auſpicatiſſimus dies, quod Deus memorandum ſane oſtentum in omnium oculos quotannis defigeret. Venerabilium Reliquiarum ſemper cupidiſſimi Equites, SPINAM ex Chriſti Corona decerptam, antequam illa a Balduino Venetis oppigneraretur, nacti fuerant, ſecumque in bello, atque peregrinationibus detulerant: Rhodum tandem appulſi, quo par erat cultu, in Sacello Magiſtrali perpetuo adſervarunt. Interea Deus ille, cujus optimae, praeſtantiſſimaeque naturae propria eſt ad beneficia effuſa voluntas, ſingularem Hoſpitaliorum erga ſuorum cruciatuum inſtrumenta pietatem, ac ſtudium notiſſimo, certoque portento compenſavit. Parentali Chriſti die, circa horam nonam, poſt quam moero-

1 *Edit. Veron.* 1736.
2 Menardus in Sacrament. *Gregorii* pag. 84.
3 *De Eccleſiaſt. Offic.* lib. 1. Cap. 14. *Edit.* [illegible] P.P. [illegible] De Amalariis [illegible] Epiſt. Jacobi Sirmondi inter Opuſcula ipſius.
4 De ritu jurejurandi S. Crucis contactu ad majorem dictis, fidemque conciliandam, ſive ad obligationem rei faciendae contrahendam, vide Gretſerum *de Cruce* lib. 1. Cap. 101. *Ingolſtadii* 1600.

moerore debilitatus, poeniſque confectus expiravit, SPINA revireſcebat, jamdiumque aridus ſentis efflorebat. Nemo hic audeat inſigne prodigium ludificari, aut nos credulitate falli addubitare. An inaudita, vel incredibilia proferimus? Praetereo illud Gregorii Turonenſis. *Ferunt etiam ipſas Coronae ſentes quaſi virides apparere, & licet videantur aruiſſe foliis, quotidie revireſcere divina virtute*[1]: non deerunt quippe, qui Gregorium ex aliorum fide id renunciare, non aſſeverare contendat. Ac multo magis miſſam facio, atque improbo fallacem illam narratiunculam Nicolai Gilles, a quo traditur, Carolum M. Conſtantinopli redeuntem SPINAM attuliſſe, quae in omnium conſpectu effloruit[2]; nam quis non miretur hunc Regum Galliae ſcribam mendacium tam ſplendidum conflaſſe? Legationes quidem, atque etiam dona ab Orientis Imp. accepiſſe Carolum legimus, ſed Byzantium adiiſſe, vaniſſime finxit Gilles, quum contra id inter omnes ſapientes conſtet, illum ne unum quidem omni Europa greſſum extuliſſe. Sed cui licuit uſque ab Ilii excidio ſuos ordiri Annales, atque e Trojanis cineribus primos exſuſcitare Francici Regni conditores, licebat Carolum, quoquo vellet, peregrinantem inducere. Haec inquam praetereo, non enim mihi eſt opus, aut ex paribus exemplis, aut ex incerta hiſtoria probationes conradere; quandoquidem veritati patrocinantur teſtes, nulla penitus exceptione ſubmovendi. Porro SS. Pontifex BENEDICTUS XIV., qui omnigenae eruditionis praeſidio univerſum cauſſarum Sacrarum judicium ad certiſſima praeſcripta revocavit, illud jamdium admonuerat, *De Canonization. lib.* III. *cap.* I. *&c.*, pleniſſimam rei probationem efficere teſtes graviſſimos, qui ſuiſmet oculis vidiſſe profiteantur, quum nulla major virtutum, ac Miraculorum expeti poſſit evidentia. Jam vero de reflorente apud Rhodios SPINA ſponſor accedit ipſe Ordinis Magiſter Millius, qui oſtentum hujuſmodi non ſemel oculis percepiſſe, idemque viros probitatis, ingenuitatiſque nomine conſpicuos pluries admiratos fuiſſe, ſollemnioribus qua poterat formulis conteſtatus eſt, publiciſque monumentis conſignavit. Aut igitur hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio quid ſatis ſit.

1 *De Glor. Martyr. lib.* I. *cap.* VII.

2 *Les Chroniques & Annales de France depuis la deſtruction de Troyes juſques au regne de François I. §. des Sainctes Reliques que Charle Magne apporta de Conſtantinople au retournant de Hieruſalem à Paris.* 1517.

TESTIFICATIO DE S. SPINAE MIRACVLO.

Ex autographo in Archivo Melit.

F*R. Iacobus Milli Dei Gratia S. Domus Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymytani, & Militaris Ordinis S. Sepulchri Dominici Magiſter humilis, Pauperumque Ieſu Chriſti Cuſtos. Quia plerumque veritatis integritas per minorem intelligentiam, aut malitiam hominum depravatur, non videtur incongruum, ſi ea, quæ non manifeſte facta videntur, ad omnem ambiguitatis ſcrupulum amovendum evidentius exponantur, & turbatoribus veritatis omnis auferatur contradictionis occaſio, quatenus ea, quæ acta ſunt, nulla valeant obumbratione infuſcari. Hinc eſt, quod univerſis, & ſingulis præſentes noſtras Literas viſuris, audituris, & lecturis ad inſtantiam, & requiſitionem magnifici, & ſpectabilis Militis eximii Iurium Doctoris D. Ioannis Capponi notum facimus, & manifeſtum, Spinam Sacratiſſimam in Capella noſtra Palatii Vrbis noſtræ Rhodi recluſam, unam Spinarum illius Coronæ, qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus in Paſſione coronatus, in Die Veneris Sancta ultime præterita hora prima floruiſſe, & ſingulos flores ejus emiſiſſe præter & morem ſolitum, & uſitatum, nam elapſis temporibus conſuevit ipſa Sacratiſſima Spina omnes ejus flores emittere hora meridiei ipſius Diei Veneris Sanctæ, nunc autem per ſpatium trium horarum præfloruit, & ſingulos ejus flores emiſit præſentibus nobis, præfato D. Ioanne, & Religioſis nobis Chariſſimis Fratribus Ægidio de Franqueville, Petro Louſſard, Ioanne de Argentina, Laurentio de Pontio noſtris Capellanis, ipſam Spinam oſtendentibus, ut conſuetum eſt, ſingulis annis die præfixa, & honorabili Viro Guillelmo Caourſin noſtro Secretario, & Conventus Rhodi Vicecancellario, qui requiſitus eſt ab ipſo D. Ioanne, ut certificationem de his conficeret; in cujus rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis plumbea præſentibus eſt appenſa. Datum Rhodi in Vigilia Paſchæ anno Incarnationis Dominicæ 1457.*


Verum quo magis ſacratiſſimae hujus Reliquiae cultus augeretur, duo a noſtris praeſtita ſunt. In Comitiis An. 1454. ſub M. M. Millio XIVviri veteri uſi idiomate Gallico, ſic decreverunt: *Item les dits quatorſe ont ordonez, & eſtablies, que de cette heure en avant ſoit celebrer feſte demie double le unzieme jour d'Aouſt chacun an en l'honneur de la Saincte Couronne de Noſtre Seigneur Ieſus Chriſt, de la quelle Couronne nous avons en cette Cite de Rodes une Eſpine, comme chacun ſcait, & que on la voit aſſes ſouvent. (ſ. V)* Quod

Quod ne fortaſſe obſoleſceret, in Majoribus Comitiis ſub M. Aubuſſonio, quorum ſcita, atque conſulta Apoſtolicae Sedis auctoritate confirmata ſunt, tamquam lex nullo tempore violanda, iterum ſancitum legimus [a]. Utique in antiquo Kalendario Eccleſiae S. Johannis, quod ad calcem operis damus, feſtum ejuſmodi affigitur III Idus Auguſti. nimirum Pariſienſis, & Lugdunenſis Eccleſiae conſuetudinem noſtri ſequebantur, utraque enim in honorem ejuſdem Coronae, in Sacellum regia S. Ludovici impenſa extructum, & ab Odone Ep. Tuſculanenſi Apoſtolicae Sedis Legato dedicatum An. 1243 religioſiſſime tranſlatae, laetiſſimum hunc agebat diem. Illud ceteroquin intercedebat diſcriminis, quod Eccleſia Rhodienſis in *Officio* S. Spinae nihil cum Pariſienſi commune haberet, non capitula, non hymnos, non lectiones, non reſponſoria, non antiphonas, ſed ſuis multo diſſimilibus uteretur, ut videre eſt in veteri Breviario, de quo verba fecimus Diſſert. VII cap. VI. Per haec tamen tempora feſtum Melitae peragitur V. Idus Majas, *ſub ritu duplici majori*. Alterum, in quo Equites pientiſſimi Gallorum inſtituta aemulari viſi ſunt, fuit diligens munificentiae ſtudium thecae, qua S. Spina concluditur, auro, gemmiſque large decorandae. Huic Sanctiſſimae Coronae perornandae multa ſane contulere gentis illius Reges; imo antequam in Gallias a Ludovico IX. deferretur, illud de Ludovico Craſſo litteris prodidit Sugerus: *pretioſiſſimum hyacinthum Atavae Regis Rutenorum filiae, quod de ſua in manu noſtra reddens, ut Coronae Spineae Domini infigeretur praecepit* [b]. Ita apud noſtros Fr. Stephanus Claramontius Caſper Bajulivus, claſſiſque Triremium Archithalaſſus An. 1597 novum conditorium ex argento inaurato huic Spinae adſervandae ſua pecunia fabrefieri, multiſque unionibus honeſtari mandavit. Conſtat illud tribus turriculis, quarum duae inferiores imaginibus proſtypis quaquaverſum inſtruuntur, inſidentque ferculo ornatiſſimo: media autem, quae altius attollitur, velut faſtigium minoribus turriculis, totique machinae impoſitum, SPINAM Dominicam tubo vitreo incluſam continet. Illam non ſemel venerabundi ſuſpeximus, & quum ſciremus id ambigi inter eruditos, num Corona ex ſpinis, quae circa Hieroſolymam enaſcebantur, num ex rhamno, num ex praelongis junco-

a Statuta Ordinis [illegible] MSS. cap. 45.

b Vita Ludovici VI. inter Scriptores Francicos Duchesnii Tom. IV.

juncorum marinorum acuminibus eſſet intexta [1]; admotis ſæpiſſime oculis, diuturnaque obſervatione viſum nobis eſt, hanc unam ſentem ex ſpinoſo frutice potius, quam ex rhamno, cujus aculei rectiſſimi eſſe ſolent, aut ex marinis juncis cenſeri poſſe. Optimum factu interim putavimus, ſi iconem ad fidem archetypi expreſſam oculis ſubjiceremus.



Proxime poſt Paraſceves ritus mos ille occurrit explicandus, quem a Priore Creſſino inductum in Chronotaxi admonuimus. Inſequenti Sabbathi die, quod ob Myſteriorum atque chariſmatum copiam merito ac jure *Sanctum* appellatur, peracto *Miſſae* ſacrificio, dum canitur *Magnificat*. Orbiculi quidam ex veteri *Cereo Paſchali* M. Magiſtro, Equitibus, ceteriſque adſtantibus diſtribuuntur. Ritum commemorant Boſius [2], & Baudovinus [3]; ſed originem, cauſſaſque neuter perveſtigavit; neuter de effigie, qua orbiculi ſignantur, quicquam expoſuit: quare unde mos diffluxerit,

1 Confer SS. BENEDICTI XIV. opus *de Feſtis* lib. 1. Cap. v i i. num. 57. & ſeqq.
2 *Storia* &c. Parte III. lib. xix. pag. 395. Romæ 1602.
3 *Hiſtoire des Chevaliers de S. Jean, livre xv. cap. 11. à Paris 1659.*

rit, quid in eo geratur, quid de impreſſa cerae imagine ſtatuendum videatur, haec noſtra perſtringet ac complectetur oratio. Ac primo jamdudum invaluiſſe, ut Romana Eccleſia hoc die ceram chriſmate admixtam conceptis precibus conſecraret, indeque Bullas Agni imagine notatas ac diſtinctas conficeret, quae Sabbatho *in Albis* populo darentur, ſatis aperte docent vetuſtiſſimus Ordo Romanus [1], ſcriptor librorum, qui Alcuino tribui aſſolent [2], Amalarius [3], & Micrologus [4]. Cui quidem ritui, quae ſubſit ſignificatio, quo illud ſpectet, quae virtus, atque efficacitas, Deo volente, cereis hiſce Bullis inſit, nihil attinet hoc loco enarrare, nec noſtra plane refert ea nunc recudere, quae in hanc rem a Panvinio, Suareſioque Epiſcopo Vaſionenſi [5], a Hieracenſi Antiſtite Bonardo [6], atque ab uno ingenii laude praeglorioſiſſimo Pontifice BENEDICTO XIV. [7] ſcripta accepimus. Verum ne ceterae Eccleſiae longe lateque per Orbem fuſae tanto privarentur beneficio, ex eiſdem ſcriptoribus colligitur, Romanam omnium matrem, ac magiſtram illis indulſiſſe, ut loco *Agnorum* ab Archidiacono, & Acolythis olei mixtione oblitorum, extra Vrbem, particulae ex Cereo Paſchali vel recens, vel anno praecedenti ſacrato diſtractae, viritim diſtribuerentur. An id moris Zoſimi Papae aetatae, an maturius invectum credi debeat [8], non ea res eſt, quae certo ſtatui a me poſſit. Illud procul dubio conſtat ex Ennodio, qui Ticinenſi Eccleſiae ſanctiſſime praefuit Saeculo VI., orbiculos cereos extra Vrbem diſtributos adverſus daemonum praeſtigias, ad agros muniendos, contra fulgura, ac tonitrua plurimum valuiſſe. ille enim in II. *Cerei Benedictione* ſic habet *ſumptam ex hoc* (Cereo) *contra procellas, vel omnes incurſus, fac Domine dimicare particulam* [9]. Sed redeamus illuc, unde neceſſario divertimus. Itaque Creſinus, quum cerneret communi utilitati optime fore conſultum, ſi major exſtaret erga ejuſmodi particulas hominum reli-

1 *Pag. 32. editionis Romanae* 1591.

2 *De Divin. Offic. Sabbat. Sanct. inter Liturgicos Hittorpi.*

3 *De Eccleſ. Offic. lib. 1. cap. 17. ejuſd. edit.*

4 *Obſervat. cap. LVII.*

5 *De Baptiſm. Paſch. & origine conferendi Agnos Dei cum corollariis L. M. Suareſii. Romae* 1616


6 *Diſcorſo intorno agli Agnus Dei &c. di Vincenzo Bonardo. Roma* 1704.

7 *De Canoniz. lib. IV. Parte 2. cap. V. Parte II cap. 19.*

8 Sigebertus Gemblacenſis in Chronico ad An. CCCCXVII. *Zoſimus Papa decrevit Cereum Sabbatho Sancto Paſchae per Eccleſias benedici*, quod intelligi debet, ritum ejuſmodi jam conſtitutum, ſed in Baſilicis majoribus tantummodo retentum, Parochiis, ceteriſque Eccleſiis Zoſimum permiſiſſe.

9 *Opuſc.* 22. *inter Sirmondi opera tomo I. Pariſiis* 1696.

religio, illas non aſperas, impolitas, informes, ſed complanatas, rotundatas, & pia aliqua nota ſigillatas curavit diſpenſari. Et quia probe ſciebat, unius Romanae Eccleſiae eſſe, orbiculis Agni typum imprimere, alium excogitavit, qui cum his ſanctiſſimis Myſteriis, & Chriſti Domini *Paſſione* congrueret. Quare quum in Sacrario unum ex Nummis argenteis adſervari noviſſet, quibus a Juda prava pecuniae cupiditate publicae ſalutis aſſertor iniquiſſime divenditus putatur, hoc ipſo orbiculos cereos, leviſſimis ſuperductis argenteis, vel aureis bractheis, primus obſignavit. Nummi imaginem exhibebimus, deinde quodnam noſtrum ſit de hac apud Hieroſolymitanos inveterata opinione judicium, in medium proferemus.



Graecum Rhodiorum Nummum eſſe oculis ipſis percipitur, licet deſit epigraphe: ΡΟΔΙΩΝ. Inſulam illam in Carpathio mari *Soli* Sacram fuiſſe, quum adhuc incolarum animi Ethnica ſuperſtitione tenerentur, teſtis eſt Manlius Aſtronom. IV. [1]

Tuque domus vere Solis, cui tota ſacrata es.

In diviſione namque terrarum inter Deos abfuerat Sol, ſed quum iterum de reſortitione ageretur, emergentem e fundo maris Rhodum, ſi qua Pindaro fides [2], Sol vidit, & obtinuit. Hinc nulla dies tam nubila, in qua Sol non exoriatur ea in Vrbe [3], quae proinde *clara*, *Phoebeia* a Poetis dicitur. Quae quum ſint, imberbe illud, & bene comatum, caput Solis eſſe cenſetur, quod alias in Nummis ejuſdem Vrbis radiatum comparet. In altera Nummi facie *Roſam* exſculptam eſſe nemo eruditorum hactenus dubitaverat. Locus Iſidori de originibus lib. XIV. cap. VI., a Cupero feliciter reſtitutus [4], in hanc ſententiam afferri ſolet: *Rhodos Cycladum prima ab*

1 *Pariſiis 1679.*
2 *Olymp. VII, Salmurii 1620.*
3 *Plin. H. N. lib. II. cap. LXII. Hard.*
4 *In Harpocrate pag. 201. Trajecti 1687.*

ab Oriente, in quo Roſae caput olim dicitur eſſe inventum, dum ibi civitas conderetur, ex quo Vrbs & Inſula Rhodos eſt appellata. At Cl. Spanhemius de uſu, & praeſtantia Numiſmatum Diſſertatione VI.[1], non calicem Roſae, ſed *Balauſtium*, ſive florem *Mali Punicae* in his nummis putavit repraeſentari. Nam quia Balauſtium a Plinio idoneum ad lanas tingendas[2] dici viderat, ab Alciphrone vero Epiſtola II. *Rhodios Balauſtiorum opifices*, ſeu *tinctores* commemorari legerat, a recepta aliorum ſententia ſibi eſſe recedendum exiſtimavit. Vt ut de ea re ſit, conſtat nummum procul dubio a Rhodiis fuiſſe percuſſum. Jam illud quaerendum, an inter argenteos denarios Judae proditori numeratos jure accenſeatur.

Ac primo minus ſapienter mihi ſtatuere videntur rerum Biblicarum interpretes, qui condictae cum Juda pecuniae quantitatem, pretiumque traditionis ad Hebraeorum nummorum rationem referunt, cum illos componunt, & *Siclos* Judaicos fuiſſe affirmant. Quaſi vero tempore Chriſti Domini moneta Judaico typo, Judaiciſque characteribus ſignata adhuc cuderetur, eaque venditionis, emptioniſque commercia perficerentur. Duo ſunt genera nummorum Hebraicorum, qui circumferuntur; alii charactere Samaritano, ſeu Hebraico antiquo, alii litteris Aſſyriis quadratis, quibus & nunc Judaei utuntur, inſcripti. Sed illud certum, firmum, exploratumque apud omnes viros doctos, primos citra dubium eſſe antiquos, contra vero adulterinos, & lucripetae falſarii opus alteros eſſe: primos ſub Macchabaeis ſignatos, & ad aetatem Simonis, non Barchochebae, ſed Haſmonaei[3], Ducis ac Pontificis Judaeorum, omnes referri oportere; alteros vero recentioris omnino fabricae, & procul ab ea, quam epigraphe mentitur, vetuſtate eſſe procuſos. Facile haec ſibi perſuadebit, qui legerit, atque contulerit Rei Nummariae Hebraeorum ſcriptores Waſerum[4], Relandum[5], Hottingerum[6], Kochium[7], Soucietum[8], Odelemium[9], Froelichium[10]. Quaero

Fff nunc,

1 *Edit. Londinenſis* 1706.

2 *H. N. lib.* [illegible] *cap.* [illegible]

3 Simeon Barchochebas, qui Hadriano Imperatore [illegible] *V. Hiſtoire de l'Academ. Royale tom.* II. *à Amſterdam* 1731. *Sed* [illegible] *opinio.*

4 *De Antiquis Nummis Hebraeorum. Tiguri* 1605.

5 *Diſſertationes* V. *de Nummis veter. Hebraeorum. Trajecti ad Rhenum.* 1709.

6 *De Nummis Orientalium. Heidelb.* [illegible]

7 *De Re Nummaria Vet. & Nov. Teſtamenti. Helmſtadii* [illegible]

8 *Diſſert. ſur les Medailles Hebraiques, à Paris* 1715.

9 *De Re Monetali Hebraeorum vera & ficta. Helmſtad.* [illegible]

10 *Annales Regum & rerum Syriae, Prolegomen. Parte* V. *Viennae* 1744.

Digitized by Google

nunc, tot ne ſuperſtites fuerant *Sicli* Macchabaici, ut triginta ſub manu eſſent, qui Judae actutum ſolverentur? Sane non haec Hieroſolymis uſitata moneta. communem gentium illarum pecuniam Romanam fuiſſe, Caeſarum imagine inſignitam, teſtatur ipſa Evangelica Hiſtoria, ubi de *Numiſmate Cenſus* verba facit [1]. Falſum igitur triginta argenteos perfido Apoſtolo velut iniquitatis mercedem datos, totidem *Siclos* fuiſſe. At inquies, multo minus Graecos, Rhodioſque nummos exſtitiſſe, quandoquidem Judaei Romanis utebantur denariis? In alium plane rapitur errorem, qui negotium aliquod hinc nobis injicere arbitratur. Nullum erat peregrinae pecuniae genus, quae non Hieroſolymis libere expenderetur, & ne longius excurrat oratio, brevi verborum ambitu probationes concludam. Dicam primo in univerſum, hanc unam fuiſſe cujuſvis Emporii conditionem, ut ad commercii facilitatem nulla excluderetur quovis loco conflata moneta. An quiſpiam hoc nomen Hieroſolymis abjudicabit? Deinde nonne ſcimus illa in Vrbe Chriſtum Dominum κολλυβιςῶν *Nummulariorum menſas* evertiſſe [2]? Erant autem Collybiſtae mercatores (vulgo *Cambiſti*) qui quaeſtum nummorum permutatione faciebant; veteres & tritos recentibus atque aſperis, peregrinos indigenis, & viciſſim mutabant. Alia ſuppetit cauſſa, ut recte admonet Weſſelingius [3], ex Judaeorum ingenio, qui mercaturae ſtudio per Aegyptum, regionem Cyrenaicam, Aſiam, Inſulas maris Aegaei, Graeciam, atque Italiam univerſam ſe ſe diſperſerant. Quotannis, qui virilem aetatem attigerant, collationes in Templi Hieroſolymitani uſus facere debebant: qua autem pecunia tributum pendebant, niſi extera, & peregrina, quae cuivis erat in promptu? Vetuerat quidem L. Flaccus, ut Judaeis incommodaret, aurum, & argentum eam ob cauſſam ex Aſia exportari [4]; haec tamen facultas illis reddita eſt Auguſto imperante, C. Norbano Aſiae Proconſule [5]. Quapropter Sole ipſo illuſtrius &, clarius videtur, multam nummorum peregrinorum copiam commercii, Sacrorumve cauſſa Hieroſolymam fuiſſe convectam, & in negotiationes, oblationeſque collatam. Quid niſi ipſum acciderit de Rhodiorum pecunia,

1 *Matth.* xxii. 21.
2 *Matth.* xxi. 12. *Johan.* 2. 15.
3 *Diſſertatio Philologica de origine, & uſu Nummorum apud Hebraeos. Trajecti ad Rhenum* 1730.
4 *Oratio pro Flacco cap.* xxviii.
5 *Conſule Epiſtolam ad Sphr. apud Philonem Judaeum in legatione ad Cajum, Francofurti* 1691.

cunia, quam & pondere, & metalli probitate pluris fuiſſe veroſimile eſt? Nihil proinde vetat, quin credamus inter XXX. denarios hominum ſceleſtiſſimo Judae ſolutos, aliquos in officina Rhodienſi ſignatos exſtitiſſe. Myſticas huic rei confirmandae congerit cauſſas Jacobus Boſius [1]; ſed ea mihi longe fit probabilior ex Judaeorum Hieroſolymis degentium inſtitutis. Atque ut hoc ipſum meum libentius tuear judicium, facit, quod Pariſiis in Aede S. Johannis Laterani, teſte Budaeo [2], Florentiae in Templo S. Crucis [3], Romae in Baſilica Seſſoriana [4], nummi argentei Rhodii noſtro omnino ſimiles adſerventur, populoque ſpectandi exhibeantur, eaque ubique inveteraverit opinio ex triginta fuiſſe, quos proditor ſalutis exſpes in Templum abjecit. Quanti autem tunc temporis hic nummus valeret, nullus mihi eſt animus hoc loco inveſtigare: ſatis muneri meo, ſatis ſuſceptae diſputationi feciſſe puto, quum id unum demonſtraverim, *Cereos Orbiculos* Sabbatho antepaſchali hoc uno nummo a noſtris prudenter ſigillari, deque eo non improbandam, atque incertam noſtrorum animis inſediſſe ſententiam. Ritus alios peculiares apud Clerum S. Johannis Hieroſolymitani quondam obtinuiſſe perſpicue me edocuit vetus Codex membranaceus, Melitae in Sacrario adſervatus, qui inſcribitur: *Proceſſionale ſecundum uſum S. Iohannis Iheroſolimitani*; ex quo *Ordinem* ad faciendas his diebus ſupplicationes excerpimus, atque vulgamus: hinc enim ſingularis illa Caeremoniarum ſeries oculis manifeſto obverſabitur, & eruditorum voluntati perfecte, pleneque obſecundabimus.

1 *La Croce Trionfante*, *lib.* I. *cap.* XII. *Roma* 1610.

2 *De Aſſe lib.* V. *pag.* 577. inter Scriptores Rei Nummariae Hoſſii *tom.* III. *Amſtelodami* 1695. Galli, ut puto, ex Oriente detulerunt.

3 *Notizie delle Chieſe Fiorentine*, *Parte* I. *Lezione* VI. *pag.* 73. *Firenze* 1754. Coſimus Pater Patriae a Graeco viro, qui occaſione Concilii Florentiam venerat, nummum accepit, huicque Eccleſiae obtulit una cum Lipſanis.

4 *La Storia della Baſilica di S. Croce in Geruſalemme*, *cap.* XXI. *di Raimondo Beſozzi Roma* 1750.

ORDO AD HABENDAS SVPPLICATIONES IN MAGNA HEBDOMADA

EX AVTOGRAPHO [illegible]

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM. *Facta Benedictione Palmarum, & Olivarum Archichori incipiunt antiphonam* Pueri Haebreorum &c. *Poſt haec vadit Proceſſio, ubi debet legi Evangelium, & fieri Sermo, & ibi debet eſſe una magna Crux ligni parata. His autem finitis, Prior incipit antiphonam tribus vicibus, terque omnes flectunt genua.* Ave Rex noſter fili David Redemptor Mundi &c.[a] *Poſt haec incipit unus de Archichoris antiphonam*: Occurrunt turbae cum floribus, & palmis Redemptori &c. *Finita autem legitur Evangelium*: Cum appropinquaret &c. *Finito Evangelio fit ſermo, quo dicto, Archichorus incipit antiphonam*. Coeperunt omnes turbae deſcendentium laudare eum voce magna &c. *In Reverſione Proceſſionis Archichori intrant Eccleſiam, & clauſo Oſtio, dicunt verſus*. Gloria, Laus &c. *Deinde qui facit Officium, accipiat Crucem, & praecedat ante Portam, & percutiat eam*.[b]

FERIA V. IN COENA DOMINI. *Ante Nonam Fratres vadunt proceſſionaliter ad Palatium, ubi pauperes ſunt*.[c] *Prior, & alii duo cum Dalmaticis Rubeis*[d], *& duo Clerici cum duobus candelis, & Cru-*

ce

a [illegible] Gallicanorum Eccleſiis [illegible] Orationes [illegible] Ordinarium [illegible] magna Crux [illegible] Templum ingreſſi [illegible]

b Ordo Romanus [illegible] Clericus, qui Crucem [illegible] Portam.

c [illegible] pauperes [illegible] Palatium [illegible]

d [illegible] Roma 1719.

et cum thuribulo eundo ad Palatium dicunt Miſerere &c. *ad longum, cum* Laus tibi &c. *Semper recitatur dictus Pſalmus donec ſunt juncta pauperes. Et tunc Menſa parata, & alia neceſſaria lavando pedes pauperum, Prior, vel qui facit Officium, incipit preces ſequentes.* Oſtende nobis &c. Dominus Vobiſcum &c. Actiones noſtras &c. *Et tum Diaconus accedens petit Benedictionem cantando Evangelium:* Ante diem &c. *Finito Evangelio Magiſter, & Majores linteo præcincti lavant pedes pauperum, & interim cantantur antiphonæ* Mandatum novum &c. *Proceſſio revertitur ad Eccleſiam nihil dicendo, ſtatim incipitur Nona, & poſt hanc Miſſa* &c. *Cum hora Collationis* [1] *appro-*

[illegible]

[illegible]

appropinquat, omnes Presbyteri & Clerici conveniunt in Eccleſia, & abluunt Altaria cum vino[1], *cantando reſponſorium*, In monte Oliveti oravi ad Patrem, Pater ſi fieri poteſt &c. triſtis eſt anima mea &c. Ecce vidimus eum non habentem ſpeciem &c.

IN DIE VENERIS SANCTA. *Dicta Paſſione, & Orationibus, duo Presbyteri Cappis Rubeis*[2] *praeparati deportantes Lignum Domini ad Altare pedibus nudis cum magna reverentia, cantando antiphonam ſequentem*. Popule meus &c. *Poſtea elevatur Crux dicendo* Super omnia ligna cedrorum tu ſola &c. *Deinde incipit* lamentatio Jeremiae Prophetae. *Duo pueri ſtantes juxta Altare unus a dextris, alter a ſiniſtris, qui a dextris* Kyrie eleiſon, *poſtea qui a ſiniſtris*: Chriſte eleiſon, *& ita alternantes. Duo Presbyteri retro Altare*: Qui paſſurus adveniſti propter nos. *Duo Presbyteri in medio Chori ſtantes flexis genibus* Domine miſerere nobis *Totus Chorus reſpondet*: Chriſtus factus eſt obediens uſque ad mortem. *Deinde puer ſiniſtrae partis dicat* Chriſte eleiſon, *alternans cum altero puero dexterae partis. Presbyteri retro Altare*: Qui prophetice promiſiſti, ero mors tua o mors. *Qui in medio Chori*. Domine miſerere &c. *Totus Chorus*: Chriſtus Dominus &c. *Qui retro Altare*. Qui expanſis in Cruce manibus traxiſti ad te omnia ſaecula &c. *Qui in medio Chori, & totus Chorus reſpondent ut ſupra*.

SAB-

[illegible]

SABBATHO SANCTO PASCHAE. *Prior indutus cum Miniſtris Cruce, & tribus candelis non accenſis acceptis vadunt cum Proceſſione ad Portam Eccleſiae nihil dicendo, ibique benedicendo:* Deus qui Moyſi &c. *Ignem benedicunt, accenduntur tres candelae, & portantur ab introitu Eccleſiae in Chorum cantando:*

Inventor rutilis Dux bone luminis,
Qui certis vicibus tempora dividis &c.[1]

Quo finito Cereus a Diacono benedicitur, & iterum Prior benedicit incenſum, dicendo Orationem ſequentem: Veniat Omnipotens &c. *His dictis Cantores dicant Litaniam in medio Chori unuſquiſque nomine Sancti.*

Litania Prima[2].

Incipit Litania Quina, quae ſic fit per tres, & hic vadit Proceſſio ad Fontes.

Qua finita, benedicuntur Fontes. Facta benedictione, incipit Litania Terna, quae ſic fit per duos ſingillatim.

CAPUT

1 Hymnus Prudentii *Cathemerinon V. ad incenſum Lucernae*. Prima ſtrophe ceteris intercalabatur.

2 Notiſſimae ſunt Litaniae *Ternae*, *Quinae*, *Septenae in Benedictione Fontis*, quae Sabbatho Sancto perſolvitur. Celebre Rituale Julii Ant. Sanctorii Cardinalis S. Severinae nuncupati, a viris doctis concinnatum, impreſſum Romae ex Typographia Dominici Baſae An. MDLXXXIII., ſed minime in vulgus emiſſum, illud admonet p. 56. & 59. *Septenam* non ideo nuncupari, quod ſupplicatio fieret in ſeptem diverſas turmas diſtributa, ſeptemque intervallis, prout olim illa dicta fuit, quae VII. Kal. Maji a S. Gregorio inſtituta, poſtea *Litaniae majoris* nomen accepit, quam quidam & ideo *ſeptiformem* appellatam teſtantur; ſed hoc nomine donatur, quod ejus ſingulae invocationes ſepties repeterentur, ſcilicet a quinque Clericis ſingillatim, deinde a dextro Choro, poſtea a ſiniſtro: *Quina* quod repeterentur quinquies, a tribus nempe Clericis, & ab utroque Choro ſingillatim: *Terna* quod ei canendae vacarent duo Archiclerici, Primicerius, & Secundicerius, reſpondente primum Choro dextero, deinde ſiniſtro, unde ter quaeque invocatio tunc diceretur. A ceteris tamen antiquis Ritualibus differt hic Codex, nam principio indicit *Litaniam Primam*, ideſt, quae a duobus Cantoribus in medio Chori, eadem verba reſpondente Choro, antequam Clerus procederet ad Fontes dicebatur. Tempore Proceſſionis *Litaniam Quinam*, quae fiebat *per Tres*, ideſt a tribus pueris ſingillatim utroque reſpondente diviſo Choro. In regreſſu *Litaniam Ternam*, *quae fiebat per duos ſingillatim &c.* Ipſas vero Litanias, ſeu potius unam Litaniam in tres partes diſſectam haud exſcribimus, quod praeter pauca aliquot Sanctorum nomina, vix aliud praeferant, obſervatuque dignum contineant.


CAPVT QVARTVM.

Ritus Crucem deoſculandi poſt perceptam Synaxim. Imago proſtypa illi affixa ex duplici addito ſymbolo, S. Pantaleonis eſſe demonſtratur. In feſto ejuſdem Martyris Rhodus obſidione liberata, & Pantaleon inter Vrbis, Ordiniſque Tutelares adſcitus. Eo die cumulatiſſima criminum, ac poenarum relaxatio data. Crucis deoſculatio a PP Nicaenis, Hadriano, & Leontio Ep. collaudata. Non ſimplicis obſequii cauſſa H.ſpitalarios illam deinceps fuiſſe oſculatos, ſed quia Indulgentia *eidem addicta. Ritus affigendi* Indulgentias *ſenſibilibus ſignis Paullo PP IV anterior. Prima origo huc fortaſſe revocanda. Ritus praebendi Codicem Evangeliorum M. Magiſtro deoſculandum, Honorii* III. *interdictum Hoſpitalariis minime refragari. Ex veteri* EVANGELIARIO *Rhodienſi excerpitur, & vulgatur* CAPITVLARE *per Anni circulum.*

TRANSLATITIVM apud noſtrates illud eſt, ut quoties Ordinis Proceres coeleſtem adeunt menſam, divinique panis participes fiunt, Prior Eccleſiae Crucem argenteam antiquo artificio factam, M. Magiſtro praebeat oſculandam, cujus poſticae parti ſignum affixum eſt, quale in ſubjecto ſchemate cuivis licebit oculis uſurpare. Praeſtabit ritus primordia veſtigare, ex qua cognitione prompta, & facilis erit totius rei explicatio. Laetiſſimus, ac celeberrimus illuxerat Rhodo dies VI. Kalend. Auguſti, An. MCCCCLXXX., quo Vrbs obſidione duriſſima a formidabili Turcarum exercitu jamdiu vallata, omni metu, omnique periculo exempta fuerat. M M Abuſſonius, qui tum temporis ſummo inter noſtros utebatur imperio [1], minime ambigens, Superos Chriſtianis militibus affuiſſe, & impendentem Ordini calamitatem ope ſua avertiſſe, prope ad illum ipſum propugnaculum, quo Mahumetani a noſtris magno animo excluſi ac rejecti fuerant, & de belli eventu deſperantes in fugam ſe dederant, Aediculam conſtrui fecit in honorem S. Pantaleonis, ſive Pantaleontis, ſive Pantaleemonis Nicomedienſis Martyris, cujus eo die feſtum peragebatur, quique idcirco precibus apud Deum praecipue egiſſe, ut Hoſpitalariorum cauſſae faveret, merito ac jure putabatur. Fuit deinceps

1 Confer quae retulimus pag. 391.

deinceps feſtum illud noſtris ſacerrimum; ut pote quo Equites ad Sacram Synaxim omnes accurrerent, pleniſſimae abſolutionis beneficio in Dei gratiam revocarentur, & ampliſſima indulgentia omnis illorum criminum poena aboleretur. Res liquido manifeſta eſt ex veteri Ordinis *Breviario*, ad cujus calcem, pag. 27. legitur: *forma Abſolutionis, qua utimur in feſto S. Panthaleonis, propter Indulgentiam ipſius diei*. Occaſione itaque impetratae liberationis hanc Crucem fabrefactam reor, adjectamque proſtypam effigiem ipſius Pantaleonis eſſe, pro certo habeo.



EX ARGENT. INAVR.

Duo appoſita ſymbola, rem perſpicuam & evidentem faciunt; Sanctus hic exſculptus homo, Templum ſiniſtra manu gerit, ac ſuſtentat; at cui quaeſo incompertum Vrbium, populorumque Patronos ſic effingi, ut eorum fidei tutelaeque concreditas Civitates ob oculos ſemper illos habere, defendere, cuſtodire, incolumeſque ſervare intelligamus? Quamobrem illud ſaepenumero occurrit in nummis medii Aevi, ut Sancti Vrbium praeſides fabricam aliquam ma-

nu portantes exprimantur. Hoſpitalarii ergo qui S. Pantaleonem Rhodo, totique Graeciae maximo in honore eſſe [1] compererant, qui a Rhodiis velut defenſorem, ac ſoſpitatorem coli videbant, facilius beneficii memoria obſtricti, Patronum ſibi adſciverunt, ipſumque Templum princeps, duplici turri inſtructum, illi tutandum tradiderunt. Quia vero praecipuae cujuſdam culturae indicium habitum eſt, quemadmodum Differt. IV. cap. IX. demonſtravi, ut Sanctorum Tutelarium imagines *Cruci Stationali* appingantur [2], in horum numerum Pantaleonem ſe retuliſſe, optimi Equites vel hac una ſignificatione declararunt. Si quis autem roget quo pertineat alterum illud Leonis ſymbolum, is ſic habeat. Pantaleon ex Euſtorgio Ethnico, & Eubule Chriſtiana natus, Medicae arti a puero ſe dedit [3], Euphroſino praeceptore, Deo immortali duce, & Hermolao Presbytero hortatore hanc mentem, voluntatemque ſuſcepit, ut Chriſtianum nomen publice profiteretur: delatus idcirco ad Maximianum Imp., fruſtraque ut Religionem desereret tentatus, multis tormentis fuit excruciatus. Inter haec, ut ferarum morſibus dilaniandus traderetur, mandavit iniquiſſimus judex, ſed magna cum omnium admiratione, belluae etſi truculentae, humani ſanguinis licet cupidae, fameque preſſae, poſita immanitate, Pantaleoni ſublandiuntur. Acta Graeca, auctore Metaphraſte, interprete Aloyſio Lipomano, ex quibus Hieroſolymitani *Lectiones Officii proprii* decerpſere,

cap.

1 Pantaleonis Nicomedienſis apud Graecos cultum celebrant Menaea, Menologium, Typicum S. Sabae, Horologium, [illegible] &c. Templa [illegible] CPoli, & [illegible] in Armenia dedicata. [illegible] vero in Eccleſia Occidentali vetuſtiſſimo Martyrologio Hieronymianum, Adonis, Bedae, Viuardi, Wandelberti, Notkeri, Rhinovienſe, [illegible] apud [illegible]. [illegible] ad Kalendar. Marmor. Eccleſ. Neapolit. ad diem [illegible] Februarii, & 27 Junii. In Miſſali Romano edito Venetiis 1563, quem [illegible] in Biblio[illegible] [illegible] [illegible] Cong. [illegible] pag. [illegible] Miſſa de quatuordecim Sanctis auxiliatoribus, [illegible] Georgius, Blaſius, Eraſmus, Vitus, Pantaleon, Chriſtophorus, Dionyſius, Cyriacus, Acatius, Euſtachius, Aegidius, Catharina, Margareta, Barbara. Ad quem vero [illegible] Corpus hujus Martyris [illegible] [illegible] [illegible] Marino [illegible] Archiepiſcopus [illegible]. [illegible] [illegible] An. 1719. [illegible] [illegible] † [illegible] [illegible] S. PANTALEONIS [illegible]. [illegible] [illegible] Pantaleonem? [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

2 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

3 Venetiis in [illegible] Capſula [illegible] † ΙΑΤΡΟΣ ΟΥΤΟΣ ΜΑΡΤΥΣ ΠΑΝΤΑΛΕΗΜΩΝ. *Medicus iſte Martyr Pantaleemon.* [illegible] in Graecorum [illegible].

cap. III. ſic teſtantur. *Tantum abfuit, ut ferae Sancto malefacerent, ut eae propemodum ne ferae viderentur, ſed magna cum reverentia accederent ad Martyrem, ſuaviter blandientes, benignaque, & medicante lingua pedes tangentes* [1]. Pantaleonem igitur Rhodi, Ordiniſque Patronum, brevi tectum interula, qualis homini ad beſtias damnato conveniebat, & belluarum divino munere domitorem, hic repraeſentari conſtat.

Nunc ad ritum hujus Crucis deoſculandae, quoties ad coeleſte epulum ſollemniter celebrandum noſtri accedunt, convertar: de cujus tamen origine gravior, & inextricabilis propemodum difficultas ſuboriri nonnullis videtur. Cuivis ſane nihil magis pronum eſſet reſpondere, quam ab Hoſpitalariis hoc ritu id effici, quod piiſſimo majorum inſtituto comprobatum acceperant; nam „ figu„ rae pretioſae ac vivificae Crucis, ac venerabilibus almorum „ virorum imaginibus „ hunc cultum recte deferri, ut eiſdem oſcula reverenter deſigantur, *σὺν ἀκριβείᾳ, καὶ ἐμμελείᾳ, cum omni certitudine, & accuratione* definierunt Patres Concilii Nicaeni II Actione VII. [2]. Sapienter proinde oſculum ejuſmodi *honorariam ſalutationem* appellabat Hadrianus PP. in epiſtola ad Carolum M. [3]. Qui quidem mos viſus eſt ita ſancte, ac juſte conſtitutus Leontio Neapolis Cypri Epiſcopo, ut haec oſcula, pietatis, obſequii, benevolentiae argumenta dixerit, quibus Chriſtum, Martyres, Coelicolaſque abſentes cogitatione complectimur. Sicuti enim ſi eſſent coram, illorum pedibus, nullo reprehendente, oſcula ingereremus; ita conſpectis eorumdem ſimulacris, vi imaginandi quaſi praeſentes tenemus, oſculoque ſalutamus [4]. Illud proinde primum ſubit cogitare ad quamdam cultus ſpeciem ejuſmodi deoſculationem eſſe referendam. Verum alia mihi de hoc ritu animo ſedit opinio, & veram illius originem, niſi me fallo, deprehendiſſe videor. Duo ſaepe tacitus animadverti, mecumque reputavi. Primum eſt *formam Abſolutionis*, qua Fratres S. Johannis utebantur *ob Indulgentiam* in feſto S. Pantaleonis, penitus obſoleviſſe. Antiqua illa igitur ratio Indulgentias concedendi, quae ab ipſo Cypriani aevo obtinebat, ut idem eſſet Epiſcopum, vel

 Pre-

1 *Apud Biographos Antuerpienſes ad XXVII. Julii.*

2 *Labbe tom. VII. Pollis. ... [illegible] ... v.* *Joſephum Stephanum Valentinum de Oſculatione pedum Rom. Pont., Romae 1578., & Arnoldi [illegible] libellum de eodem argumento, editum Romae 1609.*

3 *Ibidem.* 4 *Ibi.*

Presbyterum, vel Diaconum *pacem dare*, ac poenas relaxare, apud noſtros in uſu eſſe deſiit. Alterum eſt, Crucem hanc deoſculandam praeberi certis, definitiſque diebus, nimirum quibus Fratres ad Eucharistiam percipiendam veniunt, & cumulatiſſimam criminum Indulgentiam adipiſcuntur. Hoc autem poſito ſic retexo orationem. Certum eſt, ſublata prima Indulgentiarum ratione, Eccleſiam ſignis quibuſdam ſenſibilibus illas addixiſſe. Chriſti Crucifixi imaginibus, Numiſmatibus, Spherulis precatoriis. Ergo ſi dies, ſi tempus, ſi cetera ritus adjuncta perpendantur, veriſimilis, probabiliſque conjectura elicitur, non ſimplicis obſequii gratia Crucem noſtrates deoſculari, ſed quia illi Indulgentia fuerit affixa atque addicta. Nihil autem facilius potuit evenire, quam ut Indulgentia in feſto S. Pantaleonis conceſſa, ad ceteros dies magnae Synaxeos, ſeu, ut vocant, *Communionis Generalis*, extenderetur. Quo vero tempore id acciderit, dilucide in noſtris monumentis haud patet. Aureus ille rerum Theatinarum Hiſtoricus Silos, Paullo IV. PP. hanc religionem attribuit, non inficiatur tamen, poſſe hoc Pontifice antiquiorem haberi[a]. Certe hic veſtigium aliquod apparet, ut illa anterior Paullo probabilius credatur; nam ante illud tempus hic ritus inter noſtros invaluerat: cujus fortaſſe nullum hactenus hoc noſtro antiquius innotuit exemplum, ut prima origo *Indulgentias* Crucibus affigendi hinc non incongrue repeti poſſe videatur.

Sed quem veteres Chriſtiani Sanctorum imaginibus praeſtabant cultum, eundem propemodum Evangeliorum Codicibus illos exhibuiſſe legimus[b], quare perlecto in *Miſſa* Evangelio Codex ipſe ad oſculum Cleri & populi circumferebatur. Uſu id jamdiu receptum perſpicue tradit Jonas Epiſcopus Aurelianenſis Saeculi IX. ſcriptor *de cultu Imaginum* adverſus Claudium Taurinenſem: *ſacrae Religionis uſus adhuc in Eccleſia ſervatur, ut perlecta ſacri Evangelii lectione, ab Epiſcopo, vel Presbyteris, ceteriſque ſacri ordinis Religioſis, Codex in quo Evangelii lectio recitata eſt, multiplicibus oſculis veneretur*[c]. Apud Hieroſolymitanos illud frequentatum, ut M. Magiſtro, quum Sacro adeſt, liber Evangeliorum deoſculandus exhibeatur, & quamvis Honorius PP. III. Epiſtola ad Matthaeum Patriarcham CP. inhibuerit, quominus *ad oſculandum aliis*, quam

a *Hiſtoriae Clericorum Regularium auctore Joſepho Silos tom. 1. lib. 1. Romae 1650.*

b Chriſti imaginem, & Evangeliorum librum debito illo cultu adorari oportere decrevit Synodus VIII. Can. III.

c *Lib. 1. in Praefat. Biblioth. PP. tom. XIV.*

quam perſonis inunctis deferatur[1]; duplex attamen cauſſa noſtris ſuffragatur, quod M. Magiſter loci *Princeps* ſit[2], idemque ſacri Ordinis caput. Communis quidem hic ritus eſt, ſed pervetus EVANGELIARIVM Rhodo delatum, quod ad id ſolet in *Magna Miſſa* adhiberi, novum certe aliquid ad ſcribendum ſuppeditat. Evangelia per Anni circulum ſingulari diſpoſita ordine eo in Codice occurrunt, ut vel in hoc Eccleſiam noſtram Rhodienſem proprios ſuos ritus habuiſſe intelligamus. Ex hoc igitur Evangeliario indiculum, ſeu CAPITVLARE excerpere, inque lucem emittere conſtituimus, facem nobis ad id praeferentibus viris ſummis atque eruditiſſimis. Enim vero tanti fecerunt hujuſmodi indiculos maxima illa litterariae Reipb. lumina Fronto[3], Venerabilis, & ſemper cum laudis praefatione nominandus C. THOMASIVS[4], Martenius[5], Georgius[6], ut ubi illos inter Pariſienſes, Vaticanos, Graſſenſes codices deprehenderint, optime ſe de rerum Liturgicarum ſtudiis promereri poſſe putarint, ſi e latebris educerent, typiſque traderent excudendos. Codices, quibus indiculi ſolent eſſe deſcripti, Evangelia plerumque continent, ad quorum calcem illi calamo exarabantur, & velut Kalendaria habebantur ad feſtos dies, ad *Stationes*, aliaque indicanda. Deerat ſane a Codice Rhodienſi indiculus, & ne integrum volumen ederemus, placuit capitula proferre. Saepe cum Thomaſianis Capitularibus hocce noſtrum conſentit; aliquando eadem habet, quae Rom. Sacramentarium; nonnumquam ab omnibus diſcrepat. Haec omnia ad imam paginae oram ſingulatim adnotare, ſupervacanei operis eſſe exiſtimavimus. Quidquid occurrit ſingulare, & proprium uno contextu ſubjecimus, rejecto ad calcem dierum indice, in quibus Codex a communi uſu non diſcrepat. fruſtra enim interſererentur, quae cuivis ſunt obvia, & notiſſima.

CAPI-

1 Rain. *Annal. Eccleſ. An.* MCCCXXI. n. XXVIII.
2 Principibus ad deoſculandum deferri licere declaravit S. Rit. Cong. An. 1611.
3 *Kalendar. Roman. ex MSS. S. Genovefae, Pariſiis* 1652.
4 Poſt Antiquos libros Miſſarum Capitulare Evangeliorum edidit An. 1691. Nunc habes illud Operum tom. V. ex recenſione P. Vezzoſi.
5 *In Novo Theſauro Anecdotorum* tom. V.
6 *De Liturg. Rom. Pont.* III. *Romae* 1744. Appendicem Monumentorum a Capitulari Evang. Georgius exorditur.

CAPITVLARE EVANGELIORVM

PER ANNI CIRCVLVM

Ex Veteri Codice Sacrarii Mellicenſis.

Dominica prima Adventus. *Cum appropinquaſſet Ieſus &c.* ut in Miſſali Romano in benedictione Palmarum.

Dominica ſecunda, ut in Miſſ. Rom. Dominica prima.

Dominica tertia, ut in ſecunda M. R.

Dominica quarta, ut in tertia M. R.

In Nativitate Domini. *Miſſa in Galli cantu*, ut in prima Miſſa in nocte. *Miſſa in mane*, ut in ſecunda Miſſa aurorae. *Ad magnam Miſſam*, ut in tertia.

Dominica ſecunda poſt Octabam Theophaniae. *Secundum Matthaeum*. *Cum deſcendiſſet Ieſus de monte*, uſque ad ea verba: *in teſtimonium illis* &c. Noſtrum Evangeliarium quatuor tantum Dominicas ponit poſt Octavam Epiphaniae; hodie quinque habentur.

Dominica in medio Quadrageſimae. Ex Dominica quarta Miſſ. Rom. demptis tamen his verbis in fine: *Ieſus ergo cum cognoviſſet &c.*

Dominica Palmarum deſideratur.

Feria ſecunda poſt Ramos Palmarum. *Secundum Iohannem*. *Ante ſex dies Paſchae venit Ieſus Bethaniam* &c. Hoc Evangelium, cujus pars tantum hodie recitatur, integrum antiquitus legebatur, pro ut hic habetur. Confer Thomaſium *tom. v. pag.* 455.

Paraſceve deſideratur.

Dominica prima poſt Paſcha, ut in Miſſ. Rom. ſed poſt ea verba; *quorum retinueritis, retenta erunt*, habetur. (diviſio, & reaſſumitur) *Thomas autem* &c. ut poſterior pars legi poſſet in die S. Thomae Apoſtoli.

De Sancta Trinitate. *Secundum Iohannem*. *Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus nomine &c.*

Dominica prima poſt Trinitatem. *Secundum Lucam*. *Homo quidam erat dives &c.*

Dominica ſecunda poſt Trinitatem, ut in ſecunda poſt Pentecoſt. M. R.

Dominica tertia poſt Trinitatem, ut in tertia poſt Pent. M. R.

Dominica quarta poſt Trinitatem. *Secundum Lucam*. *Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter &c.*

Dominica quinta poſt Trinitatem; ut in quarta poſt Pent. M.R.

Atque

Atque ita ſequitur uſque ad Dominicam Vigeſimam quartam poſt Trinitatem, ut ſingulis aſſignetur Evangelium praecedenti affixum in Miſſali Romano.

Dominica vigeſimaquinta poſt Trinit. Secundum Iohannem. Cum ſublevaſſet oculos Ieſus, quia multitudo &c. uſque ad ea verba incluſive: *qui venturus eſt in mundum.*

In Dedicatione Eccleſiae. Secundum Lucam. Non eſt arbor bona, quae facit fructus malos &c. uſque ad ea verba: *ſupra firmam petram* incluſive.

In Octabis Apoſtolorum Petri & Pauli. Secundum Matthaeum. Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in naviculam &c.

In feſto S. Bartholomaei Ap. Secundum Lucam. Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe major &c.

In feſto S. Mich. Archangeli. Secundum Matthaeum. De feria ſecunda poſt Dominicam I. Quadrageſ. Miſſ. Rom.

De Suſceptione Sanctae Coronae. Secundum Iohannem. Apprehendit Pilatus Ieſum &c. & Milites plectentes coronam &c.

In feſto unius Apoſtoli, vel plurimorum. Secundum Iohannem. Haec mando vobis &c.

Unius Martyris. Secundum Iohannem. Niſi granum frumenti &c. Item aliud *Secundum Lucam. Deſignavit Dominus &c.* uſque ad ea verba incluſive: *dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Item aliud *Secundum Lucam. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris, non praemeditari quemadmodum reſpondeatis &c.* Item aliud *Secundum Matthaeum. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me &c.*

In Communi plurimorum Martyrum. Secundum Matthaeum. Ecce ego mitto vos &c. Item aliud, ut in feſto omnium Sanctorum Miſſ. Rom. Item aliud. *Secundum Lucam. Attendite a fermento Pharisaeorum.* Item aliud. *Secundum Matthaeum. Cum perſequentur vos in Civitate iſta &c.* Item aliud *Secundum Marcum. Egrediente Ieſu de templo, ait illi unus ex diſcipulis ſuis; Magiſter aſpice, quales lapides &c.* uſque: *hic ſalvus erit.* Item aliud. *Secundum Matthaeum. Loquente Ieſu ad turbas, ecce mater ejus, & fratres ſtabant foris &c.*

In Communi Confeſſorum. Secundum Lucam. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam &c. Item aliud. *Secundum Lucam. Nemo accendit lucernam &c.* Item aliud. *Secundum Marcum. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; videte, vigilate, orate.*

De

De Angelis. Secundum Iohannem. Aſcendit Ieſus Hieroſolymam; eſt autem Hieroſolymis Probatica Piſcina &c. uſque ad ea verba: *ſanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate.*

Pro tribulatione. Secundum Matthaeum. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: petite, & dabitur vobis. uſque ad ea verba incluſive: *quanto magis Pater veſter, qui in Coelis eſt dabit bona petentibus &c.*

ADNOTATIO.

DIES IN QVIBVS EVANGELIARIVM RHODIENSE CONSENTIT CVM LIBRIS MISSALIBVS ECCLESIAE ROM.

A Nativitate Domini uſque ad Dom. II. poſt Theoph.
A ſeptuageſima uſque ad Dom. in Paſſione.
A feria II. poſt Paſch. uſque ad Sabbathum.
A Dom. II. poſt Paſch. uſque ad Trinit.
In feſto S. Stephani.
S. Iohannis.
SS. Innocent.
In Circumciſione, vigilia Theoph. & ipſa Theophania.
In feſt. S. Andreae Ap.
S. Thomae Ap.
In Inventione Crucis.
Cathedra S. Petri.
SS. Philippi, & Iacobi.
In die Sancti Sacramenti.
S. IOANNIS BAPTISTAE *in vigilia, & in feſto.*
SS. Petri, & Paulli. Vigil.
S. Iacobi Apoſt.
In Transfigurat. Domini.
In Aſſumpt. B. M. V.
In Decollatione S. Baptiſtae.
In Exaltatione S. Crucis.
S. Matthaei tum in vigil. tum in feſto.

Praeter hos dies nullos alios habet noſter Codex, fortaſſe quia ea tantummodo deſcripta fuerint Evangelia pro diebus, quibus Magiſter ad Sacrum in Eccleſia Conventuali audiendum accedebat, vel quia non alius eſſet Miſſarum *propriarum* numerus apud Rodios, dum ille exararetur.

CA-

CAPVT QVINTVM.

Quam ſancte ac provide LIPSANA *publica religione colenda ab Eccleſia proponantur. Elenchus eorum, quae in Baſilica Melitenſi adſervantur. Nova monumenta pro aſſerendo cultu* SANCTORUM *Ordinis Hieroſolymitani editurum ſe auctor receperat; cur illa mutato conſilio in alium librum rejicere cogatur.*

QVANDOQVIDEM natura ſic omnes comparati ſumus, ut illuſtrium virorum, qui ingentibus factis nomen ſuum poſteris inſigne fecerunt, exuvias adhuc ſuſpiciamus, illarumque adſpectu ad virtutem, animique magnitudinem inflammari ſentiamus; meliori ſane conſilio illorum veneramur Reliquias, qui vel infracto animo pericula, tormenta, mortemque ipſam pro Chriſto oppetiere, vel nullis capti cupiditatibus ita caſte & integre vixerunt, ut ex hominum genere in coelum tranſlati publica religione colantur. Id optime profecto viderat pietatis, doctrinaeque laude preſtantiſſimus Johannes Chryſoſtomus, qui Sacrorum Lipſanorum intuitum ad bene, beateque vivendum incitamentum quoddam appellavit: *ἡ γὰρ ὄψις τῆς λάρνακος εἰς τὴν ψυχὴν ἐμπίπτουσα, καταπλήττεται αὐτὴν, καὶ διανίστησι*; *capſae ſiquidem* (qua illa conduntur) *aſpectus animam inundans, ipſam percellit, & excitat* [1]. Et quamvis in Reliquiarum oſtenſione Eccleſiae propoſitum id ſit, ut illarum cultus retineatur, & veneratio identidem reviviſcat, ne, ſi omnino occultae manerent, reſtinguatur; nihilominus Sacra Pignora oculis proponi, quo facilius amor virtutis excitetur, docent Patres Concilii Moguntiaci Cap. XLIII. *Reliquias Sanctorum in Eccleſiis noſtris monemus, vel ob id proponendas, & religioſa pietate venerandas, ut per eas fideles commoniti diſcant virtutes, & Sanctorum fidem imitari* [2]. Hinc celebris in utraque Eccleſia *Ritus oſtenſionis Reliquiarum*, quae ſtatutis diebus, & horis, ex edito, ornatoque loco, a Sacris Miniſtris cum thurificatione, luminibus, ac canticis fiebat [3]. Fratribus S. Johannis Hieroſolymitani mos eſt illas Altaribus imponere,

 popu-

1 *In Libello de S. Babyla contra Gentiles, Oper.* tom. 2. Eadem habet in Homilia 2. Juliani, a Labbe *tomo* 11.

3 Haec omnia fuse demonſtrari abunde a Petro Moreto, *de Ritu oſtenſionis SS. Reliquiarum*, Romae 1721.

populoque ſpectandas exhibere ſingillatim his diebus, quibus uniuſcujuſque *Sancti* feſtum peragitur, ut erga illas ipſas felices animas, quas Eccleſia in Divorum numero collocavit, quadam rerum omnium conjunctione, cultus ſplendidior evadat, & pleno fiduciae ſpiritu illarum patrocinium liceat impetrare. Jam vero quia ita fert omnium Hiſtoricorum conſuetudo, qui Templorum viciſſitudines, ritus, ſacramque ſupellectilem deſcribunt, ut LIPSANA recenſeant, & de his quaſi de theſauris quibuſdam glorientur, peropportunum viſum eſt mihi, eorum, quae in ampliſſima Meliteuſi Baſilica adſervantur, atque ſuis diebus coluntur, catalogum ſubnectere. Primum inter haec ſibi vindicant locum *Inſtrumenta*, quibus crudeles ac ſcelerati vexatores Chriſtum mactarunt, ſed nihil de illis in hoc elencho dicimus, quod hac ipſa in Diſſertatione non ſemel verba fecerimus. Poſt hominum liberatorem JESVM, ejuſque auguſtiſſimam Matrem MARIAM, nemo eſt Coelicolarum, quem noſtri majori proſequantur cultura, impenſiuſque obſervent, niſi S. BAPTISTAM. Sed in hoc argumento explicando omnis verſatur ſeptima hujus operis Diſſertatio, in qua & Johannis Reliquias memoravimus, quas Hieroſolymitani adepti ſunt, illuc proinde lectorem amandamus, ne ſemel prolata importune recudantur.

ELENCHVS LIPSANORVM,

QVAE IN ECCLESIA S JOHANNIS VENERATIONI PROPONVNTVR.

S. Antonii Abbatis. Dono dedit M. M. Laſticus.
S. Sebaſtiani M. Obtulit M. M. Dambuſius.
S. Iohannis Eleemoſinarii. Donum Bajulivi Sanqueville.
S. Polycarpi M. Donum Bajulivi Caſpes Cannoguerra.
S. Iohannis Chryſoſtomi. Thecam ornavit M. M. Carrectanus.
S. Franciſci Saleſii. Obtulit Bajulivus Lugdunenſis d' Evieux.
S. Blaſii. Conditorium renovavit M. M. Valletta.
S. Vbaldeſcae. Miſit Prior Piſarum Zanchinus.
S. Antonii Patavini . . . . . .
SS. Petri & Paulli . . . .
S. Mariae Magdalenae. Donum M. M. Carrectani.
S. Jacobi Apoſtoli . . . .
S. Annae Manus. Dono dedit M. M. Dambuſius.

S Pan-

S. Pantaleonis M. Idem Dambuſius largitus eſt.
S. Chriſtophori M. Fr. Alleramus ex Comitibus Linguilliae Prior Piſarum, & Meſſanae obtulit.
S. Clarae. Thecam fecit Fr. Taumenigo Celtiber.
S. Rochi . . . . .
S. Bartholomaei Apoſtoli. Conditorio inſculptum eſt ſtemma gentilitium M. M. de Villanova.
S. Auguſtini. Donum Fr. Octavii Solarii Sancti Stephani Bajulivi.
S. Lazari. Munus Fr. Matuleſcout Romegas Prioris Toloſae.
S. Roſaliae Comparavit Fr. Greg Caraſa Rupellae Prior.
S. Euphemiae (V. Boſium Part III. lib. XXI)
Ejuſdem Pollex. Turriculae inſcriptum eſt nomen Fr. Gullielmi De Loben Brandemburg.
SS. Coſmae, & Damiani. M. M. Homedes particulas extraxit.
S. Hieronymi . . . .
SS. Placidi, & Sociorum. Miſit Senatus Meſſanenſis.
S. Thereſiae . . . . . .
SS. Vrſulae, & Sociarum. Thecam elegantius conſtrui fecit Prior Allemanniae Neſſerlood.
S. Hilarionis. Munus Bernardini Scaleae Prioris Capuae. Argenteae ornatiſſimae capſae haec inſcripta eſt epigraphe: *Reliquiae Sanctorum plurimorum ex Palaeſtina Cyprum, Rhodum, & deinde Melitam a Sacro Hoſpitalarior. Ord. ſumma reverentia adductae &c.* ibid.
SS. Cleophae, Bonifatii, Felicis, Iſacis, Loigdii, Matthaei Ap., Sennen, Theodori.
S. Caroli Borromaei. Obtulit Federicus Borromaeus cauſarum Religionis Melitae quaeſitor.
S. Katherinae V. & M. Thecam figuris Anaglyptis, aliiſque encauſto pictis ſua impenſa juſſit fabrefieri M. M. de Villanova.
S. Andreae Apoſtoli. Eodem tabernaculo reconduntur Oſſa SS. Andreae Cretenſis, Procopii, Stephani M., Philomenae, Theodori, & *χαύκαλον τῦ ἁγίυ Ιωάννυ τῦ Δαμασκηνῦ, ϗ τῦ ἁγίυ Γρηγορίυ τῦ Θεολόγυ, & Cranium S. Iohannis Damaſceni, & S. Gregorii Theologi.*
S. Nicolai. Thecae inſcriptum legitur: Fr. L. Sanquevillè dedit.
S. Tuſcanae. Miſit Vrbs Verona.
S. Franciſci Xaverii . . . .
S. Stephani Protomartyris. Capſulam renovavit Fr. Michaël Fanale.

S. Thomae Cantuarienſis	.	Conditorium conſecravit Fr. Didacus de Britto.
S. Ioſeph.	)	Recens oblatae.
S. Franciſci.	)	
S. Vincentii Ferrerii.	)	
S. Franciſci de Paula.	)	
Corpus S. Clementis M.	)	Nomina adſcititia, ducta de more ex virtutibus.
Corpus S. Fidelis M.	)	

Quod vero in hujus operis praeloquio facturum me ſpoponderam, ut CVLTVM Sanctiſſimis quibuſdam noſtri Ordinis viris coelo jam receptis tributum vindicarem, hoc loco videretur a me effici, atque praeſtari debere, ipſa enim argumenti affinitas aditum ad id patefacit commodiſſimum. Magna ſane apud noſtros ſunt nomina S. NICASII, S. HVGONIS, B. GERLANDI de Alamannia, B. GHERARDI Mecatti, B. PETRI Pattarini Cornelienſis, quos nedum magnificis, diviniſque emicuiſſe virtutibus, ſed ſacros ſibi decretos honores obtinuiſſe facile evinci poteſt ex his, quae litteris prodidere Boſius [1], Curionus [2], Gouſancourtius [3], Paulius [4], Cajetanus [5], Pirrus [6], Arturus [7], Vadingus [8], Razzius [9], Brocchius [10], Fortius [11], Vivianius [12], Savinus [13], Torellus [14]. Nova ego in hanc cauſſam undique collegeram monumenta, aptoque

1 Agit de eisdem in Ordinis Historia, sed brevitatis ergo adi libellum: *Le Imagini de' Beati, e Santi della S. R. Gerosolimitana con un breve compendio della vita, e de' miracoli loro, cavate da Francesco Truglio. Palermo* 1653.

2 *Il Glorioso Trionf. della Religione de' Cavalieri Gerosolimitani &c. di Domenico M. Ciccone, Napoli* 1619.

3 *Martyrologe des Chevaliers de S. Jean &c.* quod alibi indicavimus.

4 In Codice Diplomatico T. 1. Num. [illegible] & pag. 509. *Observationum*, documenta affert ad probandum S. Nicasii cultum.

5 *Vitae Sanctorum Siculorum. Tom.* 11. *fol.* 214. & *in animadvers. fol.* 80. agit de B. Gerlando ejusque cultu.

6 *In Notitia Ecclesiae Syracusanae.* Quomodo fit Calatagironensium in B. Gerlandum publica veneratio, demonstrat.

7 *In Martyrologio Ord. S. Francisci ad diem* XIII. *Maii. Parisiis* 1653.

8 *Annales Ord. S. Francisci tom.* 11. *ad an.* 1177. *Romae* 1735. Beatum Mecattum a Villa Magna, Etruriae oppidulo, Ordinis Hierosolymitani de classe Fratrum *servientium*, scimus a S. Francisco *habitum Tertiarii* accepisse; ideo in hujus Familiae Historia multa de eo scribuntur.

9 *Vite de' SS. e BB. della Toscana.*

10 *Vita di S. Gherardo da Villamagna scritta dal Dottor Giuseppe Brocchi. Lucca* 1740.

11 *Hagiologium &c. seu de Sanctis, ac Beatis Etruriae, pag.* 71. *Romae* 1751. agit de eodem B. Mecatto.

12 *Monumenta illustrium Virorum Galliae Togatae, lib.* 1. *cap.* 1. *Bononiae* 1727. Gesta B. Petri Cornel. inibi memorat.

13 *Vincentii Savini Historia Fori Cornelii ad An.* 1710. Adservatur MS. in publico Urbis illius Tabulario.

14 *Armamentarium Ordinum Equestrium &c. opera & studio Th. Aloysii Torelli Episcopi Herolensis, tom. II. Dissert.* CXXVIII. *fol.* 22. [illegible] 1751. Vitas omnium Sanctorum, ac Beatorum ejusdem Ordinis penitus complectitur.

que ordine explicata ſic deſcripſeram, ut uno veluti conſpectu dilucide, planeque intelligeretur, fuiſſe mortales illorum exuvias ex humili loco in ſublimiorem ac conſpicuum elevatas, illorum ſepulcris Tabellas votivas appenſas, & lumina accenſa; Altaria illis dedicata; effigies diademate, laureola, radiiſque redimitas in Templis inter alias Sanctorum imagines collocatas; feſtos dies in illorum honorem publica intercedente auctoritate indictos; Reliquias Chriſtianorum venerationi coram, & palam propoſitas; illorum nomina in Martyrologium, faſtoſque ſacros relata, & in Divinis Officiis, publiciſque precibus illorum laudes commemoratas [1]. Quae quidem omnia, quum certiſſima habeantur indicia publici cultus nomine Eccleſiae exhibiti [2], eo rem perduxiſſe mihi videbar, ut poſtulandae *Canonizationis Aequipollentis* eventum ſecundiſſimum ſperare aliquando liceat [3]. Verum dum omnia, quae in re eſſent, ſatis attento animo inquirerem, digererem, adornarem; ita ſe mihi multa in hac commentatione obtulerunt, ut non niſi longo ſermone, maximeque copioſa disputatione comprehendi atque concludi ea poſſint; quod lectori hoc tempore faſtidioſum eſſet, ac permoleſtum. Contra autem brevitas, quae in aliis dicendi generibus ferri, imo laudari ſolet, in hac graviſſima cauſſa foret omnino vitioſa, meritoque reprehendenda. A ſcribendo praeterea me demoratur orationis ſtylus, qui his in rebus nulla plerumque ſuavitate delectat. Tandem eſt illud neceſſarium, ut antequam id genus documenta in vulgus mittantur, perque manus hominum vagentur, illa ſuo pondere aeſtiment, judiciumque de ipſis ferant Sacrarum cauſſarum cognitores. Ne igitur ſuſcepto patrocinio deeſſem, dum in illud incumbere viderer, mentem voluntatemque mutavi, ac nemo, ut puto, conſilium vituperabit meum, quod in aliud tempus haec tractanda reſervarim.

CA-

1 Eccleſia Genuenſis olim [illegible] Sepulcrum colit; Veronenſis S. Toſcanum. *Miſſam propriam* de eadem Sancta Virgine ex antiqua Membrana evulgavit Biancolinus. *Notizie ſtoriche delle Chieſe di Verona*, lib. II. *Tit. S. Sepolcro*. Verona 1749. Inter Ordinis noſtri Beatos ſolent accenſeri B. GHERARDUS Hoſpitalariorum inſtitutor, B. GARRIA Matinea, B. DUTTUS Presbyter, B. [illegible]; horum ego nomina ideo praeteriiſſem, quod de illis vera, & certa probati cultus indicia adhuc mihi non ſuppetant.

2 Ad horum rerum excellentiſſimum ſcriptorem BENEDICTUM XIV. *De Canonizat.* lib. II. cap. 22. & *ſequentib.*

3 Comitia Generalia An. 1651. tit. III. de Eccleſia num. 24. adiuverunt, ut Orator ad Sanctam Sedem ſupplicet Domino Apoſtolico pro ſolemni confirmatione cultus, & *Canonizatione* Beatorum Ordinis.

CAPVT SEXTVM.

De ritibus funeris apud Hieroſolymitanos ad expiandos Fratrum defunctorum Manes. Conſtitutio Ordinis explicatur. Primo de Sacrificio piaculari. Tricenarium Miſſarum *hac lege noſtris imperatum, Monachis frequens. Cereus ab Hoſpitalariis ad funus delatus. Cum facibus, ac lampadibus juſta olim perſoluta tradunt Acta Proconſularia Cypriani, Chryſoſtomus, Nyſſenus, Hieronymus, Nazianzenus. Denarius pro expiatione a noſtris oblatus. Pſalmorum, & precum recitatio in exequiis. Exempla in funere Macrinae, Paullae, Conſtantii, Juſtiniani. Concilium Toletanum illam maxime commendat. Victoris Vitenſis adverſus Arianos lamentum. Noſtram Conſtitutionem mire cum Canone Concilii Celchytenſis convenire.* Belcidum, *ſive ſertum globulorum ad numerandas preces, dum mortuis parentatur. Eidem Conſtitutioni illuſtrandae divulgatur perpetua conventio Monachorum Fuldenſium* de Suffragiis, *praefixa Necrologio ejuſdem Monaſterii, nuper* SS. BENEDICTO XIV. *Fulda tranſmiſſo. Hinc* Miſſae *privatae uſum patere, confirmarique. De antiquo* Officio defunctorum *Fratrum S. Iohannis. Preces in eo concluſas ex vetuſtiſſimis libris Ritualibus excerptas: quae & ab iniqua M. A. de Dominis cenſura vindicantur. Sequitur* KALENDARIVM *Eccleſiae S. Iohannis Rhodi.*

OMNIVM rerum mors eſt extremum; non illa tamen interitus eſt omnia tollens, atque delens, ſed quaedam quaſi migratio, commutatioque vitae, quae in egregiis viris dux in coelum ſolet eſſe. At qui contractas noxias voluntariis ſuppliciis, dum viverent, minime compenſarunt, graviori poſt mortem exercentur ſupplicio, corporibuſque ſoluti laeſo Deo piacula in *Purgatorio* exſolvunt, donec concreta labes igne vindice exempta, purus relictus ſit ſpiritus. Conſtans, & perpetua hac in re utriuſque Eccleſiae conſenſio ita ab Allatio [1] eſt demonſtrata, ut contra veritatem repugnent, qui illam negant. Et quia certiſſimum eſt ſacrificiis, precibus, aliiſque operibus Deo oblatis, quae *Suffragia* a Theologis nuncupantur, Animas illic detentas juva-

1 *De utriuſque Occidentalis, & Orientalis Eccleſiae perpetua in dogmate de Purgatorio conſenſione*, Romae 1655.

juvari, & ſuis tandem infortuniis, triſtibuſque poenis emancipari, bene, religioſeque Hoſpitalarii Milites S. Johannis juſta funebria piis defunctorum Fratrum Manibus expiandis Catholico more inſtituerunt. Supereſt ergo, ut in hac extrema parte, & concluſione operis, qui ſint apud Hieroſolymitanos veteres exequiarum, & piaminum ritus oſtendam. In libro *Statutorum tit.* III. *de Eccleſia num.* XIV. habetur: *Per ciaſcun Fratello defonto ſi celebrino trenta Meſſe. nella prima i Fratelli, che ſaranno preſenti offeriſchino una Candela acceſa, & un Denaro, i quali denarj poi ſiano dati ai poveri, e ciaſcun Capellano celebri Meſſa & i Diaconi, e Sudiaconi leggano il Salterio. I Cavalieri, e Frati ſervienti dichino cinquanta Pater noſter, ovvero l' Officio de' Morti* [1]. Ut in hujus legis explicatione partite ac diſtincte procedat oratio, *de Miſſarum Sacrificio* primum dicemus. Non id mihi nunc ſumo, ut oſtendam, *Miſſam* tamquam ſuffragium omnium maximum, ac tutiſſimum in Eccleſia, ab Apoſtolicis uſque temporibus pro defunctorum requie, & expiatione fuiſſe celebratam. Satis id jam a noſtris Theologis confirmatum, ac potiſſimum a Card. Perronio adverſus Regem Angliae [2], a Bullengero contra Caſaubonum [3], a Nat. Alexandro [4], a Cardinali Gotto in refutatione Lamberti Danaei [5]. De *Tricenario* imperato numero Miſſarum quaerendum potius videtur. Celeberrima fuit defunctorum commemoratio die ab obitu trigeſimo, cujus meminere Amalarius lib. IV. cap. XLII., & Hicmarus Archiepiſcopus Remenſis in Capitulari An. DCCCLII artic. XIV; ſed quotidiana pro illis ſacrificatio triginta dierum ſpatio peragenda, M. Gregorio attribui ſolet. Illam certe antiquitus apud Monachos uſitatam produnt Diſciplina Farfenſis, Statuta Lanfranchi, Conſuetudines Becenſes, & Cluniacenſes Udalrici [6]. Secundo loco jubetur, ut Fratres S. Johannis ad juſta perſolvenda cum cerea candela accedant. Innumeris ſane monumentis evincere poſſem lampadibus, facibus, cereiſque accenſis a Chriſtianis ſemper fuiſſe parentatum, vetereſque picturas ſacras rei teſtificandae commemorare; ſed hujus ritus obtrectatoribus praeſtabit potius

1 *De Anniverſario pro Defunctis Fratribus peragendo in Hebdomada Quinquageſimae*, legem tulit M. M. Hugo Revellius.

2 *Replique à la reſponce du Roy de la Grande Bretagne*, liv. iv. Chap. v. à Paris 1620.

3 *Diatribae ad exercitationes Baronianas Iſaaci Caſauboni*, Diatrib. III. Lugduni 1617.

4 *H. E. Saec.* IV. *Diſſ.* XLI. *Pariſiis* 1679.

5 *Veritas Religionis Chriſtianae*, tom. VII. cap. XLII. Romae 1735.

6 *De Antiquis Monachorum Ritibus*, lib. V. cap. x. Lugduni 1690.

tius Patrum teſtimonia opponere. Acta Proconſularia S. Cypriani, Martyris & Epiſcopi Carthaginenſis, corpus illius *cum cereis, & ſcolacibus* (facibus) elatum, *& in areis Macrobii Procuratoris* depoſitum fuiſſe teſtantur. [1] Johannes Chryſoſtomus Hom. IV. in epiſtolam Paulli ad Hebraeos ritus cauſſam ſic explicat. *εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες; οὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς προπέμπομεν, Nam dic mihi quid ſibi volunt clarae lampades? An non eos* (mortuos) *tamquam athletas deducimus?* [2] Hinc Gregorius Nyſſenus funus ſororis Macrinae deſcribens, narrat, Miniſtros proceſſiſſe *τὰς ἐκ κηρῶ λαμπάδας ἔχοντες, accenſos cereos manibus geſtantes.* [3] Nyſſeno adnectendus Hieronymus, qui in S. Paullae epitaphio affirmat, corpus illius fuiſſe Epiſcoporum manibus translatum, *quum alii Pontifices lampadas, cereoſque praeferrent.* [4] Conſentit Gregorius Nazianzenus, qui Invectiva II. in Julianum hoc ipſum factum in funere Conſtantii Imperatoris perſpicue ſcribit, [5] itemque Corippus Poeta de emortuali pompa Juſtiniani Imp. accinit:

Moeſtaque funereas accedunt agmina ceras [6].

Tertio lex mandat *Denarium* offerri, qui pauperibus diſtribuatur; quod iterum ſancivit M. M. Villarettus. Porro inter ſuffragia eleemoſinam recenſuere Chryſoſtomus Hom. III. in Ep. ad Philippenſes, Origenes lib. III. in Jobum, Ambroſius lib. II. de exceſſu Satyri, Gregorius M. lib. II. ep. II. ad Bonifatium, relata *in capite Animae defunctorum*, moremque piiſſimum jam a Saeculo IV. in Eccleſia viguiſſe vel ipſi Magdeburgenſes fatentur. [7] Tandem jubet, ut Pſalmi canantur, & ab idiotis *Dominica Oratio* quinquagies recitetur. Jamdiu ex Concilio Bracharenſi II. habito An. DLX. Capit. XVII. [8] defunctis *Oblationis commemorationem, & pſalendi officium* impendi conſueviſſe didicimus, quare in mox recenſitis funeris exequiis Cypriani, Macrinae, Paullae, Conſtantii, Juſtiniani chori Pſalentium conſtanter adduntur. Similiter Sulpitius Severus epiſt. III. ad Baſſulam corpus Beati Martini hymnis, cantionibuſque ad ſepulcrum elatum memorat. [9] Quin etiam ne Pſalmorum recitatio in funeris deductione praetermitteretur, provide caverunt Concilium Toletanum III. An. DLXXXIX. Capit. XXII. [10], ac Juſtinianus *Novella Conſt.*

1 *Acta primorum Martyrum ſincera, & ſelecta ſtudio Theoderici Ruinarti, Pariſiis 1689.*
2 *Commentar. in Paulli ep. tom. II. edit. Commelinianae 1603.*
3 *Vita S. Macrinae, oper. tom. II. edit. Gretſeri, Pariſiis 1615.*
4 *Operum edit. Martianaey, tom. IV. Pariſiis 1706.*
5 *Orat. IV. edit. Billii, Pariſiis 1609.*
6 *Lib. III. de laud. Juſtin. Goetzii, Altorfi 1743.*
7 *Cent. IV. cap. 6. de Rit. Eccl. Baſileae 1624.*
8 *Labbe tom. V. Conciliorum cum Lucenſi Bracarenſi.*
9 *Oper. edit. Lugdun. Batav. 1635.*
10 *Labbe ubi ſupra.*

Conſt. LIX. Merito igitur Victor Vitenſis, tamquam de illata ab Arianis injuria conquerebatur, quod Catholici corpora mortuorum *ſine ſollemnitate hymnorum*, precibusve ad ſepulcrum ducere cogerentur [1].

Denique quicquid eſt noſtrae hujuſce legis, cum Canone x. de ſuffragiis Epiſcopis praeſtandis Concilii Celichytenſis A. DCCCXVI. ita concordat, ut nihil magis: verba libet ſubnectere. *Hoc firmiter ſtatuimus aſſervandum, ut quandocumque aliquis ex numero Epiſcoporum migraverit de ſaeculo, . . . pulſato ſigno omnis famulorum Dei coetus ad Baſilicam conveniat, ibique pariter XXX pſalmos pro defuncti anima decantet. Et poſtea unuſquiſque Antiſtes, & Abbas ſexcentos pſalmos, & centum viginti Miſſas celebrare faciat, & tres homines liberet, & eorum cuilibet tres ſolidos diſtribuat, & ſinguli ſervorum Dei diem jejunent, & triginta diebus canonicis horis, expleto Synaxeos, & ſeptem Beltidum Pater noſter pro eo cantetur* [2]. Sed novum prorſus, magnique ab omnibus habendum proderit ante oculos ſtatuere monumentum, quo & Hieroſolymitanos optima ſibi ad imitandum exempla propoſuiſſe oſtendatur, & vetus *Miſſae privatae* uſus ut cum maxime probetur. Anno ſuperiore oblatus fuit BENEDICTO XIV. a Thoma Emaldio Baſilicae Lateranenſis Canonico, ejuſdemque Beatiſſimi Patris ab Epiſtolis nomine Monachorum Fuldenſium, quos Pontifex ſapientiſſimus ſummis affecerat beneficiis, Codex Membranaceus in eodem Monaſterio ante mille annos manu deſcriptus. Continet ille NECROLOGIUM omnium antiquiſſimum, in quo ab obitu Pipini Regis uſque ad Annum MLXV. perpetuo, accurateque adnotantur nomina Imperatorum, Regum, illuſtrium Germaniae Epiſcoporum, Abbatum, interdum Pontificum Rom., Monachorum, & Monialium. Quamvis hujus Necrologii ſpecimen vulgarint Leibnitzius [3], & Schannatus [4], integrum numquam fuit typis datum. Fortaſſe nunc erit, qui de illo edendo conſilium capiat, quando-

I i i qui-

1 *De Perſecutione Vandalica lib.* I. *cit. ed.*

2 Labbe *Tom.* VIII. Beadsmen vox Saxonica, quam Spelmannus in Glossario Archaeologico (*Londini* 1664.) interpretatur *Referentes*, ſive ferentes ex globulis ad numerandas preces, quas [illegible]. Praeterea [illegible] publi- [illegible] ad [illegible] populum, ut [illegible], precibusque [illegible]. [illegible] Concilium [illegible] optimum, [illegible] Synodus Dordracena Ann. 1574. cap. 47. [illegible] *Compaſcuorum temporis ſepultura*. (*Hanoverae* 1620.) [illegible] ſpecies, quicquid [illegible] cuſtoditur ab his, qui ſe *Reformatores* jactitant, non tantum [illegible] conſilio, ſed graviſſimorum Patrum judicio [illegible] ſolito.

3 *Scriptoris Rerum Brunſvicenſium Tom.* III. *pag.* 760. *Hanoverae* 1711

4 *Vindemiae Litterariae Collect.* I. *Monum.* I. *Fuldae*, & *Lipſiae* 1723.

quidem ſacratiſſimus Princeps pretioſae Membranae aequiſſimus aeſtimator, Vaticanae Bibliothecae eam addixit. Quod ad rem pertinet, huic *Obituario* praefixa eſt conventio Monachorum Fuldenſium, qua decernitur, oblatio in honorem S. Bonifatii facienda, tum additur quot quiſque Sacrificiis, aliiſque piis operibus defunctis Fratribus opitulari debeat, in haec verba. *Hanc conſtituerunt Patres noſtri fideles viri. Qui hanc communionem ſuſceperint, in ſequenti die poſt Miſſam Sancti Andreae Apoſtoli, ideſt in feſtivitate Ordinationis Sancti Bonifatii in unum conveniant, & unus quiſque ad Dei ſervitium offerat cerae pretium denarii, vel quantum potuerit. Et ſi aliquis infirmitate tentus fuerit, ceteri ſani viſitent eum & ſolatia in quantum poſſunt praebeant. Et ſi aliquis eorum obierit, unuſquiſque viventium cantet ei*, VEL PERFICIAT *tres Miſſas, vel tria pſalteria. Intra* XXX. *dies, & quanti obierint in iſtis* XXX *diebus cantetur eis ſimul quod ſupra conſtitutum; .. .... & in circulo Anni pro omnibus communiter cantetur, vel* PERFICIATUR *Miſſa* I. *vel pſalt.* I *& ante palmam in* IIII *feria unuſquiſque eleemoſynas in quantum poſſit, dare non ceſſet.* Sic inter Fuldenſes convenerat ſub primo illorum Abbate Styrmio, pueque pactioni ſubſcripſere CXVIII. Monachi. Renovata deinde illa fuit ſub XV Abbate Werinherio. Quod ſi hac conventione Fuldenſibus optio dabatur Miſſam pro mortuis vel *cantandi*, vel *perficiendi*, quis non animadvertat, piaculare Sacrificium cum ſollemniter, tum private fuiſſe peractum?

Atque in ipſis parentalibus Hoſpitalariorum peculiarem etiam fuiſſe Pſalmorum, precumque diſpoſitionem perſpicue deprehendi ex antiquo Codice Membranaceo formae, quam vocant *in octavo*, huc titulo *Officium defunctorum ſecundum conſuetudinem Fratrum Hoſpitalis S. Ioh Hieroſolymitani*, quem mihi communicavit vir optimus Fr. Carolus Farruggia Em. Principis M.M. a cognitionibus & libellis. Certe qui ex noſtris huic *Officio* olim deſcribendo ſtudium impendit, is procul dubio in divinis litteris multam poſuerat operam, optimoſque Rituales libros pervolutarat, nam preces in funebri pompa, *& ſuper tumulum* recitandas, quas hoc Codice concluſerat, aliae ſunt, quas Martenius libro III. de Antiquis Eccleſiae Ritibus ſe inveniſſe ait in Codice Floriacenſi Saeculi VIII., in libro Sacramentorum Biblioth. Colbertinae, in Pontificali Salisburgenſi, aliae ſunt, quas Cardinalis Sanctorius ex vetuſtiſſimis

mis libris tranſtulit in ſuum *Rituale*, de quo paullo ſupra verba fecimus. Memini quidem M. Ant. de Dominis, cujus malum illud erat ingenium, ut virus in venis, ac medullis incluſum, quacumque data porta, largiter profunderet, omnibuſque, quas ſcriberet, rebus adſpergeret, in libro *de Republica Eccleſiaſtica*[1] affirmaſſe preces illas, quae nunc in funere curando ſolent recitari, olim in vitae, mortiſque interjectu fuiſſe recitatas. Scilicet eo ſpectabat homo verſute impius, ut perſuaderet antiquos Patres in ea fuiſſe ſententia, poſſe nos quidem animam agentibus, fuſis ad Deum precibus auxiliari, ſed illos, qui vita exierunt, nullis omnino ſuffragiis levare. Sed quam graviter a veteri, receptoque Eccleſiae inſtituo aberraverit, vix attendenti manifeſto apparet. Non repugno preces aliquas, quibus hoc tempore Deum mortuis propitiare rogamus, in antiquis Ritualibus reperiri inter *Orationes ad bene moriendum*. Ergone nullae aliae reliquae erant, quae in deductione cadaveris, juxta ſepulturae locum, in Anniverſariis canerentur? Pleni ſunt iidemmet Caeremoniales libri precibus, in quibus expreſſa *defunctorum* fit mentio. Quid, amabo, formulae illae *pro fratribus, qui in Domino obdormierunt, qui in pace requieſcunt*, aliaque id genus, quibus majores noſtri in parentalibus uſi ſunt? Quid in Miſſae ſacrificio *commemoratio pauſantium*, vel *in Chriſto dormientium*, quae occurrit in Sacramentariis primaevae Eccleſiae[2]? Quid *Oratio* dum demortuum corpus lavaretur, quid *Vigiliae* defunctorum; quid annuae *Oblationes* in die dormitionis, quae ab exordio Chriſtianae Reip. obtinuerunt[3]? At fruſtra ego in Salonitani Epiſcopi calumnia depellenda diutius immoror: adeo commentitia, & falſa ſunt, quae ille prodit, ut Hildebrandus[4], & Nicolaus[5], quamvis alienae ſectae homines, refutanda, explodendaque intellexerint. Quamobrem, quod unum in me receperam, ut oſtenderem Sacros Hieroſolymitani Ordinis ritus mire cum omni Eccleſiaſtica antiquitate conſentire, id pro viribus praeſtitiſſe confido.

1 lib. v. cap. viii. Middelburgi 1618.

2 Adi Cl. Berlendi de Oblat. ad Altare, §. xii. numero v. edit. Venet. 1745.

3 V. C. Thomaſii Orationale, Antiphonar. Sacramentar. Indicul. de celebr. Miſſ. Tom. I. &c. vi. vii. Nov. edit.

4 De Primitivae Eccleſiae aſſertorio pro defunctis Helmſtadii 1691. pag. 16.

5 De luctu Chriſtianorum cap. xvii. §. v. Lugduni Batav. 1730.

VETVS KALENDARIVM ECCLESIAE S. JOHANNIS RHODI.

JANVARIVS *habet dies* XXXI. *Luna vero* XXX.
Nox habet horas XVI. *Dies vero* VIII.

III.	A	*Kalend.*	1.	*Circumciſio Domini noſtri.* Baſilii Ep.	IX. *Lect.*
	b	IV. *Non.*	2.	Octava S. Stephani.	IX *Lect.*
XI.	c	III *Non.*	3.	Octava S. Joannis Apoſt.	IX *Lect.*
	d	II. *Non.*	4.	Octava S. Innocentium.	IX. *Lect.*
XIX.	e	*Nonis*	5	Vigilia.	
VIII.	f	VIII. *Idus*	6.	*Epiphania Domini. Feſtum duplex.*	
	g	VII *Idus*	7.		
XVI.	A	VI *Idus*	8.	*Vbicumque inveneris Lunam primam*	
V.	b	V. *Idus*	9.	*poſt Epiphaniam, ibi computa decem*	
	c	IV *Idus*	10.	*dies, & ſequente Dominica erit Se-*	
XIII.	d	III. *Idus*	11.	ptuageſima.	
II.	e	II. *Idus*	12.		
	f	*Idibus.*	13.	Oct. Epiph. Hilarii, & Remigii.	IX. *Lect.*
X.	g	XIX. *Kal.*	14.	*Febr* Felicis Presb. in Pincis	IX. *Lect.*
	A	XVIII. *Kal.*	15.	Mauri Abbatis.	IX. *Lect.*
XVIII.	b	XVII *Kal.*	16.	Marcelli PP., & Martyris.	IX. *Lect.*
VII.	c	XVI. *Kal.*	17.	Antonii Abbatis. *Semiduplex*	
	d	XV. *Kal.*	18.	Priſcae Virg. *Sol. in Aquario.*	IX. *Lect.*
XV.	e	XIV. *Kal.*	19.	*Ante diem Priſcae, nunquam deponitur Allel.*	
IV.	f	XIII. *Kal.*	20.	Fabiani, & Sebaſtiani Mart.	IX. *Lect.*
	g	XII. *Kal.*	21	Agnetis Virg., & Mart.	IX. *Lect.*
XII.	A	XI. *Kal.*	22.	Vincentii Martyris.	IX. *Lect.*
I.	b	X. *Kal*	23.		
	c	IX. *Kal.*	24.	Timothei Ep., & Mart.	IX. *Lect.*
IX.	d	VIII. *Kal.*	25.	*Converſio S. Pauli. Semidupl.*	
	e	VII *Kal.*	26	Polycarpi Ep., & Mart.	IX. *Lect.*
XVII.	f	VI. *Kal.*	27.	Juliani Ep., & Conf.	IX. *Lect.*
VI.	g	V *Kal.*	28	Agnetis ſecundo.	IX. *Lect.*
	A	IV. *Kal.*	29.	Papiae, & Mauri Mart.	IX. *Lect.*
XIV.	b	III. *Kal*	30.	Mathiae Ep., & Conf. Hieroſol.	IX. *Lect.*
III.	c	II *Kal.*	31.		

Sol ingreditur primam partem Aquarii ſex horis fere ante meridiem. Annus habet menſes XII. Hebdomadas LII. & diem unum. Dies vero CCCLXVI. & ſex horas fere.

FE-

FEBRVARIVS *habet dies* XXVIII. *Luna* XXIX.
Nox habet horas XIV. *Dies vero* X.

	d	*Kalend.*	1.	Ignatii Epiſcopi, & Martyris.	IX. *Lect.*
XI.	e	IV. *Nonas*	2.	*Purificatio S. Mariae. Duplex.*	IX. *Lect.*
XIX.	f	III. *Nonas*	3.	Blaſii Epiſcopi, & Martyris.	IX. *Lect.*
VIII.	g	II. *Nonas*	4.		
	A	*Nonis*	5.	Agathae Virg., & Martyr.	IX. *Lect.*
XVI.	b	VIII. *Idus*	6.	Vedaſti, & Amandi Epiſcopor.	IX. *Lect.*
V	c	VII. *Idus*	7.	Dorotheae Virg. & Martyr.	IX. *Lect.*
	d	VI. *Idus*	8.		
XIII.	e	V *Idus*	9.	Apolloniae V., & M. Oct. Pur.	IX. *Lect.*
II.	f	IV. *Idus*	10.	Scolaſticae Virginis.	IX. *Lect.*
	g	III. *Idus*	11.		
X.	A	II. *Idus*	12.	Eulaliae Virg., & Martyris.	IX. *Lect.*
	b	*Idibus*	13.		
XVIII.	c	XVI. *Kal.*	14.	*Martii.* Valentini Presb., & M.	IX. *Lect.*
VII.	d	XV. *Kal.*	15.	Fauſtini, & Jovitae Martyr.	IX. *Lect.*
	e	XIV. *Kal.*	16.	Julianae Virg., & Martyr.	IX. *Lect.*
XV.	f	XIII. *Kal.*	17.		
IV.	g	XII. *Kal.*	18.	Symeonis M., & Ep. Hieroſolym.	IX. *Lect.*
	A	XI. *Kal.*	19.	Pauli primi Her. Conf. non Ep.	IX. *Lect.*
XII.	b	X. *Kal.*	20.		
I.	c	IX. *Kal.*	21.		
	d	VIII. *Kal.*	22.	*Cathedra S. Petri. Semiduplex.*	
IX.	e	VII. *Kal.*	23.	Vigilia.	
	f	VI. *Kal.*	24.	*Mathiae Apoſt. Semiduplex.*	
XVII.	g	V. *Kal.*	25.		
VI.	A	IV. *Kal.*	26.	*Biſextum ſextae Martis tenuere Kalendae*	
	b	III. *Kal.*	27.	*Poſteriori die celebratur feſta Mathiae.*	
XIV.	c	II. *Kal.*	28.		

Die VIII. Februarii nocte ſequenti hora III. fere ante medium noctis Sol relicto Aquario, intrat in ſignum Piſcium.

Praeveniens cathedram dat tardius ille vacare.

MAR-

MARTIVS *habet dies* XXXI *Luna vero* XXX.
Nox habet horas XII. *Dies vero* XII.

III.	d	*Kalend.*	1.	Albini Confeſſor.	IX. *Lect.*
	e	VI. *Nonas*	2.		
XI.	f	V *Nonas*	3.	(*drageſimae*	
	g	IV. *Nonas*	4.	*Poſt Martii Nonas, ubi ſit nova Luna Qua-*	
XIX.	A	III. *Nonas*	5.	*Tertia lux Domini propria Paſcha.*	
VIII.	b	II. *Nonas*	6.	Cirilli Confeſſoris non Epiſcopi.	IX. *Lect.*
	c	*Nonis*	7	Perpetuae, & Felicitatis Martyr.	IX. *Lect.*
XVI.	d	VIII *Idus*	8.	Thomae de Aquino Conf non Ep.	IX. *Lect.*
V.	e	VII. *Idus*	9.		
	f	VI *Idus*	10.		
XIII.	g	V *Idus*	11.	Sanctorum XL. Martyrum.	IX. *Lect.*
II.	A	IV. *Idus*	12.	*Gregorii Papae, & Doct. Semiduplex.*	
	b	III. *Idus*	13.		
X.	c	II. *Idus*	14.	(ravit.	IX *Lect.*
	d	*Idibus*	15.	Longini M., qui latus Domini lanc. perſo-	
XVIII.	e	XVIII. *Kal.*	16.	*Aprilis.*	
VII.	f	XVI. *Kal.*	17.	Patricii Ep., & Confeſſoris.	IX. *Lect.*
	g	XV *Kal.*	18.	Alexandri M., & Ep. Hieroſolym.	IX. *Lect.*
XV.	A	XIV. *Kal.*	19.	Joſephi Conf., & Nutritii Domini.	
IV.	b	XIII. *Kal.*	20.		(IX. *Lect.*
	c	XII. *Kal.*	21.	Benedicti Abbatis.	IX. *Lect.*
XII.	d	XI. *Kal.*	22.		
I.	e	X. *Kal.*	23.		
	f	IX. *Kal.*	24.		
IX.	g	VIII. *Kal*	25.	*Annunciatio Dominica. Duplex.*	
	A	VII. *Kal.*	26.		
XVII.	b	VI. *Kal.*	27.		
VI.	c	V. *Kal.*	28.		
	d	IV. *Kal.*	29.		
XIV.	e	III. *Kal.*	30.		
	f	II. *Kal.*	31.		

Die X. Martii nocte ſequenti in medio noctis Sol ſubit primum gradum Arietis. Eſt Aequinoctium.

APRI-

APRILIS *habet dies* XXX. *Luna vero* XXIX.
Nox habet horas X. *Dies vero* XIV.

	g	*Kalend.*	I.		
XI.	A	IV. *Nonas*	2	Mariae AEgyptiacae Matronae.	IX. *Lect.*
	b	III. *Nonas*	3.		
XIX.	c	II. *Nonas*	4.	Ambroſii Ep., & Doctoris.	*Semiduplex.*
VIII.	d	*Nonis*	5.		
XVI.	e	VIII. *Idus*	6.		
V.	f	VII. *Idus*	7.		
	g	VI. *Idus*	8.		
XIII.	A	V. *Idus*	9.		
II.	b	IV. *Idus*	10.		
	c	III. *Idus*	11.	Leonis Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
X.	d	II *Idus*	12.		
	e	*Idibus*	13.		
XVIII.	f	XVIII *Kal*	14.	*Maii*. Tiburtii, Valeriani, & Maximi	
VII.	g	XVII. *Kal.*	15.	(Martyrum.	IX. *Lect.*
	A	XVI *Kal.*	16.		
XV.	b	XV. *Kal.*	17.		
IV.	c	XIV. *Kal.*	18.	*Sol in Tauro.*	
	d	XIII. *Kal.*	19.		
XII.	e	XII. *Kal.*	20.	Victoris Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
I.	f	XI. *Kal.*	21.		
	g	X. *Kal.*	22.		
IX.	A	IX. *Kal.*	23.	Georgii Martyris. *Semiduplex.*	
	b	VIII. *Kal.*	24.		
XVII.	c	VII. *Kal.*	25.	*Marci Evangeliſtae. Semiduplex.*	
VI.	d	VI. *Kal.*	26.	Cleti Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
	e	V. *Kal.*	27.		
XIV.	f	IV. *Kal.*	28.	Vitalis Martyris.	IX. *Lect.*
III.	g	III *Kal.*	29	*Dedicatio majoris Altar Petr. M.*	IX. *Lect.*
	A	II. *Kal.*	30.	Eutropii Martyris.	

Die x. Aprilis ſexta hora poſt meridiem Sol Taurum intrat.
Extrema Paſchae docet tua Paſſio Marce.

MAJUS

MAJVS *habet dies* XXXI. *Luna vero* XXX.
Nox habet horas VIII. *Dies vero* XVI.

XI.	b *Kalend.*	1. *Philippi, & Jacobi Apoſtolor. Semidupl.*	
	c V. *Non.*	2. Athanaſii Epiſcopi, & Confeſſ.	IX. *Lect.*
XIX.	d V. *Non.*	3 Inventio S Crucis. *Duplex.*	IX. *Lect.*
VIII.	e IV. *Non.*	4. Quiriaci M. Ep. Hieroſolym.	IX. *Lect.*
	f III. *Non.*	5. Angeli Martyris.	IX. *Lect.*
XVI.	g II. *Non.*	6. *Ioannis ante Portam Lat. Ap. & Evang.*	
V.	A *Nonis*	7.	(*Semidupl.*
	b VIII. *Id.*	8.	
XIII.	c VII. *Id.*	9. Tranſlatio S.Nicolai Ep.,& Conf.	IX. *Lect*
II	d VI. *Id.*	10. Gordiani, & Epimachi Martyr.	IX *Lect.*
	e V. *Idus*	11.	
X.	f V. *Id.*	12. Nerei, & Achillei, atque Pancratii Mar-	
	g III. *Id.*	13.	(tyr. IX. *Lect.*
XVIII.	A II. *Id.*	14.	
VII.	b *Idibus*	15.	
	c XVII. *Kal.*	16. *Iunii.*	
XV.	d XVI. *Kal.*	17.	
IV.	e XV. *Kal.*	18.	
	f XIII. *Kal.*	19.	
XII.	g XIII. *Kal.*	20. Bernardini Conf.	IX. *Lect.*
I.	A XII. *Kal.*	21.	
	b XI. *Kal.*	22.	
IX.	c X. *Kal.*	23.	
	d IX. *Kal.*	24.	
XVII.	e VIII. *Kal.*	25. Vrbani Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
		(Mariae Jacobi, & Salomes.	*Duplex.*
VI.	f VII. *Kal.*	26.	
	g VI. *Kal.*	27.	
XIV.	A V. *Kal.*	28.	
III.	b IIII. *Kal.*	29.	
	c III. *Kal.*	30.	
	d II. *Kal.*	31. Petronillae Virginis.	IX. *Lect.*

Die XV. Maji nocte ſequenti circa meridiem noctis fere Sol primam partem Geminorum ſubit.

JVNIVS

IVNIVS habet dies XXX. *Luna vero* XXIX.
Nox habet horas VI. *Dies vero* XVIII.

	e	*Kalend.*	1. Nicomedis Martyris.	IX. *Lect.*
XIX	f	IV *Non.*	2 Marcellini, & Petri.	IX. *Lect.*
VIII.	g	III *Non.*	3.	
XVI.	A	II. *Non.*	4.	
V.	b	*Nonis*	5.	
	c	VIII. *Id.*	5 Claudii Ep., & Confeſſ.	IX. *Lect.*
XIII.	d	VII *Id.*	7.	
II.	e	VI. *Id.*	8 Medardi, & Gildardi Ep.	IX. *Lect.*
	f	V. *Idus*	9. Primi, & Feliciani Martyrum.	IX. *Lect.*
X.	g	IV. *Idus*	10.	
	A	III. *Id.*	11 *Barnabae Apoſt Semiduplex.*	
XVIII.	b	II. *Id.*	12. Baſilidis, Cirini, Naboris, Nazarii, & (Celſi M.	IX *Lect.*
VII.	c	*Idibus*	13. Antonii de Padua Conf non Ep.	IX. *Lect.*
	d	XVIII. *Kal.*	14. *Iulii*. Heliſei Prophetae.	IX. *Lect.*
XV.	e	XVII. *Kal.*	15. Viti, & Modeſti, atque Creſcentiae Mar.	
IV.	f	XVI. *Kal.*	16. Cirici, & Julittae Martyrum.	IX. *Lect.*
	g	XV. *Kal.*	17	
XII.	A	XIV. *Kal.*	18. Marci, & Marcelliani Martyr.	IX. *Lect.*
I.	b	XIII. *Kal.*	19. Gervaſii, & Prothaſii Martyr.	IX. *Lect.*
	c	XII. *Kal.*	20.	
IX.	d	XI *Kal.*	21. Decem millia Martyrum.	IX. *Lect.*
	e	X *Kal.*	22. Paulini Epiſcopi, & Confeſſ.	IX. *Lect.*
XVII.	f	IX *Kal.*	23. Vigilia.	
VI	g	VIII *Kal.*	24. *Nativitas Iohannis Baptiſtae. Duplex.*	
	A	VII. *Kal.*	25.	
XIV.	b	VI. *Kal.*	26. Johannis, & Pauli Martyrum.	
III.	c	V. *Kal.*	27. (*Transfertur*.	III. *Lect.*
	d	IV. *Kal.*	28. Leo Papa, & Conf. *Transfertur* (Vigilia.	IX. *Lect.*
XI.	e	III. *Kal.*	29. *Apoſtolorum Petri, & Pauli. Duplex.*	
	f	II. *Kal*	30. *Commemoratio S. Pauli Semiduplex.*	

Die XXI. Junii Sol ingreditur primam partem Cancri per horam fere ante meridiem.

JVLIVS *habet dies* XXXI. *Luna vero* XXX.
Nox habet horas VIII. *Dies vero* XVI.

xix.	g *Kalend.*	1. Octava Johannis Baptiſtae.	ix. *Lect.*
viii.	A iv. *Nonas*	2. *Viſitatio S. Mariae Virginis*. Duplex.	
	b v. *Nonas*	3.	
xvi.	c iv. *Nonas*	4. Tranſlatio S. Martini. *Transfertur.*	ix. *Lect.*
v.	d iii. *Nona*	5.	
	e ii. *Nonas*	6. Oct. Apoſtolorum Petri, & Pauli.	ix. *Lect.*
xiii.	f *Nonis*	7 Marcialis Diſcip. Domini. *Transfertur.*	
ii.	g viii. *Idus*	8.	(ix. *Lect.*
	A vii. *Idus*	9. Oct. Viſitationis B. Mariae.	ix. *Lect.*
x.	b vi. *Idus*	10. Septem fratrum Martyrum.	ix. *Lect.*
	c v *Idus*	11.	
xvii.	d iv *Idus*	12.	
vii.	e iii. *Idus*	13.	
	f ii. *Idus*	14. Phocae Epiſcopi, & M. *Dies cani.*	ix. *Lect.*
xv.	g *Idibus*	15.	
iv.	A xvii *Kal.*	16. *Auguſti*.	
	b xvi. *Kal.*	17. Alexii Confeſſoris.	ix. *Lect.*
xii.	c xv *Kal.*	18.	
i.	d xiv. *Kal.*	19.	
	e xiii *Kal*	20. Margaritae Virginis, & Mar.	ix. *Lect.*
ix.	f xii. *Kal.*	21 Praxedis Virginis.	ix. *Lect.*
	g xi. *Kal.*	22. Mariae Magdalenae. *Semidup.*	
xvii.	A x. *Kal.*	23. Apollinaris Epiſcopi, & Mar.	ix. *Lect.*
vi.	b ix. *Kal.*	24. Criſtinae Virg. & M. Vigil.	ix. *Lect.*
	c viii. *Kal*	25. *Iacobi Apoſtoli, Chriſtophori, & Cucufati*.	
xiii.	d vii *Kal.*	26. *Annae Matris Virgin. Mariae. Duplex*.	
iii.	e vi. *Kal.*	27 Pantaleonis Martyris. *Duplex*.	
	f v. *Kal.*	28 Septem Dormientium.	ix. *Lect.*
ix.	g iv. *Kal.*	29. Marthae Virg.	ix. *Lect.*
xix.	A iii. *Kal.*	30. Abdon, & Sennen Martyrum.	ix. *Lect.*
	b ii. *Kal.*	31. Germani Epiſc., & Confeſſoris.	ix. *Lect.*

Die xiv. Julii medio fere noctis praecedentis, Sol tranſit Leonem.

AVGV-

AVGVSTVS habet dies XXXI *Luna vero* XXX.
Nox habet horas X. *Dies vero* XIV.

VIII.	c	*Kalend.*	1. *Petri ad Vincula. Semiduplex.*	
XVI.	d	IV. *Non.*	2. Stephani Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
V.	e	III. *Non.*	3. Inventio Stephani Prothomar.	IX. *Lect.*
	f	II. *Non.*	4.	
XIII.	g	*Nonis*	5. *Dominici Confeſſoris.*	IX. *Lect.*
II.	A	VIII. *Id.*	6. *Tranſfigur. Domini Sixti PP. Dupl. Memoria.*	
	b	VII. *Id.*	7. *Donati Ep. & Martyris.*	IX. *Lect.*
X.	c	VI. *Id.*	8. *Ciriaci, Largi, & Smaragdi Mar.*	IX. *Lect.*
	d	V. *Idus*	9. Vigilia.	
XVIII.	e	IV. *Id.*	10. *Laurentii Levitae Martyris. Semidup.*	
VII.	f	III. *Id.*	11 Tiburtii Martyris.	IX. *Lect.*
	g	II. *Id.*	12. De Corona Domini. *Semidupl.* Clarae (IX. *Lect. Tranſfertur.*	
XV.	A	*Idibus*	13. Hippolyti, & Sociorum ejus M.	III. *Lect.*
IV.	b	XIX. *Kal.*	14. *Septemb.* Euſebii Conf. *Memoria tantum.* (*Vigilia.*	
	c	XVIII. *Kal.*	15. *Aſſumptio B. Mariae Virg. Duplex.*	
XII.	d	XVII. *Kal.*	16. Rochi Confeſſ. *Tranſfertur.*	IX. *Lect.*
XVI.	e	XVI. *Kal.*	17. Octava Laurentii. *Memoria*	
	f	XV. *Kal.*	18. Agapiti Martyris. *Memoria.*	
IX.	g	XIV. *Kal.*	19.	
	A	XIII. *Kal.*	20. Bernardi Ab. *Tranſfertur.*	IX. *Lect.*
XVII.	b	XII. *Kal.*	21.	
VI.	c	XI. *Kal.*	22. Octava Aſſumptionis.	IX. *Lect.*
	d	X. *Kal.*	23. Zachei Epiſc. Hieroſol. Vigilia	IX. *Lect.*
XIV.	e	IX. *Kal.*	24. *Bartholomaei Apoſt. Semiduplex.*	
III.	f	VIII. *Kal.*	25. Ludovici Regis Francor.	IX. *Lect.*
	g	VII. *Kal.*	26.	
XI.	A	VI. *Kal.*	27. Ruffi Martyris.	IX. *Lect.*
XIX.	b	V *Kal.*	28. *Auguſtini Epiſc., & Confeſſ. Semiduplex.*	
	c	IV. *Kal*	29. *Decollatio S. Iohannis Bapt. Semidupl.*	
VII.	d	III. *Kal.*	30. Felicis, & Adaucti. *Tran ſfertur.*	IX *Lect.*
	e	II. *Kal.*	31.	

Die XIV. Auguſti per ſex horas, & dimidiam ante meridiem, Sol primum gradum Virginis attingit.

SEPTEMBER *habet dies* XXX. *Luna vero* XXIX.
Nox habet horas XII. *Dies vero* XII.

XVI.	f	*Kalend.*	1.	Aegidii Abbatis. *Transfertur*	IX. *Lect.*
V.	g	VI. *Non.*	2.		
	A	III. *Non.*	3.		
XIII.	b	II. *Non.*	4.	Octava Auguſtini. *Memoria*	IX. *Lect.*
II	c	*Nonis*	5.	Octava Decollationis Johan. Bapt.	IX. *Lect.*
	d	VIII. *Idus*	6.		
X.	e	VII. *Idus*	7.	Vigilia.	
	f	VI *Idus*	8.	*Nativitas B. Mariae Virg Duplex.*	
XVIII.	g	V. *Idus*	9.	Gorgonii Martyris. *Transfertur.*	IX. *Lect.*
VII.	A	IV *Idus*	10		
	b	III. *Idus*	11.	Proti, & Hyacinthi Mart. *Transfertur.*	
XV.	c	II. *Idus*	12.		(IX. *Lect.*
IV.	d	*Idibus.*	13	Maurilii Ep. *Transfertur.*	IX. *Lect.*
	e	XVIII. *Kal.*	14.	*Octob. Exaltatio S. Crucis. Duplex.*	
				(Cornelii, & Cypriani.	
XII.	f	XVII. *Kal.*	15.	Octava B. Mariae	
I.	g	XVI. *Kal.*	16.	Euphemiae Virg, & Mart. *Semidupl.*	
	A	XV. *Kal.*	17.	Lamberti Ep., & M.. *Sol in Libra.*	IX. *Lect.*
XIX.	b	XIV. *Kal.*	18.		
	c	XIII *Kal.*	19		
XVII.	d	XII. *Kal*	20.	Vigilia.	
VI.	e	XI. *Kal.*	21	*Matthaei Ap. & Evang. Semiduplex.*	
	f	X. *Kal.*	22.	Mauricii, Sociorumque ejus.	IX *Lect.*
XIV.	g	IX. *Kal*	23.	Theclae Virginis.	IX. *Lect.*
III	A	VIII. *Kal.*	24.		
	b	VII. *Kal.*	25.	Cleophae Diſcipuli Domini.	IX. *Lect.*
XI.	c	VI. *Kal.*	26.		
XIX.	d	V. *Kal.*	27.	Coſmae, & Damiani Mart.	IX. *Lect.*
	e	IV. *Kal.*	28		
VIII.	f	III *Kal.*	29.	*Michaelis Archangeli. Duplex.*	
	g	II *Kal.*	30.	*Hieronymi Presb. & Doctoris. Semiduplex.*	

Die XIII Septembris *Sol* primam in partem Librae tranſit medio noctis ſubſequentis, & eſt aequinoctium.

OCTO-

OCTOBER *habet dies* XXXI *Luna vero* XXX.
Nox habet horas XIV. *Dies vero* X.

xvi.	A *Kalend.*	1.	Remigii, Vedaſti, & Amandi Ep.	ix. *Lect.*
v.	b vi *Nonas*	2.	Leodegarii Ep., & Martyris.	ix. *Lect.*
xiii.	c v. *Nonas*	3.		
ii.	d iv. *Nonas*	4.	Franciſci Confeſſoris.	ix. *Lect.*
	e iii. *Nonas*	5.		
x.	f ii. *Nonas*	6	S.S. Patriarchar. Abrahae, Iſaac, & Jacob.	ix. *Lect.*
	g *Nonis*	7.	Marci PP., Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleii Martyrum.	ix *Lect.*
xviii.	A vii. *Idus*	8.		
vii.	b vii. *Idus*	9.	Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii Martyrum.	ix. *Lect.*
	c vi. *Idus*	10.		
xv.	d v. *Idus*	11.	Nicaſii, & Sociorum ejus Mart.	ix. *Lect.*
iv.	e iv *Idus*	12.		
	f iii. *Idus*	13.		
xii.	g ii. *Idus*	14.	Calliſti PP. & Martyris.	ix. *Lect.*
i.	A *Idibus*	15.	Antiochi Ep. & Confeſſoris.	ix. *Lect.*
	b xvii. *Kal.*	16.	*Novembris*	
ix.	c xvi. *Kal.*	17.		
	d xv *Kal.*	18.	*Lucae Evangeliſtae, Semiduplex.*	
xvii.	e xiv. *Kal*	19.		
vi.	f xiii. *Kal.*	20.		
	g xii *Kal.*	21	XI. M. Virginum.	ix. *Lect.*
xiv.	A xi *Kal.*	22.	Marci Mart., & Ep. Hieroſolym.	ix. *Lect.*
iii.	b x. *Kal.*	23.	Severini Ep., & Confeſſoris.	ix. *Lect.*
	c ix. *Kal*	24.		
xi.	d viii. *Kal.*	25.	Criſpini, & Criſpiniani Mart.	ix. *Lect.*
xix.	e vii. *Kal.*	26	Demetrii Martyris.	ix. *Lect.*
	f vi. *Kal*	27	Vigilia.	
viii.	g v *Kal.*	28.	*Symonis, & Iudae Apoſtol. Semidup.*	ix. *Lect.*
	A iv. *Kal.*	29.	Narciſſi Epiſcopi, & Confeſſoris.	
xvi.	b iii. *Kal.*	30		
v.	c ii. *Kal.*	31.	Quintini Martyris. Vigilia.	ix. *Lect.*

Die xix. Octobris duabus fere horis ante Solis ortum, Sol ſubit primam partem Scorpionis.

NOVEM-

NOVEMBER *habet dies* XXX. *Luna vero* XXIX.
Nox habet horas XVI. *Dies vero* VIII.

	d	*Kalend.*	1. *Feſtivitas omnium Sanctorum. Duplex.*	
XIII.	e	IV. *Nonas*	2. Commemoratio Defunctorum.	
II.	f	III. *Nonas*	3. Euſtachii, & Sociorum ejus Martyrum. (*Tranſfertur.*	IX. *Lect.*
	g	II. *Nonas*	4. Amantii Ep., & Conf. *Tranſf.*	IX. *Lect.*
X.	A	*Nonis*	5.	
	b	VIII. *Idus*	6. Leonardi Confeſſ. *Tranſfertur.*	IX. *Lect.*
XVIII.	c	VII *Idus*	7.	
VII.	d	VI. *Idus*	8. Quatuor Coronatorum. Oct. Sanct.	IX. *Lect.*
	e	V. *Idus*	9. Theodori Martyris.	IX. *Lect.*
XV.	f	IV. *Idus*	10. Martini Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
IV.	g	III. *Idus*	11. *Martini Ep., & Confeſſoris. Semiduplex.*	
	A	II. *Idus*	12.	
XII.	b	*Idibus*	13. Bricii Epiſcopi, & Confeſſoris.	IX. *Lect.*
I.	c	XVIII. *Kal.*	14. *Decembris.*	
	d	XVII. *Kal.*	15.	
IX.	e	XVI. *Kal*	16.	
	f	XV. *Kal.*	17.	
XVII.	g	XIV. *Kal*	18. Octava S. Martini.	IX *Lect.*
VII.	A	XIII. *Kal.*	19.	
	b	XII. *Kal.*	20. Eadmundi Regis, & Martyris.	IX. *Lect.*
XIV.	c	XI. *Kal.*	21. *Praeſentatio Virg. Mariae. Duplex.*	
III.	d	X. *Kal.*	22. Caeciliae Virg., & Martyris.	IX. *Lect.*
	e	IX. *Kal.*	23. Clementis Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
XI.	f	VIII. *Kal.*	24. Griſogoni Martyris.	IX. *Lect.*
XIX.	g	VII. *Kal.*	25. Katerinae Virg., & Mart. *Semiduplex.*	
	A	VI *Kal.*	26. Lini Papae, & Martyris.	IX. *Lect.*
VIII.	b	V. *Kal.*	27.	
	c	IV. *Kal.*	28.	
XVI.	d	III. *Kal.*	29. Saturnini Martyris. Vigilia.	IX. *Lect.*
V.	e	II. *Kal.*	30. *Andreae Apoſt. Semiduplex.*	IX. *Lect.*

Die XIII. Novembris duabus horis, & dimidia fere ante meridiem, Sol primum gradum Sagittarii ſubit.

DECEM-

DECEMBER *habet dies* XXXI. *Luna vero* XXX.
Nox habet horas XVIII. *Dies vero* VI.

	f	*Kalend.*	1. Eligii Epiſcopi, & Confeſſoris.	IX. *Lect.*
XIII.	g	IV. *Non.*	2.	
II.	A	III. *Non.*	3.	
X.	b	II. *Non.*	4. Barbarae Virg., & Martyris.	IX. *Lect.*
	c	*Nonis*	5. Sabae Abbatis.	IX. *Lect.*
XVIII.	d	VIII. *Id.*	6. *Nicolai Ep., & Confeſſ. Semiduplex.*	
VII.	e	VII. *Id.*	7.	
	f	VI. *Id.*	8. *Conceptio B. Mariae Virg. Duplex.*	
XV.	g	V. *Id.*	9.	
IV.	A	IV. *Id.*	10.	
	b	III. *Id.*	11.	
XII.	c	II. *Id.*	12.	
I.	d	*Idibus*	13. S. Luciae Virg., & Martyris.	IX. *Lect.*
	e	XIX. *Kal.*	14. *Ianuarii.*	
IX.	f	XVIII. *Kal.*	15.	
	g	XVII. *Kal.*	16.	
XVII.	A	XVI. *Kal.*	17. Lazari Epiſcopi.	IX. *Lect.*
VI.	b	XV. *Kal.*	18. *Sol in Capricorno.*	
	c	XIV. *Kal.*	19.	
XIV.	d	XIII. *Kal.*	20. Vigilia.	
III.	e	XII. *Kal.*	21. *S. Thomae Apoſtoli. Semiduplex.*	
	f	XI. *Kal.*	22.	
XI.	g	X. *Kal.*	23.	
XIX.	A	IX. *Kal.*	24. Vigilia.	
	b	VIII. *Kal.*	25. *Nativitas* D. N. JESU *Chriſti. Totum duplex.*	
VIII.	c	VII. *Kal.*	26. *S. Stephani Prothomart. Duplex.*	
	d	VI. *Kal.*	27. *Iohannis Evangeliſtae. Duplex.*	
XVI.	e	V. *Kal.*	28. *SS. Innocentium. Duplex.*	
V.	f	IV. *Kal.*	29. *Thomae Martyris.*	IX. *Lect.*
	g	III. *Kal.*	30.	
XIII.	A	II. *Kal.*	31. *Silveſtri Papae.*	IX. *Lect.*

Die XII. Decembris quatuor horas fere ante ortum Solis, Sol primum gradum Capricorni intrat.

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM,
QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

ABlutio Altaris in magna Hebdomada, 414.
Aedes Sacrae Divo Johann. Baptiſtae dedicatae, Romae 11. Neapoli, 13. Florentiae, 14. Mediolani, Ravennae, *ibidem*. Modoetiae, 15. Auguſtae Taurinorum, 16. Terracinae, Papiae, 18. Foroclaudii, Opitergii, 20. Bononiae 21. Venetiis, Alexandriae Scatelliorum, & Viterbii, *ibidem*. Hieroſolymis prope Xenodochium, 278 Januae, 290. 291. Bergomi, 298. V. *Templa*.
s. Aegidii domus Ordinis Hieroſ. in Volcis illuſtris, 287. bona eidem conceſſa ab Arelatenſi Archiepiſcopo, 288.
Abuſſonius Petrus Cardinalis Equit. Rhod. Magiſter, & Aſiae legatus, 293 auxilium ei a S. Praecurſore divinitus datum, *ibid*. aedem & domum exſtruit, dotatque, *ibid*. Tazimum Bajazetis fratrem Rhodi excipit, 322. dextram S. Johannis dono obtinet a Bajazeto. *ib*. tabernaculo ex auro ſolido, gemmiſque ornato includit, 323 ejus ſchema, 324. inſcriptio, 325 Aediculam in honorem S. Pantaleonis excitat, 416.
Acclamatio ſollemnis militum Chriſtianorum Leone imperante quae, 258.
Ace urbs Syriae Divo Baptiſtae devota, ab eoque protecta, 286.
Adami a S. Victore Sequentia in laudem B. Johannis, 131.
Adoratio catenarum Apoſtoli Petri in Faſtis Ruthenicis memorata, 115. non incelebris apud Graecos, 116.
Agaparum ritus, 445.
s. Agathonicus Martyr in Triptycho ſculptus, 230. Aedes eidem COpoli condita a Juſtiniano, 260.
Agilulphus Langobardorum Rex ad Eccleſias inſtaurandas ab uxore adducitur, 12.
Agnorum uſus in Sacris expeditionibus, 313.
Agnus candidus juxta Johannem a prima uſque aetate depictus, 165. Reparatoris generis humani ſymbolum, *ib*. hujus moris antiquitas Conciliorum, & Pontificum decretis comprobata, 166.
Agnus compendii gratia pro Johannis imagine quandoque adpoſitus, 313.
Alamannus Petrus Xenodochio COpolitano Praefectus ab Alexandro Papa III. laudatus, 287. Emmanuelis legatus ad Lodovicum XII. Galliae Regem, *ibid*.
Alae Johanni Baptiſtae in antiquis monumentis conſulto datae, 194.
Alexandriae aedes S. Johannis, & Baptiſterium, 51
Alexandrini Antiſtites Pallium Marci Evangeliſtae induebant, quum Epiſcopatum auſpicarentur, 212.
s. Alexii Metropolitae tranſlatio in tabulis Ruthenicis, 121. perperam inter Schiſmaticos eum enumerat Poſſevinus, *ibid*.
Aligernus Abbas Caſſinenſis Monaſterium ab ſe Capuae aedificatum, S. Johanni dedicat, 20.
Allatii Leonis adverſus Chytraeum, & Hottingerum querelae, 198
Alpheranus Fr. Melchior Aquileienſis Prior S. Johannis Hieroſ., 382. ejus epitaphium, *ibid*.
Altaria eburnea quandoque antiquitus facta, 233 viatica lapidea, ſaepe fuerunt, 386 nonnunquam lignea, multo ſtudio apparata, 387. tabulis pretioſis ornata, 388.
Altaribus geſtatoriis Reliquiae inſertae, 386.

Alta-

Altariola viatica bina, quae adhuc Melitae ſuperſunt, deſcripta, 386.
Altaris viatici & temporarii uſus antiquiſſimus, 384. illud Conſtantinus, & Carolus Magni, aliique Reges in caſtris geſtarunt, 385.
S. Ambroſii Hymnus in D. Johannem, 143. a Ven. Cardinali Thomaſio editus, 144. canebatur in Hiſpania ab iis, qui Eccleſiae Toletanae ritus retinebant, ibid.
S. Anaſtaſia in Hagiothecio Militiae S. Johannis inſculpta quae, 390. ejus cultus in Occidentali, & Orientali Eccleſia, ibid.
S. Andreas cur juxta Petrum, & Paulum poſitus in Triptycho Muſei privati SS. D. N., 253.
Angeli Dei miniſtri & officiales in Triptycho Muſei Pontificii, 241.
Angeli duo cur Johannem comitentur in antiquo ſigillo, 242.
Angeli modo ſine diademate, modo etiam cum diademate antiquitus picti, 242.
Angelus cur appellatus Divus Johannes, 194.
Angelus unicuique a Deo cuſtos datus, 242. quorundam de duplici Angelorum numero opinio, ibid.
S. Anna Propheriſſa in Kalendario Ruthenico depicta, 119. cur triumphale ſignum oſtentet, 120.
Anſaldi Caſti Innocentis liber *de Baptiſmate in Spiritu Sancto & igne* laudatus, 61. alius *de Sacro & publico apud Ethnicos pictarum Tabularum cultu* eruditiſſime ſcriptus, 199.
Anathematum Sacrorum duplex genus, 267. 268.
Antipendium Graecum ſericum opere Phrygiano apud Clericos Regulares Neapolis deſcriptum, 270. illuſtratum, 271. ejus aetas, 272.
Antiphonae & Capitula ex antiquis codicibus indicata, quibus Praecurſoris nomen celebrarunt, 147.
Antiquitas feſti Nativitatis S. Johannis, 86. 87.
Antiſtitum Sacrorum a primis uſque temporibus ſingularis & excelſa in templo ſedes, 239.
Apoſtolis ſandalia, non vero calceos Chriſtus induiſſe, 254.
Apoſtolorum imaginibus Templa in univerſo Orbe conſtantiſſime ornata, 254.
Aquarum copia in Baptiſteria antiquitus corrivata, & cur, 49.
Aquilejae perantiquum Baptiſterium, 30.
Archangelorum cultus antiquus, 198. ejus rei argumenta, 199.
Arx S. Angeli Melitae M. Magiſtro ad hoſpitandum data & quando, 372.
Aſcetae veteres tunicas, palliaque ſciſſerunt, 187.
Aſſemanus Joſeph laudatus, 42. ejuſdem adverſus Keiſſlingum ſcriptio, 198.
Aſſer ad pacem quid eſſet, 231.
Atanatenſe Sacramentarium tres Miſſas habet in Nativitate S. Johannis, 127.
Auguſta Taurinorum Auctoris patria laudata, 16. Templum in ea ab Agilulpho, & Theodolinda Langobardorum Regibus S. Johanni extructum, ibid.
Auguſtini Epiſtola ad Bibianum apocrypha, 81.
Avium fabuloſarum ſpecies Templorum, & Altarium ornatui adhibitae, 262.

B

Baillerus peracris ſed immoderati ingenii vir, notatus, 128. 129.
Bajulivatus Ordinis Hieroſol. inſigniores enumerati, 296.
Bajulivi quo habitu feſtis S. Johannis intereſſe debeant, 306.
Balduinus Hannoniae Comes Graecos de imperio dejecit, 221.
Balleſtrinus Fr. Leonardus Italus Archiepiſcopus Rhodien. tempore deditionis, a Solimano rege a ſede deturbatus, 370. S. Johannis Prior eligitur, ibid. Romam venit Clementi VII. gratioſus, 371.
Banduri ſententia circa ſtatuam S. Johannis COpoli excitatam exploſa, 200.

Baptiſmus primo in fluviis ac fontibus peragi ſolitus, 47. plerique in Jordane renaſci cupiebant, *ibid.*

Baptiſteria cur naſcentis Eccleſiae exordio minime aedificata, 47. Baptiſteria S. Jo: Baptiſtae conſtanter dedicata, 50. eadem Eccleſiae S. Johannis in fonte, vel ad fontes vocabantur, *ibid.* Oratoriis S. Johannis copulata, 51. aram, vel effigiem, vel ſignum Praecurſoris communiter habent, 53. 54. Sacris donariis cumulata, 55. eorum ornamenta perpetuum S. Johannis cultum praedicant, 59.

Baptiſterium Chriſtiani Orbis primum, 48.

Baronii ſententia de tempore Conceptionis S. Johannis a criminationibus vindicata, 79. ejuſdem dictum de hiſtoria inventionis capitis Divi Johannis, 101.

Bartholomaeus Apoſtolus diverſus a Nathanaele, 390. illius excoriatio & cultus, *ibid.* tranſlatio, 391.

Baſilica Orientalis, vel Occidentalis quae, 248.

Baſilicarum tholi, parietes, porticus, & altaria Apoſtolorum imaginibus conſtanter decorata, 254.

Baſilius Macedo Imperator Templum Divi Johannis in Ebdomo magna ex parte reficit, 19.

S. Baſilius magnus Monaſtici Inſtituti amplificator, 113. a Monachis Ruthenis praecipuo cultu affectus, *ibid.* apte cum Gregorio Nazianzeno in antiquo Triptycho poſitus, 261.

Baſnagii Samuelis ineptiae circa S. Johannem confutatae 84. textus S. Gregorii Turonenſis ab eo depravatus & male acceptus, 391.

Batenbergenſium Comitum nummi S. Johannis effigie ſignati, 203.

Bedae Hymni de Divo Johanne, 142.

Beltidum ſive ſertum globulorum ad preces in parentalibus numerandas, 433.

Benedicendi ritus apud Latinos, 240.

Benedictiones populi in feſto S. Johannis ex Sacramentario Gregorii PP. & ex Miſſali Mozarabo, 133.

S. Benedictus Divi Johannis Baptiſtae obſervantiſſimus, 19. Aedes & monaſteria ſub ejuſdem invocatione exstruit, *ibid.*

BENEDICTUS XIV. Pont. Max. laudatus 7. ejus merita erga Ord. Hieroſol. & 383. ejuſdem ſingularis eruditio atque doctrina, 8. in auctorem benignitas, & clementia, 9. Liber *de Feſtis D. N. J. C.* laudatus 71. 119. liber de *Sacrificio Miſſae* multigena, incredibilique ſapientia congeſtus, 130. ejuſdem ſententia circa Johannem in Canone memoratum, 139. Liber *de Canoniz. Sanctorum*, 164. & *alibi ſaepius* mira cura ac diligentia in Chriſtianis monumentis comparandis, 252. Triptychum eburneum ex privato ejus Cimeliarchio proponitur & illuſtratur, 253. ejus Jaſpis S. Baptiſtae effigiem referentis explicatus, 305. aediculam Sacrarii Vaticani Lipſanis reponendis addictam ſplendidiori ornatu reſtituit, 237. ejus praeſcriptio ad Reliquiarum probationem, 330. ſententia de Schiſmaticis, 360. decretum de Crucifixi imagine palam retinenda Sacrificii tempore, 391.

Berlendius Franciſcus C. R. laudatus, 31. 370.

Bernardus, Gallus, Prior S. Johannis Hieroſ. tempore Rogerii de Molendinis M. M., 336.

Beſſarionis Cardinalis Niceni in Divum Johannem pietas, 237. ejus Sigillum cum D. Johann. imagine, 238.

Bidermannus Johannes Gottliebius notatus, 191.

Blanterius Fr. Petrus Gallus Prior S. Johannis Hier. Romam miſſus, 338. veterum legum moderamina impetrat, *ibid.*

Bona Johannes vir ſempiterna hominum memoria celebrandus, 352.

Bona primo Ordinis Saeculo Hieroſolymitani a attributa S. Jo: Baptiſtae oblata fuerunt, 281.

Bonarrotii de veſtibus Chriſtianorum opinio, 188.

Bonifacius Abbas Nonantulanus Eccleſiam S. Johannis reſtaurat, 22.

Borromaei Friderici Card. liber de *Pictura Sacra*, 193.

Bor-

Bottarius Jo: Præſul clariſſimus funebres Chriſtianos ritus complexus in explicanda Graecanica Pictura, 122.
Brachium Divi Johannis num Coſſeriis adſervatum, 216. dexterum a Pio II. Senas delatum fertur, 220.
Brandeburgenſium Marchionum nummi S. Johannis effigie ſignati, 203.
Bravus Peruſini Templi reſtaurator, 293.
Breviarium Ordinis Melit. quando emendatum, & ordinate diſpoſitum, 310.
Brocchius Jo: Maria vir doctus, 188.
Broveus Thomas mendacii & procacitatis convictus, 171.
Brutiorum provincia uſque ad Sixti IV. aetatem Graecis ceremoniis uſa, 270.
Boenus Fr. Lucas Celiber S. Johannis Prior, Orator ad Siciliae Regem ablegatus, 379. Epiſcopus Meliten. 380. ejus Epitaphium, ibid.
Bucchanus Poeta ſceleſtus, 350. ejus tragedia Baptiſtes, ibid.
Bucellinus Germaniae Sacrae auctor notatus, 17.
Buiſſonus Fr. Petrus Gallus Prior S. Johannis Hier. in partes Auſpugae, Clementis VII. venit, 379. excuſandus, ibid. Procurator Conventus a majori Concilio delectus, ibid.
Bullae aureae Servatoris, Sanctorumque effigie inſignitae in Chriſtianorum Sepulcris repertae, 104.
Buillonius Godefridus expugnata Hieroſolyma Eccleſiam S. Johannis, & Hoſpitalarios praediis ditat, 279.

C

Calceamentorum uſus Hebraeis familiariſſimus, 244.
Calix eburneus a S. Everardo Comite Berengario filio legatus, 233.
Camelus pro rudenti in divinis libris aliquando acceptus, 174.
Campanarum jugis pulſatio in pervigilio S. Johannis, 340.
Cannavelius Fr. Jacobus Balearicus, Prior S. Johannis, 381. ejus ſella inſignia, 2. in not. virtutum amplitudine ornatus 382. Epiſcopus Melit. ibid. Epitaphium ibid.
Cantiones obſcoenae in Solemnis Sacris a Conciliis interdictae, 347. his canticis feſtum S. Jo. violatum, ibid.
Caourſini Guilielmi Ord. Procancellarii teſtimonium de Tranſlatione dexterae S. Jo. quam facerdum, 324.
Capellani ſive Fratres Hier. qui, 157. eorum diſciplina, & privilegia, 164. 365. 371.
Capilli S. Johannis Treviris aſſervati, 221.
Capitulare Evangeliorum per anni circulum ex veteri Codice Sacrarii Melitenſis, 422.
Capponius Alexander Marchio, Ephemerides Ruthenicas cereoeis aureis emptas Bibliothecae Vaticanae legavit, 105.
Caput Divi Johannis COpolim allatum, 19. cauſa Templi excitandi, ib. quo tempore id acciderit, 102. ab Emeſa ad urbem Comanam aſportatur, 107.
Caraccioli Antonii Notae ad Conſtitutiones Clericorum Regularium laudatae 131. ejuſdem libri de Sacris Eccleſ. Neapolitanae monumentis, 212. vir a Leone Allatio commendatus, 241.
Carneola antiqua Johannem repraeſentans illuſtrata, 168.
Caſtellacius Fr. Michael Italus, Rhodi appellationum Judex, poſt S. Johannis Prior, 362. Ordinis Procurator in Romana Curia, ib. Venetias miſſus ad pacem ſtabiliendam, ibid.
Caſtellani Martyrologium Univerſale laudatum, 84.
Catharorum deliramenta de S. Johannis miniſterio, 91.
Cerealia & Eleuſinia, 342.
Chalcedonii Sapphirini Johannem repraeſentantis explicatio, 188.
Chartae piarum donationum Tabularii Meliten. 282.
Chemnitii Jo: vocis κάμιλον criminoſa interpretatio, 174.
Chriſtiani primaevi tunicati, palliatique acceſſerunt, 187. primum in Kalendariis figuras dierum ſolemniorum penicillo addiderunt, 112. convivia lautiora in Natalitiis Marty-

tyrum ab iis apparata, 145.
Chriſtius Lipſienſis, auctor *Dictionarii Monogrammatum Pictorum in Sculptorum*, 169.
Chriſtus Dominus non adſperſione, ſed immerſione baptizatus, 56. 58.
Ciboria, ſeu umbracula quae, 267.
Cingulo, ſeu baltheo militaris veſtis conſtricti, 218.
Ciraxer Simon Graecus, Prior S. Johannis Hieroſ. primus, qui Rhodi reſederit, 317.
Claudius Taurinenſis Epiſcopus Iconoclaſta Sacra monumenta quae Taurini erant jam ab Saeculo nono nefarie incendit, 16.
S. Clemens Ancyrae Epiſcopus, 260.
Cleri Hieroſ. diſciplina, & antiquorum rituum obſervatio, 364. antiquae ejus Conſtitutiones, 366.
Clodienſium annuae ſupplicationes pro Vrbe Praecurſoris ope liberata, 119.
Collectiones variae de S. Johanne ex Sacramentario Gallico, 130. ex Sacram. S. Leonis, & Miſſali Ambroſiano, 131. ex Miſſali Goth., 132.
Coloniae Hoſpitalariorum ubi dedicatae, 286
Colonienſium mos in pervigilio S. Johannis, 145.
Color veſtium in Clericis qui, 368. *in Not.*
Commenda S. Johannis de Praeſtis, 290. S. Lucae de Peruſia, 290.
Commendae XIII in Regno Siciliae Ordini Hieroſ. attributae, 290 nonnullae Templariorum ad Hieroſolymitanos tranſmiſſae, 300. adhuc *ad Templum*, ſive *de Templo* nuncupatae, *ibid.*
Conceptio S. Eliſabet primum Divi Johannis feſtum, 73. olim a Graecis & Latinis celebratum, 77. 78. cur apud nos obſoleverit, 81. ubi acciderit, 83.
Conciliorum canones circa feſtum Nativitatis S. Johannis, 87. 88.
Conſociatio Chriſti, Mariae, & Johannis ſaepius a Graecis uſurpata, 235. ejus rei exempla in Baſilica S. Marci Venetiarum, *ibid.* alia, 236. mox etiam a Latinis, 238.
Conſociatio Praecurſoris quid ſignificet, 113. 114.
Conſtantinopolis altera Roma, Imperiique domicilium, 38. Templum ampliſſimum Divo Johanni excitat, 39.
COpolitani Antiſtites flammeo alto & inornato caput protegebant, 236.
Conſtantinus Magnus plurium Romae Baſilicarum auctor, 12. 13. 31. Baptiſterium Lateranenſe perornari curat, 168.
Conſtitutiones antiquae Cleri Hieroſolymitani ex codice membranaceo, 366
Convivia in Feſto S. Johannis inſtituta, 345. eorum immoderantia & mollities a Patribus damnata, *ibid.*
Corona aurea S. Johanni ab Agilulpho oblata, 266. alia a Theodelinda Regina, 267.
De Coronis F. Antonius Rhodius, S. Johannis Prior, 373. ejus epitaphium, 374.
Coſtinus Eduardus, laudatus, 272.
SS. Coſmas & Damianus in Triptycho Pontificio, 230. 260. in veteri Hagiotheclo, 189. tria Sanctorum paria hoc nomine inſignita, 194.
Coſtadonius Anſelmus rerum Sacrarum ſcientiſſimus, 53. 106.
De Crato Petrus Prior Eccleſiae S. Johannis Hieroſ. quo tempore hanc dignitatem obtinuerit, 316
Creſſinus Fr. Antonius Burgundius, S. Johannis Prior ritum diſtribuendi orbiculos cereos inſtituit, 374. novam Vrbem ſacra pompa dedicavit, *ibid.* deceſſit grandaevus, 375.
Cruces aureae & gemmatae in templis antiquitus conſtitutae, 263.
Cruces a Graecis adhibitae in aqua exorcizanda, 62. earundem ſpecimen ex buxo, 63.
Crucis deoſculatio a Patribus collaudata, 419.
Crucis gemmatae imago exteriorem Diptychorum partem decorare conſueverat, 263.
Crucis in ſupplicationibus praeferendae ritus antiquiſſimus, 160. cur Stationalis nuncupata, ib. aliquando

eid.m

eidem ſacrae imagines adpictae, 161.
Crucifixi altaribus imponendi ritus antiquiſſimus, 391 ab Ordine Hieroſ. jamdiu uſitatus, ibid.
Crux aurea & gemmis fulgens in Sacrario Vaticano adſervata, 263. pars ejus poſtica litteris caelata exhibetur, 264.
Crux Patriarchalis quae in magna hebdomada Melitae adoranda proponitur, 401.
Crux Stationalis Ord. Hieroſ. argentea exhibita, & illuſtrata, 162.
Cubelleſius Fr. Dominicus Caeſaraugustanus, S. Johannis Prior, Epiſcopus Melitensis creatus, 372.
Cultus Evangeliorum codicibus exhibitus, 420
Cyrillus Pontifex Alexandrinus in tabulis Ruthenicis cum loro depictus, 117.

D

Dalbenecourtius Fr. Antonius Gallus, Prior S. Johannis Hieroſ. 365. ejus virtutes, ibid.
Dallaei calumnia circa memoriam Martyrum in Miſſa celebratam repulſa, 140. S. Gregorii Turonenſis textus ab eo depravatus, quo fidentius ſuis Sectariis imponeret, 393.
Damaſus Papa copioſos latices in Vaticanum Baptiſterium deducit, 49.
Davelius Fr. Bernardus Burgundius, Prior S. Jo. quo anno electus, quove mortuus, 360.
Demetrius apud Graecos celeberrimus, Theſſalonicae olim Proconſul, 257 quantus ad illius ſepulcrum hominum concurſus, ibid. quam ſolemnis in ejus feſto pompa, ibid. ejus veſtes, ibid.
Demetrius Volhonenſis Monachus in Tabulis Ruthenicis memoratus, 121.
Denarius pro expiatione mortuorum ab Melitae Equit. oblatus, 431
Dextera pars ſemper honoratior, licet artificum oſcitantia haec diſpoſitio aliquando perturbata, 246.
Dextera pars Templi, Altariſve quaenam in Eccleſia Latina, 246. quaenam apud Graecos, 247.
Dextera S. Johannis P. Abuſſonio M.M. a Bayezete dono data, 322. ejus exportationis hiſtoria, ibid. & 325. Rhodiorum gratulatio, 323. tabernaculo aureo, gemmiſque ornato includitur, 323. ejus ſchema, 324 inſcriptio, 325. dubia circa eam propulſantur, ibid. & 327. ab Antiochia in aedem S. Sophiae tranſlata, 330.
Dexterum latus num ſiniſtro magis conſpicuum, 245.
Dies detruncationis S. Johannis qui fuerit, 97
Digitus S. Johannis num Valentianae in Belgio aſſervatus, 221.
Diptycha alia litterata, alia figurata, 226. accurate a vet. Chriſtianis elaborata, in iiſque Martyrum, dein Confeſſorum nomina inſcripta, ibid. inter Sacrificalia utenſilia relata, ibid. Sacrae Menſae impoſitis thus a Diacono ingeſtum, 227 ex iis excerpti Sanctorum catalogi, ibid. Diptycha figurata quae, 228. varia ejus generis recenſita, 230. quandoque auro aut argento circumornata, ibid.
Diptychorum uſus ad veterem Hiſtoriam, 225 antiquiſſimus S. Johannis cultus ab iis probatus, 226.
Diptychum Florentinum in Muſeo Goriano 229.
De Dominicis Fr. Alphonſus Prior S. Johannis Hieroſ. quando electus, 372. propagator cultus Sanctae Ubaldeſcae, ibid. ejus reliquias Melitam tranſtulit, officiumque in ejus feſto imperavit, ibid.
De Dominis Marci Antonii iniqua cenſura rejecta, 341.
Donaria pretioſa Templis conſtantiſſime oblata, 285.
De *Donis Dei*, & *de donis S. Johannis* formulae frequenter uſurpatae, 267
Durandi opinio circa volumina obvoluta, & rotulos conſutata, 350. alia circa puellarum virum oſſa & ſcorta colligendi, cremandique, 340.

E

Eboris uſus in Sancto Miniſterio, 232. idem maximo in pretio apud antiquos, 233 altaria, cruces, calices, patenae, & candelabra ex ebore quandoque facta, ibid.

Ec-

Eccleſia quælibet Graecorum proprium Ordinem Divini officii recitandi habuit, 152.
Eccleſia Romana hymnis a Paulo Diacono conſcriptis uti ſolet, 141 Gallicana veteribus pleriſque novos Jo: Baptiſtae Sanctorii ſubſtituit, 144
Eliſabet mulier deſperatae ſterilitatis S. Johannis mater, 73
Emeſa expugnata caput S. Praecurſoris in Urbem Comanam, deinde Bizantium aſportatur, 107
Ephemerides Ruthenicae ab Alex Capponio Vaticanae Bibliothecae teſtamento legatae, 103.
Eraſmi maligna, ac nugatoria de cultu Imaginum criminatio confutata, 196.
Ethnici complures cur ejurata ſuperſtitione Sanctorum nomina ſibi adſciſcerent, 213.
Evangeliſtarum Symbola explicata, 162. a muſivariis aedium Sacrarum frontibus plerumque addita, *ibid.* a ceteris artificibus altarium epibaſi, vaſis adminiſtratoriis, ac potiſſimum crucibus exſculpta, 163 nummis etiam impreſſa, *ibid.*
Evangeliorum liber auro gemmiſque perornatus a Regina Theodolinda Modoetianae Baſilicae dono datus, 266. ejus inſcriptio, 267.
Euchariſtia ubi antiquitus aſſervata, 228. Gallici Scriptoris de ea re oſcitantia, 229.
S. Euſtraſii, qui a Graecis ἱερομάρτυς appellatur, effigies in Tripeycho Pontificio, 217.
Exapoſtilarium, & Contacium quale apud Graecos in feſto S. Johannis, 134.

F

Farſatus Fr. Johannes Ital. Prior S. Johannis Hieroſ. 369. mox piiſſimus ab eo invectus, *ibid.*
Faſti bimeſtres Eccleſiae Ruthenicae explicati, & illuſtrati, 113.
Felix Brixianus Antiſtes, 52
Ferrarienſe Concilium. Lis in eo oborta de ratione ſeſſionis quomodo compoſita, 247.
Ferrarienſis nummus aureus, 248.
Feſta SS. Baſilii magni, Gregorii Theologi, & Jo: Chryſoſtomi cur conjunctim a Graecis celebrari coeperint, 118.
Feſtum Conſociationis S. Johannis, 110. quodnam eſſet, 114.
Feſtum Detruncationis S. Johannis non ſuo die celebratur, & cur variis nominibus appellatum, 96 97 98.
Feſtum Inventionis Capitis S. Johannis tribus potiſſimum diebus celebratum, 102. in Tabulis Ruthenicis, 122.
Feſtum S. Johannis primis tribus Eccleſiae Saeculis implicite indictum, 72. hujus antiquitas, 86. vel a Saeculo IV repetita, 87.
Fidei unitas non in ritibus ſita, 146.
Flavianus Monachus Antiochenus advocata concione aeterno Numini primus acclamavit, 134.
Florentia templum Marti dicatum Sancto Praecurſor. conſecrat, 14. Praecurſoris tutelae dedicata, 252. quatuor diebus ante Solemne Divi Johannis feſtum pompam per Urbem traducit, *ibid.* 264
Florentini Archiepiſcopi, & Plebani ſigillo cum S. Johannis imagine uſi ſunt, 177. *in Not.*
Florentinorum nummus aureus D. Johannis effigie ſignatus, 171. 176. 203
Fogginius Petrus Franciſcus vir litteris praeſtans, 164. citatus, 189.
Fontius Fr. Michael Hiſpanus, Prior S. Johannis anno 1527 Niceae mortuus anno ſequenti, 371.
Fordicidia, & Fordae Boves, 334.
Formula vetus, qua Equites in S Johannis militiam adoptantur, 280.
Francigenae occupata COpoli Lipſanis nonnullis Templum S. Sophiae exſpoliarunt, 221.
Francii argumenta de veſte S. Johannis confutata, 174.
Frontalia vetera Sacrarum Menſarum ubi hodie aſſervata 269 in his occurrit conſtantiſſime B. Johannis imago, *ibid.*
Furiettus Joſ Alexander egregia ac penitiori doctrina Praeſul, deque li-
tera-

terrarum Republica præclare meritus, 12.

G

Galeardus Paullus laudatus, 23.
Galveſius, Fr. Gratianus Vaſconicus S. Johannis Hier. Prior 174.
Gargæ Jo. Baptiſtæ viri clariſſimi allocutio ad Concilium Lateranenſe, 113.
Garampius commendatur, 12. 413.
S. Gaudentius Brixiæ Epiſcopus Reliquias S. Johannis Brixiam deſert, 99.
Gemma anaglypha miræ cujuſdam cælaturæ Johannem æquieſcentem explicata, 189.
S. Georgius in Latina & Græca Eccleſia celeberrimus, 151. ejus imaginem inter ſigna militaria præferebant, ob eaque auſpicia belli gerendi capiebant Imperatores Chriſtiani, idcirque Græci τροπαιοφόρον illum appellabant, 151. unde Equeſtrium S. Georgii Ordinum origo, ibid.
S. Georgius in Tryptycho armatus, ſed pedeſtris exhibetur, 236.
Germanorum Templa & monaſteria complura S. Johanni dicata, 37.
Gherardus Sanctus Xenodochii Hieroſ. adminiſtrator, 278. ejuſdem auctor & parens, 279.
Glrichius Andreas, ſcripſit de Festo Divi Johannis, 3.
Gnoſtici quid de S. Johanne ſenſerint, 93.
Gorius Antonius Franciſcus rerum patriarum ſtrenuiſſimus, 14. antiquitatum ſoleriſſimus cultor, 238. auctoris amicus, 183. optimus ac beneficentiſſimus, 219.
Gozzoni Deodati M. M. memoria omnium antiquiſſima, 316.
Græcæ Matronæ peplo amplo, & prætexto utebantur, 241.
Græcæ veteris Eccleſiæ ritus communionis indi cum cochleari in antiquo Hypotheceo expreſſus, 196. ritus liniendi frontem, oculoſque cum Divino Sanguine, improbatus, 192.
Græci præ cæteris nationibus Divum Johannem coluerunt, 18. diem Sanctæ Theophaniæ pueris, atque adultis baptizandis deſtinarunt, 62. eorum ritus in aqua benedicenda, ibid. cruces buxeas adhibent, 63. nudato capite Sacris fungi conſueverunt, 76. τροπάρια S. Johanni offerunt, 139. Græci Patres quotquot præſtant laudes ſtantium Jo. Baptiſtam metrice laudarunt, 116. idemque memorat, ibid. Græci in Menæis Præcurſorem alatum depingunt, 191. an antiquitus Sanctorum ſtatuas in templis haberent, 197. Reliquiarum ſallaciis plerique, 224.
Græcorum Ordo in feſto Divi Johannis celebrando, 73. inſignes eorum editum in ſtatuas, 199. pietas erga S. Præcurſorem poſt ſacra res Chriſtianæ in Oriente caſus, 237. latus lævum dextero apud eos honoratius, 247. de ea re obſervatio in numma Ferrarienſi, 248. alia in Triptycho Pontificio, 250. Græcorum invidia ac malevolentia in Latinos, 277.
Gradonicus Card. Reg. vir doctus, 167. in Not.
De Graſſis, Fr. Gualterius Gallus Prior S. Johannis Hieroſ. Ad Chriſtianos Principes miſſus, ut ſubſidia imploraret, 360. Cenſor Ordinis delectus, ibid. Cardinalibus adjunctus creando Pontifici, ibid.
Gratulationes publicæ indictæ in Natali S. Johannis a Wilkio contra ſuperſtitionis notata, 113.
Gregorii Magni patrimonia Catholicum in Sicilia excitatum, beatoque Præcurſori ſacrum, 19.
Gregorii Taumaturgi imago in Triptycho antiquo Balthaſar Nazzanio adjuncta, 262.
Grimoaldus per viſum excitatus ad Eccleſiam S. Johanni dedicandam, 20.
Grotii Hugonis optima obſervatio, 171.
Gulielmi Tyr. Archiep. de Patrono Ordinis Hieroſ. error, 174. ejus auctoritas alios in errorem induxit, ibid. Auctor tamen nec æquitate, nec accuratiſſimus ubique, 183. 184. hujus hiſtoriæ malitia & vaferrimum conſilium, 185.
Gundeperta Theodolindæ filia Templum

plum S. Johanni liberatori ſuo Terracinae extruxit, 18.

H

Haereticorum calumniae circa ritus noſtros, 352. & pendiculae criminationes, 353.
Hadrianus PP. Laurentii pingendi Agnum juſſu Praecurſorem approbat, 165.
Hagiologia vetuſta variis diebus Matthaei feſtum indicant, 252.
Hagiothecium vetus Militiae S. Johannis ad ſacrum in bello faciendum exhibitum & illuſtratum, 389. & ſeq. operis praeſtantia, ibid.
Harenbergii concluſiunculae de veſtitu Joh. confutatae & inſulſae, 183. 186.
Hebdomada antepaſchalis ſacra & inviolanda, 400.
Hebron locus Conceptionis D. Johannis, 83
Helenae Auguſtae pietas, 42. Templum ab ea extructum prope antrum, ubi Praecurſor ſeſe recipere ſolebat, ibid.
Hemerobaptiſtae, qui & Zambii, & Sabaitae, & Mandaitae, impii ac ſuperſtitioſi Praecurſoris cultores, 61. quinam de iis diligenter pertractarint eorum deliramenta, 66 67.
Herbarum faſciculi prae foribus ſuſpenſi in feſto S. Johannis, 342
Heribaldus Autiſſiodori Antiſtes Baptiſterium S. Johanni dedicat, 33.
Herodes Antipas caput Johannis amputari jubet, 99.
Hieroſolymitani de cultu B. Johannis amplificando ſolliciti, 286.
Hieroſolymitani Ordinis nummi effigie S. Johannis ſignati, 204.
Hilarus PP. Baptiſterio Romano multa largitur, 35.
Hildebrandi Joachimi fabella de ritu puellari oſſa & ſcruta colligendi atque cremandi in Feſto S. Johannis refecta, 339.
Hiſpanorum erga S. Joh. pietas, 35 36.
Hiſtoricorum de primo Ordinis Hieroſ. Patrono error rejectus, 274.
Homiliarii Urbevetani varietas in lectionibus S. Johannis, 148.
Hoſpiniani, aliorumque ſententia de templorum ornamentis auferendis refellitur, 265. ejuſdem de more ſaltandi per ignem opinio, 334.
Hoſpitalarii Hieroſolymis conſtituti, 278 eorum coloniae ubi deductae, 286. in pauperes & infirmos propenſio, 412.
Hoſpitale S. Johannis in Hieruſalem a quibus dicatum, 181. 182.
Hymni a Gradenſi Epiſcopo compoſiti, minime ab Eccleſia recepti, elegantes tamen & non fucati, 143.
Hymni Romanae Eccleſiae a Paullo Diacono conſcripti, 141. a pleriſque illuſtrati, ibid.
Hymni in diebus Martyrum decantati, 140. in ſupplicationibus & rogationibus publicis, 163.
Hymnorum uſus ubique terrarum ac gentium, 141 a Conſtantino Magno commendatus, ibid.
Hymnus S. Johannis Hilario Pictavienſi adjudicatus, 141 explanatus a Jo. Weitzio, 142 alter a Philippo Melanchtone conditus, ibid. alius a Paullo Diacono, & duo a Ven. Beda exarati, ibid. duo a Gradenſi Epiſcopo, & alter a S. Ambroſio, 143.
Hymnus Angelicus juſſu S. Benedicti in laudibus recitatus, 153 idem in publicis acclamationibus & diebus maxime feſtis cani ſolitus, ibid.

I

Jacobus major in Tripeycho Pontificio ſculptus, 232 cur cum amiculo, concha marina, & baculo pingeretur, ibid.
Januenſes cineres S. Joh. ex Mira aſportant, 208.
Januenſes S. Johannis cineres devehunt ad mare quoties procelloſum infremit,
Januenſium merita in Sacris expeditionibus ſumma, Xenodochium & Commenda, 291 292.
Iconoclaſtae nuperi confutati, 168. in Not.
Jeſus Chriſtus tunica & pallio indutus in Tripeycho, 221. Cathedra inſidens, 239 benedicens, 240.
Ignatius Patriarcha C. Opolitanus, 107.
Ignis feſtus in pervigilio S. Johannis

ac-

accendi ſolitae, 332 ritus a Paſtitorum ſectis omnino diſſimiles, 332 333 manuſſe ſuperſtitioſius, 337 a primis Chriſtianis in publicae exultationis ſignum invectus, 337 338
Imagines pro libitu cuiuſque populo exhibetae, 141
Imagines S. Joh. inter vetuſtiora Chriſtiana monumenta accenſendae, 162 duae Brugis & Gandavi, in quibus Praecurſor Herodem pedibus proculcat, 193 eaedem a Friderico Cardinali Borromaeo improbatae, ibid. crebro in Diptychis effictae, 192
Imagines Sanctorum adverſis temporibus ab hominum conſpectu ſublatae, 163 earum cultus aſſertus, 196 imaginis in Tryptycho Pontificio depictae quae, 210 ad morbos avertendos, vel tamquam ſtrigmenta geſtatae collo appenſae, 304
Ambroſius Fr. Salvator Mediolanenſis, 328. S. Johannes Hav. Prior, ter Romam venit & cur, 328 exploratus dicitur, 379 eius epitaphium, ibid.
Indulgentiae devotionem Crucis addictis pro Hoſpitalariis, 412.
Ingeburgae Francorum Reginae teſtamentum, 31
Innocentii III ſententia de Johanne in Caenae memoratio, 139
Inſcriptio Crucis Gavianae explicata, 64.
Inſcriptio [illegible] in Aedibus S. Jacobi Florentiae explicata, 300.
Inſcriptiones ad Templorum pertinentes, 300 301
Inſcriptiones Graecae in Baptiſterio Divi Baptiſtae inſcriptae, 213 Caſtellonae, 213 Clavis, 216 S. Antonini, 217 Perpiniani, ibid. Florentiae, 219 Tiburtii, 222. in antiquo [illegible] Neapolitano, 271
Inſcriptiones Latinae Senis, 220 Valentianae in Belgio, 221 in Monte Veneris, 222. Tiani, ibid. Viterbii, 203 [illegible] 372 Januae, 291 292 293 319 Mutinae, 297 Bergomi, 298 in agro Firmano, ibid. Peruſiae, 299.
Inſcriptiones variae. Theodolindae apud Modoetiam, 16 Viterbii, 21 Panormi, 24. 30 Romae, 10 16 282. in oppido [illegible], 33 [illegible], 30.
33 Venetiis, 34 38 Hadriae, ibid. Mediolani, 36 Veronae, 248. Placentiae, 270
Inſcriptiones veteres eccleſiaſticae diſciplinae locum aſſumentes, 214.
Inſulae [illegible] prope Argentoratum, 158
Intercittorum Divi Johannis ſupplicia memoranda, 100.
Johannes Archiepiſcopus Nicaenus vet. [illegible] ſcriptor de tempore Converſionis Baptiſtae diſſerit, 72
Johannes Baptiſta Equitum nobiliſſimorum Patronus, 1 a plerisque Eccleſiae Patribus doctiſſimis orationibus laudatus, 2 Aedes eidem ubicumque gentium dedicatae, 10 & ſeqq. Baſilica Lateranum dicta etiam Conſtantiniana, 11 12 Templum in Urbe Neap. non a Conſtantino magno, ſed a Conſtante filio conſtructum, 13 Florentiae circa Valentiniani & Valentis tempora 14 Mediolani antiquiſſimum a Landulpho Archiep. reſtauratum, ibid. alterum Ravennae a [illegible] iuſſu Placidae Auguſtae excitatum, 15 Modoetiae a Theodolinda Langob. Regina, 15 Auguſtae Taurinorum ab Agilulpho Rege, 16 Terracinae a Gundeperga, 18 Papiae a Rothario, 16 Foroclaudii in Campania a S. Bernardo, 20 Opitergii a S. Magno Epiſcop. ibid. Fregellis a Grimoaldo, ibid. Caletinae, ibid. [illegible] a S. Petronio, 20 Viterbii ab [illegible], ibid. Panormi, 21 Meſſanae, Cephaleduae, Siracuſis, Catanae, & Calatanixetae, ibid. Templum [illegible] in Hiſpania, 33 Leodii, 34 Ratiſbonae, Friſingae, & Moguntiae, 38 Conſtantinopoli, 39 Emeſae, 40 Edeſſae, 43 Templum extructum ubi S. Johannes natus eſt, 43 eiuſdem deſcriptio & iconographia, 44 aliud in Urbe Samaritana provinciae Caeſareae, 22 Foſſae Claſſae a S. Romualdo aedificatum, 133 COpoli in ea parte, quae Caenae dicebatur, 200. Januae, 292 293 Rhodi, 391
Johannes Baptiſta Patronus Genuae, Albiae, Perpiniani, & Paſtavi in

in Galliis, 36. Regnorum & Vrbium, 202
S. Johannes Baptiſta quo anni tempore conceptus fuerit, 77. variae de ea re Graecorum ſententiae, 78. Latinorum, 79. Baronii optima & a calumniatoribus vindicata, ibid. ubi conceptus, 82. quaeſtio luculentiſſima, 83. Ex locis ab omni conſictu remotis prodiit, 94. Sacerdotali dignitate functus, 184. ejus de re teſtimonia, 184. 185. Monachis viam praemoſtravit, 185. Angelus a Chriſto appellatus, 194. an apud inferos Chriſtum venturum praenunciarit, 95. quo aetatis anno fuerit detruncatus, 97. Machaerunte, non Sebaſte in carcerem detruſus, mortique datus, 99. cur Camelorum pellem ovinae praetulerit, 172. venit in ſpiritu & virtute Eliae, 173. ejus veſtem non mollem fuiſſe, neque unde illam eximeretur, 174.
S. Johannes Baptiſta depictus modo pellicea veſte, modo tunica palioque indutus, & cur, 181. ejus figura ex ebore antiquo Cortonenſi, 182. explicata, 183. ei lacerna fibulata tribuitur, 184. gemma ejus effigiem repraeſentans, 189. alatus pingitur in Graecorum Menaeis, 191. ejus rei exemplum ex pictura, 192.
S. Johannis Baptiſtae effigies nummis Pontificum, Regum, & Populorum inſculpta, 202. in palliis & in ntalibus Altarium, 269. In vaſculis potoriis depicta, 61.
S. Johannis Baptiſtae Reliquiae in Templo Alexandrino, 39. earumdem hiſtoria, 40. Ethnicorum in eas crudelitas, 107. quo aſportatae 109. manus digitulum ubi, 216. brachium, ibid. maxillae pars, 217. pars mandibulae, 219. brachium dexterum, 220. capilli, 221. mandibula inferior, 224. particula calvariae a Dambuſio M. M. patellae aureae incluſa, 331. ſanguis, quem hac aetate ebullire & coaleſcere tradunt, 221.
S. Johannis Chryſoſtomi effigies in Triptycho Pontificio, 230. 260.
S. Johannis Damaſceni oratio ad S. Jo. Baptiſtam, 157.
Joannipenus Fr. Georgius, S. Johannis Prior, deſidiam Cleri coercet, 376. ejus pia liberalitas, ibid. Viſitator Apoſtolicus, ibid.
Jordanes fluvius, 47. Crux in eo confixa, ad quam oratum deſcendebatur, 48. monaſterium ad ejus ripam, ibid.
Ipetit Monachorum ſuorum aſſentatio, 278
Iricus Io. Andreas laudatus, 64. ejus Codex Euſebianus, ibid.
Judaei Romanis denariis utebantur, 410.
Juliani Imperatoris in Divi Johannis corpus impietas, 107
Juſtinianus Imp. Templum D. Johannis in Ebdomo reſtaurat, 391.

K

Kalendaria vetera & breviſcula a Dipcychis promanata, 118.
Kalendariorum originem & antiquitatem qui demonſtrarit, 100. pingendorum mos apud Romanos, ibid. ſeuræ in eo cujuſvis Menſis addebantur, ibid.
Kalendarium Eccleſiae S. Johannis Rhodi, 436.

L

Lacerna fibulata in anaglypho eboreo S. Johanni tributa, 182.
Laciniae vulgaribus ſagis, palliſque additae, 244
Lamius Jo. omnigena eruditione vir, laudatus, 187. 319
De Lando Comitum moneta argentea effigie S. Johannis ſignata, 204
Langobardi ſe ſuaſque fortunas S. Johanni Baptiſtae commendant, 15. eundem ſibi veluti Oraculum conſtituunt, 18
Latus dexterum in Sacris imaginibus quam ſiniſtro magis conſpicuum, 245. Auſtrale, vel Boreale, 248
Laurenzinus Fr. Pontus Gallus, Prior S. Johannis quo tempore Ordo Melitam obtinuit, 371. Deiparae aediculam in S. Laurentii Templo conſtruxit, 372. inter candidatos Epiſcopatus Melitenſis praeſentatus, 373
Lectionarii veteris Baſilicae Vaticanae le-

lectiones in feſto Denunciationis unde ſumptae, 149.
Lectiones in feſtis S. Baptiſtae quae olim fuerint, 148
Liber Marci Evangeliſtae Venetiis adſervari dictus, 431.
Libri antiquitus ligneis, eburneis, metallicisque integumentis cooperti, 230.
Lipſanorum elenchus, quae in Eccleſia S. Johannis venerationi proponuntur, 426.
Lipſanorum inſpectio ad bene beateque vivendum incitamentum, 421
Lis de loco ſeſſionis inter Priorem S. Johannis, & Epiſcopum Melitensem quomodo compoſita, 373 iterum agitata, 379
Lis oborta in Ferrarienſi Concilio de ratione ſedendi, 247.
Litania metrica Ruperti commemoratur, 264.
Litaniae contractiores a Diptychis promanatae, 228.
Litaniae ternae, quinae, ſeptenae in benedictione fontis, 415.
Litaniarum mos antiquus, 161
Litterarum in veſtibus antiquorum mos, ſeu veſtes litteratae, 182.
Locuſtae, quibus Praecurſor veſcebatur, aliis animantia fuere, aliis ſuffrutiorum & plantarum ſummitates, 177 poſterior ſententia pluribus argumentis confirmata, 178 argumenta contraria allata, 179 Melanctonis ridicula, & Ebionitarum inepta de ea re opinio, 180.
Lotiones & luſtrationes in Natali S. Johannis uſitatae, 143 ab Auguſtino ut ſuperſtitioſae Hipponenſibus interdictae, ibid. turpiſſimae libidini facile aditum parantes, 144 cur eo die factae, ibid. Neapolitani hanc ritum ſecuti, ibid. Colonienſes moderatius, 145
Lucatellius, Marchio Jo: Petrus, Muſei Capitolini Praefectus, & rei antiquariae ſtudioſiſſimus, 109 Tabulas bimeſtres Faſtorum Eccleſiae Ruthenicae auctori commodat, 110.
Locus nemo in Gallia legatorum pro Chriſto inſtitut, 310.
Ludovici Pii erga S. Praecurſorem obſequium, 36
Ludovicus VII Gall. Rex Divi Johannis Eccleſiam apud Sebaſten veneratur, 41
Lugdunenſi Eccleſiae perſicos & metricarum cantionum uſus interdictus, 141.

M

Macheronte, non vero Sebaſte B. Johannes in carcerem detruſus, morique datus, 22.
Maffejus Scipio, vir nominis immortalis, 31
Magdeburgenſium, aliorumque de voce [illegible] commentatio refutata, 24
S. Magnus Epiſcopus Opitergienſis per viſum admonitus Eccleſiam S. Johannis extruit, 29.
Mamachius Thomas O. P. incredibilis doctrinae vir, 133.
Mandibula S. Johannis ubi adſervari dicatur, 424
Mandibulae S. Johannis pars cum dente ubi adſervata, 419
Manna S. Johannis apud Ticinum ad Johannem Evangeliſtam pertinet, 225.
Mannus Dominicus, antiquorum monumentorum diligentiſſimus pervestigator, auctori nonnulla liberaliter mittit, 176.
Mantelia antiquitus uſus apud Clericos, 168 in Not.
Manus S. Johannis articulum Caſtelliduni aſſervatum, 416.
Marcelli Abbatis hiſtoria Inventionis capitis Divi Johannis memorata, 103.
S. Marcus primus Alexandriae Epiſcopus, & Evangelii ſcriptor, duo in eccleſiam abiens reliquiſſe fertur, Pallium, & librum ſua manu exaratum, 231
Maria Deipara convenienter calceata apparet in Triptycho Pontificio, 224.
Maria Aegyptia S. Johannis Eccleſiam juxta Jordanem ingreſſa, 48
Marmor deoſculandum quid, 231
Marmor vetus cum capite Johannis deſcriptum, & explicatum, 100.
Martyrologia vetera & breviariola a

Diptychis promanarant, 228.
Martyrum exuviae a Chriſtianis etiam ad capitis aequilibrium conquiſitae & ſubreptae, 206. ſumma erga eas Tyrannorum rabies, *ibid.*
Martyrum ſanguinem pannis exceptum Chriſtiani in ampullis reponebant, 211.
Matapanes Venetae provinciae nummus, 319.
Maxillae B. Johannis pars ubi aſſervata, 217.
Mazochius Alexius Symmachus, Scriptor vere [illegible], 23. 30.
Mediolanenſe Baptiſterium S. Johannis ad fontes appellatum, 10.
Mediolanenſes Jani quadrifrontis fanum Divo Johanni conſecrant, 14.
Melanctonis hymnus in Divum Johannem, 142. ſententia de locuſtis ridicula, 180.
Melita Sacri Equeſtris Ordinis ſedes, 296.
Melitenſis Cimeliarchii duae hierothecae exhibitae, 332.
Melitenſis Tabularii documenta ad primum Ordinis ſaeculum pertinentia, 180.
Melitenſium Equitum Inſtitutores S. Johanni Baptiſtae, non vero S. Johanni Eleemoſinario ſe, ſuumque Ordinem devoverunt, 276.
Menaea Graecorum a quibus congeſta, 191. Venetiis excudi coepta, *ibid.* ubi MSS. adſervantur, *ibid.* minutulis figuris interſperſa, 191.
Mennas Aegyptius miles ſub Diocletiano Martyrio affectus, 217. eidem COpoli a Juſtiniano Imp. Aedes exſtructa, *ibid.* altera Romae extra portam Oſtienſem, *ibid.*
S. Mercurius miles & Martyr in utraque Eccleſia nobilis, 239. ab eo Julianum apoſtatam exitiali telo ſauciatum dicunt, *ibid.*
Meſſorum ritus in pervigilio S. Johannis a Cerealibus Ethnicorum valde diſſitus, 340. Scaligeri de ea re opinio confutata, 341.
Michael Graecorum Imperator, 107.
S. Michael Klopſcenſis Coenobiarcha Ruthenus, 129.
S. Michaelis ſtatua a Michaele Paleologo ante Templum SS. Apoſtolorum COpoli conlocata, 200.
Miſſarum Liber ad uſum Eccleſiae Hoſp. S. Johannis, 307. alter antiquiſſ. Rhodienſi Eccleſiae dono datus, 309.
Miſſarum tricenarius numerus M. Gregorio tribui ſolitus, 431.
Monachi Ord. D. Benedicti memoriae S. Johannis Baptiſtae dicatiſſimi, 19.
Monachi Rutheni Monachorum Occidentalium veſtigiis inhaeſerunt, 123.
Monachorum via a S. Johanne praemonſtrata, 181.
Monachorum Fuldenſium Conventio de ſuffragiis nunc primum edita, 434.
Monaſteria Divo Johanni dedicata, 22. 23.
Monaſterium S. Johannis in Angeriaco, 37. Ringhaviae, *ibid.* apud Fuldam, *ibid.*
Monialibus in die Inventionis Capitis S. Johannis piſces, & vini hexaginta antiquitas conceſſum, 115.
Monumenta Graece loquentia Florentiae non ſemel eruta, 189.
Monumenta pro aſſerendo cultu Sanctorum Ordinis Hieros. cur in alium librum ab Auctore rejiciantur, 429.
Morbus a S. Johanne dictus quiſnam, 302. quare ſic appellatus, 303.
Morellus Fr. Johannes Gallus, Prior S. Joh. Hieroſol. *Canonicam* Rhodi fabricat, 361. legatus ad Amuratem Turcarum regem, *ibid.* Magiſtri locum tenens, & Romam miſſus, *ibid.* ejus pietas & morum innocentia, 362.
Morinus Johannes notatus, 32.
Moshemii adnotatorum ad *Syſtema Intellectuale* Cudworthi, 344.
Muratorius Lud. Anton. laudatus, 30.
Muſivum Baptiſterii Marciani Venetiarum exhibitum & explicatum, 18. 19. alterum Baſilicae Theodori, 182.
Muſivum Ravennae a B. Petro Chryſologo extructum, 234.

N

Natalis S. Johannis Baptiſtae vetuſtiſſime celebratus, 86. quo ritu & quanta cum pompa, 89. 90. Cur [illegible] appellatus, 341.

Na-

Natalitius dies apud Romanos ſollemnis & laetiſſimus, 88. apud Chriſtianos pro die emortuali acceptus, 89 rudioribus ſaeculis dictus *Natale*, *ibid.* quanta cum pompa apud veteres Chriſtianos celebraretur, 90.

Navium dedicandarum mos, 315.

Neapolitanum Baptiſterium *Capella s. Johannis ad fontem* appellatum, 50.

Neapolitanorum veterum ſuperſtitio in pervigilio S. Johannis, 344.

Necrologium, omnium antiquiſſimum, Monachorum Fuldenſium, 431. Vaticanae Bibliothecae a SS.D.N. *additum*, 434.

s. Nicolaus in Triptycho ſculptus, 230. aedes eidem COpoli condita, 260. Mannam fundebat etiam antequam Barium veheretur, 261.

Nimbus virorum etiam illuſtrium imaginibus appoſitus, 106.

Nomen B. Johannis in vetuſtiſſimis Liticaniis deſcriptum, 164.

Nomina eorum, qui panem & vinum ad ſacrae Synaxeos myſterium offerebant, in Diptychis deſcripta, 132. *in not.*

Nominum ſimilitudo in cauſſa ſaepe, ut exuviae unius Sancti pro alio acciperentur, 212. ejus rei exempla, 213.

Northmannorum Principum liberalitas in ſacris aedificiis reſtituendis, 24.

Notkeri Epiſcopi *Leodienſis Sequentia* in laudem B. Johannis, 135.

Nudipedum viris, ac mulieribus Hebraeis uſitatum, 244.

Nummariae rei utilitas in ſacrarum litterarum ſtudiis, 201.

Nummi *ad agnum* quinam dicti, 323.

Nummi aurei Rhodii a M. M. cuſi, 316. quiſnam ex iis antiquior, *ibid.* ad Venetae officinae ſimilitudinem percuſſi, 317 eorum formae, 318 argentei municipali typo, 319 eorum pondus, 320 nummi *aſperi* qui, 320.

Nummi Judaici inveterata opinio apud Hieroſolymitanos, 408 auctor ejus de re judicium, *ibid.*

Nummi, quibus Judas Chriſtum vendidit, non omnes Sicli Judaici fuerunt, 409.

Nummorum Hebraicorum duo genera, 409.

Nummorum omnium genera Hieroſolymas conlata, 410.

Nummorum ſylloge, quibus B. Johannis Baptiſtae effigies excuſa eſt, 203. & *ſeq.*

Nummus antiquus cum ſymbolis Evangeliſtarum ex Muſeo Antonii Savorniani Senat. Veneti, 163. 320. aureus Florentinorum, 171. aureus Ferrarienſis, 248.

O

Oblationes annuae in die dormitionis antiquiſſimae, 431.

Occurſus D. N. J. C. die 2. Februarii COpoli celebratus & cur, 119.

Officia variarum Eccleſiarum in feſtis Johannis Baptiſtae memorata, 140.

Officii divini in feſto Praecurſoris partes, 147.

Officium defunctorum ſecundum conſuetudinem Fratrum Hoſpitalis S. Johannis, 434.

Officium Graecorum in Natali B. Joh. deſcriptum, & illuſtratum, 132. & *ſeqq.*

Officium B. Johannis Bapt. ab Equitibus celebrandum, 310.

Olei antiquae benedictiones, 156.

Oleum a viris Sanctis antiquitus benedictum, & pulmentis injectum, 156.

s. Onuphrius in antiquo hagiotheco inſculptus, 389. ejus nomen magnum ac celebre in Menaeis, *ibid.*

Orbiculi cerei ex veteri Cereo paſchali Equitibus, ceteriſque adſtantibus diſtributi, 406 ritus explicatur, 407. forma denarii argentei, quo ſigillantur, 407 411.

Ordines equeſtres S. Georgii unde originem duxerint, 256. iidem recenſentur, *ibid.*

Ordo ad habendas ſupplicationes in magna hebdomada ex autographo Melitenſi deſcriptus, & explicatus, 412.

Ordo Conſtantinianus num fabuloſus, 256.

Ordo Hieroſolymitanorum, 1. aedes eidem attribuere, 25 etiam primitus ſub tutela S. Johannis Baptiſtae, non vero Eleemoſinarii, 273. ſententia Pa-

Pagii de ea re laudata, 282. in Angliam exceptus, & a Regibus beneficiis cumulatus, 288. Januam accitus, 290. Rhodum occupat, 295. Melitae ſedem figit, 296 in ſeptem provincias diviſus, quas *linguas* vocant, 296. Templariorum bona acquirit, 299 eorum Templa S. Johannis nomine vocari jubet, 300. de Patroni ſui cultu in dies augendo ſtudioſiſſimus, 306. Procerum conſulta, & comitiorum ea de re decreta, *ibid.* Rhodi omnia imperii jura, & monetalem poteſtatem exercuit, 316. dexteram Praecurſoris adeptus, 331. cultus in S. Joh. nunquam apud hunc Ordinem extenuatus, 331. Rhodo a Solimano deturbatus Sciriam Cretenſis inſulae vicum ſe recipit, 370. ad alias deinde regiones adnavigat, *ibid.* Viterbium venit, eoque relicto Niceae ſubſiſtit Sabaudorum Ducum liberalitate invitatus, 371. ab Imp. Carolo V. inſulas Melitae, Gaulos, arcemque Tripolis obtinet, 372.
Ordo ſcriptorum ſacrorum effingendorum probatiſſimus in Triptycho Pontificio, 250.
Oſculatorium pacis quid? 231.
Oſſilegium Chriſtianorum laudabile ac vetuſtiſſimum aſſeritur, 205. *in not.*
Ottus Ignatius C. R. laudatus, 164. ejus mors, *ibid.*

P

s. Pacomius figuram Crucis Monachorum veſtibus conſuit, 105.
Pagii ſententia de Patrono Ordinis Hieroſ. laudata, 282.
Paliliorum feſta apud Romanos quae, 334. ritibus noſtris haud ſimilia, *ibid.* & 335.
Pallia, ſive frontalia ſacrarum Menſarum, 269.
Pallium argenteum Baptiſterii Florentini deſcriptum, 268.
Pallium Marci Evangeliſtae, 251.
Pallium Pontificibus tribuitur in Graecorum picturis, 106 etiam S. Johanni in antiquis monumentis, ſed non ita amplum & circumvolutum, 183.
s. Pantaenus Latinis aeque ac Graecis celebris, 236. a Hieronymo & Euſebio laudatus, *ibid.*
s. Pantaleo Nicomedienſis Martyr cur inter Ordinis Hieroſolym. tutelares adſcitus, 416. ejus effigies in Cruce argentea deaurata illuſtratur, 417.
Papebrochii conjectura de loco conceptionis Divi Joh. 83.
Papeſuſſ Fr. Petrus Graecus, Prior S. Johannis facultatem conferendi Ordin. minores impetrat, 364. & privilegium Altaris viatici *ibid.*
Pariſienſis Eccleſia ſanxit Natalem B. Johannis triplici ſacro honorandum, 137.
Paſchalis Papae II. diploma Gherardo Hieroſ. Xenodochii inſtitutori datum, 279
Paſſerii Jo. Baptiſtae, viri antiquitatis ſcientia eruditiſſimi, Diſſertatio *de ſacro Throno* laudata, 239.
Paſſioneus Dominicus Card. vir litteris omnibus expolitus, 98.
Patena eburnea quandoque adhibita, 213.
Patrum Eccleſiae perpetua ſententia de celebratione Natalis B. Johannis, 87.
s. Paullini verſus in Natali S. Felicis, 141. carmen de S. Johanne, 173.
Paulius Sebaſtianus, laudatur, 62.
Paullus Apoſtolus in Triptycho ſculptus, 253 recalvus, & naſo juſto praeditus, *ibid.* homo tricubitalis a Chryſoſtomo appellatus, *ibid.*
Pauſantium, vel in Chriſto dormientium commemoratio in Miſſae Sacrificio, 435.
Peplus amplus & promiſſus Graecarum Matronarum proprius fuit, 243.
Perſici ſinus incolae, qui ſe a vetuſtiſſimis B. Johannis diſcipulis ortos jactant, 4.
Petri vultus in Triptycho Apoſtolico cum his, quae a Nicephoro traduntur, apprime conveniunt, 253. imago aetatis illius ſuppar ab Euſebio viſa, *ibid.* dubium, calvus ne fuerit, *ibid.*
s. Philippus Aethiopum Apoſtolus a Hieronymo dictus, 250 volumen convolutum in manu geſtat in Triptycho Pontificio, *ibid.*
Pictores hiſtoriarum ſaepe ignari res de-

depravant, 58. qui Johannem villoſa indutum veſte depingunt a Proteſtantium criminationibus vindicati, 171. qui etiam tunicatum & palliatum, 183.
Pictorum conſuetudo in viris illuſtribus delineandis, 182.
Pictura Codicis Bibliothecae Regiae Taurinenſis, 69. eadem illuſtrata, 70. binae Codicum Vaticanorum deſcriptae, 71. aliae ex Menologio Baſilii Imp., Kalendario Graeco Moſco, & ex tabulis Capponianis explicatae, 104, Tabularum Ruthenicarum, 113. tabulae cedrinae apud auctorem, 172. pictura ex Menaeis Graecorum allata, & explicata, 192.
Pintus Emmanuel M. H. H. Magiſter, Princeps egregius, 1. Hiſtoriae ſui Ordinis conſcribendae munus auctori injungit, ibid. laudatus, 7.
Pipinus Brevis Monaſterium S. Johannis in Angeriaco aedificat, 36.
Plancius Fr. Petrus Delphinas, Prior S. Johannis Rhod. inter magnae Crucis Bajulivos adlectus, 357.
Podius, ſeu de Podio Raymundus M. M. H. H. triplicem Fratrum S. Johannis diviſionem inſtituit, 354.
Pomparum Sacrarum inſtitutum antiquiſſimum, 158.
Portenta ac prodigia a Deo patrata Johanne deprecante, ejuſque imaginum praeſentia, 197.
Portenta a Paulla Romana ante Johannis ſepulcrum viſa, 41. alia in Urbe Samarcha, & Babylone, 45.
Praefatio antiqua ad Canonem Miſſae S. Johannis, 309.
Praefationum in Miſſis antiquitas, 136. undecim tantum hac aetate utitur Eccleſia, quum veteres Sacramentorum ordines ſingulis feſtis proprias haberent, ibid.
Preces ad opem Baptiſtae poſcendam e vetuſtis codicibus allatae, 151.
Preces a majoribus noſtris Synaxi conſociatae, 129.
Preces in antiquo Officio Defunctorum ab iniqua M. Antoni. de Dominis cenſura vindicatae, 434.
Prior Eccleſiae S. Johannis Sacrorum Antiſtes, 351. ſaepe magiſter & cuſtos appellatus, 356. eidem floreni annui ex publico aerario conſtituti, 359. Pontificalia indumenta attributa, 363. Bajulivus Conventualis, 364. facultatem habet conferendi Ordines minores, & privilegium Altaris portatilis terra marique, 365. Templa polluta expiat, 376. In omnibus Ordinis Templis Epiſcopo praeit, 373. duos Contubernales habet cum vacatione cujuſque muneris, ibid. ex claſſe Fratrum Capellanorum eligendus, 375.
Prioratus inſigniores Ordinis Meliten. 396. & ſeqq.
Priorum Eccleſiae S. Johannis ſeries Chronologica, 370. & ſeqq.
Privilegia ſplendidiſſima a Pontificibus Maximis Sacro Ordini Hieroſ. conceſſa, 394.
Proceſſiones variae in pervigilio, & feſto S. Johannis, 158.
S. Procopius Martyr ſub Diocletiano, 259. ei Baſilicam excitavit Conſtantinus Magnus, quam Zeno Iſauricus refecit, 260.
Proſa decantata in Miſſa majori Natalis S. Johannis, 307.
Provinciae, ſeu Regiones Ordinis Meliten. enumeratae, 395.
Pugaltus Fr. Johannes Italus, Prior S. Johannis, vir ſingulari prudentia praeditus, 363. Rhodi Vicarius, ibid. Divini cultus amplificandi ſtudioſus, 364.

Q

Quae a Graecis in Nativitate S. Johannis decantarentur, 113.
Qui de tempore conceptionis Divi Johannis ſcripſerint, 77. & ſeqq. de Proceſſionibus Eccleſiaſticis, 158. de Crucibus ſtationalibus, 160. de veſtibus litteratis, 182. de varia litterarum Graecarum forma, 190. de Diptychis, 226. de Apoſtolorum geſtis, 212. de ſandaliis, calceamentiſque Apoſtolorum, 214. de Antiquitatibus Eccleſiaſticis, ibid. de Ordine Hieroſ. ſeu Melitenſi, 274. 275. de Agaparum ritu, 345. de Liturgia, & de ritibus Chriſtiano-

norum, 352. de Re nummaria Hebraeorum, 409.
Quirini A. M. Cardinalis liber *de Officio Quadrageſimali Graecorum* laudatus, 132.
Quinſaria pro *Conſaria* vel *Confraria* in Januenſi inſcriptione, 292.

R

Rabe Paulli *de Viſu Divi Johannis* libellus memoratus, 3.
Ramuſculi & virgulta pro pedibus Divi Baptiſtae depicta quid indicent, 276.
Ranuccius F. Johannes Italus, Prior S. Johannis Pontificalia indumenta obtinet, 162.
Ravennatium Baptiſterium nomine S. Johannis ad fontes inſignitum, 11. baptiſteria duo celeberrima & antiquiſſima, 36. opere muſivo decorata, *ibid.* eorum Crux ſtationalis argentea illuſtrata, 162.
Raymondus de Podio M.M.H.H. 289.
Recciſvindus Hiſpaniarum Rex inſignis Templi Balconenſis auctor, 35.
Redemptiones peccatorum quae fuerint, 30. antiquiſſimae, 31.
Religio non ſola mentis pietate, ſed externis etiam ritibus concluſa, 351.
Reliquiae a Militibus Hieroſ. in caſtra delatae, 394.
Reliquiae ad B. Johannem pertinentes unde, & quo delatae 210. 211. earumdem copia ab cenſoribus quibuſdam intemperanter accuſata, 212. docetur unde magnus ille numerus proficiſci poſſit, *ibid.* & 213.
Reliquiae quomodo internoſcantur, 327.
Reliquiae S. Praecurſoris apud Sebaſten furtim collectae, & Alexandriam delatae, 40. eaedem a nefariis hominibus ablatae & diſperſae, 41. igni traditae 207 a Chriſtianis quomodo ſubreptae, 208. pars aliqua a Gaudentio Brixiam, a Paullino Nolam, a Maximiano Ravennam, a Genuenſibus ſuam in urbem, ab aliis alio addacta, 209 Pars adſervatur in Belgii urbibus, Venetiis, Florentiae, *ibid.* Romae, Ripajani, Caſteſiodeni, Ciſtercii, Perpiniani, Valentiae, Patavii, Monachii &c. 210.
Reliquiarum diviſionis cauſa, 207. in Not.
Reliquiarum falſarii nedum Auguſtini & Gregorii aetate, ſed inſecutis etiam temporibus, 214.
Reliquiarum oſculatio celebris in utraque Eccleſia, 425.
Rhodi inſula a Militibus Hieroſ. occupata, 293. Soli antiquitus ſacra, 406
Rhodienſis Metropolitae epiſtola ad M. M. Villarium Liſladamum, 295.
Rhodiorum erga Praecurſorem veneratio unde, 295.
Rhodus in feſto S. Pantaleonis obſidione liberata, 416.
Riccha Joſephus, eruditus ſcriptor, 302.
Rivalrius Fr. Raimundus Gallus, Prior S. Johannis Breviarium Ordinis emendat, 370.
Ritus affigendi Indulgentias Paulo IV. anterior, 420.
Ritus dandi S. oleum Fratribus in Natali Praecurſoris explicatus, 155. 156 Crucem deoſculandi poſt perceptam Synaxim, 416 praebendi Codicem Evangeliorum M. Magiſtro deoſculandum, 420.
Ritus funerei apud Hieroſ. ad expiandos Fratrum defunctorum manes, 430.
Ritus Graecorum in Officio de Natali S. Johannis, 151
Ritus nonnulli, quos Clerus S. Johannis in magna hebdomada retinet, illuſtrati, 401.
Ritus puellaris oſſa, & ſcruta colligendi, eaque cremandi adveniente Natali S. Johannis, antiquus, & a quadam gentis Judaicae conſuetudine repetendus, 339. rejicitur de eo Hildebrand fabella, *ibid.*
Ritus volvendi rotam in feſto S. Johannis unde manaverit, 342.
Rituum varietas perperam a nonnullis improbata, 146 147.
Rivautella Antonius, Regiae Bibliothecae Taurinenſis Propraefectus laudatus, 17. ejuſdem obitus, *ibid.*

Ru

Roche-Chioard *De la* Caroli Alemani Prioris S. Aegidii inſignis pietas, & liberalitas, 308. ejus donaria aurea & argentea Eccleſiae S. Johannis Rhodien. 309. alia beneficia nunquam intermoritura, *ibid.*
Rogerius a Molendino M.M.H H. 290.
Rogi ante officinas, & domos in novilunits accenſi, & ſaltationes trans eos a Synodo Trullana interdictae, 336.
Romani Kalendaria pictis imaginibus peroruarunt, 110.
Romani nobiliores in tunicis ad guttur aurea ſegmenta geſtarunt, 216
Rotuli non ſolis Patriarchis, & Prophetis, ſed Apoſtolis etiam in antiquis monumentis attributi, 210.
Rullus Fr. Bartholomaeus Balearicus in praeſens S. Johannis Prior, pietatis & diſciplinae exemplar, 383 nonnulla privilegia a SS D. N. obtinuit, & inſignia ſplendidiora, 384.

S

S. Saba Serviae Metropolita quo die apud Ruthenos coleretur, 113.
Sabbatinus D. Ludovicus, 78. 262
Sacella in Baptiſteriis ſemper Divo Johanni ſacra, 52
Sacerdos & miniſter initio Miſſae peccata accuſant ex Apoſtolica traditione, 137 orans, ut Sacrificium proſit ad honorem Sanctorum Divum Baptiſtam nominat, idque ante Saeculum XII. fortaſſe uſitatum, 138. idem Johannem adjutorem advocat in Canone, 139
Sacerdotum jus plures ſingulis diebus Sacrum faciendi quando abrogatum, 128
Sacrificia Deo offerendi in honorem Sanctorum mos veteri conſtantique conſuetudine in Eccleſiam receptus, 124 idem adverſus haereticos propugnatus, *ibid. in Not.*
Sacrum in Natali S Johannis ter antiquitus peractum, 125 qua de cauſa, 126. ejus moris documenta, 125.
Sagus *παραπέγματι* appellatur qualis, a 58.
Saltationes fieri ſolitae in pervigilio Divi Johannis num ſuperſtitioſae, 335. 336
Saltationes in Sollemniis Sacris interdictae, 347. Feſtum etiam Divi Johannis ſaltationibus violatum, *ibid.*
Sanctorum catalogi, qui in vetuſtis Latinorum & Graecorum Kalendariis obſervantur, a diptychis excerpti, 127
Sanctorum imagines conſulto primis Eccleſiae temporibus ab hominum conſpectu ſublatae, 161.
Sanguis S Johannis ubi nunc aſſervetur, 211. eundem Sacerdote aris operante purpuraſcere, ebullire, ac colliquefieri tradunt, *ibid.*
Savorniani Antonii Senatoris Veneti lectiſſimum, & copioſum Nummophylacium, 163.
Scaligeri opinio de Meſſorum ritu notata, 341.
Scenicae pompae in Natali S Johannis actae per vias, 348. intra ſacrarum aedium ambitum, 349
Schmidius Jo: Andreas notatus, 97.
Schola Cantorum in aede S Joh., 364.
Schutzbeiſchit Conradi *de Amiſſo Johannis* liber, 3.
Scriptores Hiſtoriae Ordinis Hieroſ. Guilielmum Tyrium minime improbare auſi, 275.
Seignorettus Fr. Jacobus Arelatenſis, S. Johannis Prior, 383. ejus virtutes & epitaphium, *ibid.*
Sella, dignitatis, potentiae, majeſtatiſque indicium, 239
Sequentia *proſa*, aut *jubilatio* appellata, 135.
Sequentiae in laudem Divi Johannis, 135. *&* *ſeqq.*
Sequentiarum & Praefationum in Miſſis antiquitas, 136.
Sepultura ſupremus humanitatis honor, 207. *in Not.*
Serapidis fanum miraculo diſjectum, & proſtratum, 40.
Siculorum Regum in S. Joh. pietas, 24.
Sigilla varia Florentinorum imaginem D. Johannis praeſeferunt, 177 *in Not.*
Sigillum Beſſarionis Card Nicaeni cum Divi Johannis imagine, 228.
Sigillum Nicolai, Plebani S. Johannis majoris in agro Florent. illuſtratum, 176.
Sigillum vetus Ordinis in tabulario Melitenſi, 312.

[illegible]

Stephanus Protomartyr [illegible], 138 [illegible]

Scala antiqua in Sacrario Vaticano [illegible] Christi, Mariae, & Ja[illegible], 237.

Statua Christi antiquissimi operis [illegible], 219.

Superstitiones [illegible]

T

[illegible]

Templa Graecorum [illegible]

[illegible]

Templum ab Ottone Hen[illegible]

Templa & monasteria [illegible] Latinis & Graecis, 50.

[illegible]

Templum [illegible] Messanensis celebre, 88. [illegible] a S.Placido [illegible], & Di-

& Divi Johannis nomine inſignitum, ibid. Equitibus a Rogerio Rege traditum, 189.
Templum totius Chriſtiani orbis primarium ad aedes Lateranas a Conſtantino Magno extructum, 11.
Tnoca Perpinianenſis Divum Johannem alatum repraeſentans, 193.
Theodolinda eximiae pietatis Regina Baſilicam Praecurſori conſtruit, dotatque, 15. Baptiſterium Brixiae aedificat, 52. ejus anathemata, 266. 267.
Theodoreti locus de Paganis, non de Chriſtianis accipiendus, 116.
Theodori Daphnopatae Oratio in ſacrae Johannis manus tranſportatione, 329. ejus exemplum in Bibliotheca Vaticana, ibid.
Theodoropolis, urbs a S. Theodoro Mart. appellata, 120.
Theodorus Martyr Militiarum Praefectus, 120. in Eucaita exuviae illius tranſlatae, ibid. Templa CPoli eidem dedicata, 121. ejus effigies in Triptycho Muſei Pontificii, 239. 255. pedeſtris, 256.
Theodorus Studita a Taraſio Patriarcha Sacerdotio initiatus, 118. feſtum quo die a Ruthenis celebratum, ibid.
Theodorus Tyro Martyr apud Graecos, & Latinos celeberrimus, pluries acceptus pro S. Theodoro Praefecto, 122. In Triptycho Pontificio repraeſentatus, 259.
Theodoſius M. Templum Divo Johanni a fundamentis excitat, 39.
Theodoſius Magnus multorum Monachorum in Palaeſtina auctor & parens, 114. quo die apud Graecos coleretur, ibid.
Theophania, vel Epiphania in Graecorum libris dicitur Baptiſmus Chriſti, 113.
Theophilus Alexandriae Epiſcopus Ethnicorum delubra everti curat, 40.
Tholus Baptiſterii Ravennatis opere Muſivo decoratus, 56.
Thomas, qui Indiae oras pervaſit, non Didymus, ſed alius quiſpiam Manetis diſcipulus, 231.
Thomaſius Ven. Cardinalis magnus Antiquitatum Eccleſiaſticarum doctor, 144. vir incredibilium virtutum [illegible] ac [illegible] undique [illegible], 144 [illegible] S. [illegible] 212. [illegible] [illegible], 421.
T[illegible] [illegible], 370.
T[illegible] Chriſtianorum [illegible] ab Acatio [illegible], 394. [illegible], 392.
T[illegible] Baptiſterii [illegible] praefigeret. Divi Johannis nomen habuere, 58. quandoque in gradibus, quandoque in corona, vel in pelvis ambitu, vel parietibus inſculpti, 54.
Tranſlatio dexterae S. Praecurſoris, qua die Melitae celebretur, 306.
Traſemundus Comes monaſterii S. Johannis in Venere in Aprutiis fundator, 19.
Travertagnus de Caramius Ord. S. Sepulcri Generalis Magiſter, 199.
Tricenarius Miſſarum numerus Equitibus defunctis ſtatutus, 431.
Triptycha duo Moſcorum B. Johannis effigie inſignita, 231.
Triptychum eburneum Graeci operis Tuderto advectum, 232. illuſtratum, 233 & ſeqq.
Tunica brevis nonnunquam Johanni in picturis, ac numiſmatibus data, peregrinantium amictus, 188.
Tunica & pallium S. Johannis ab antiquis datum, 253.
Tunicalae aureae, & argenteae Deo oblatae, 193.
Typicon S. Sabae quid, 114. Irenis Auguſtae, 115.
Tyrius mendaciis convictus, 282. & ſeq.

V

Vaſa ex ebore in Sacro miniſterio ſaepe occurunt, 233.
Velamen capitis feminis ſollemne apud Judaeos, 243.
Venetorum Reſpublica longe ante Berengarii tempus monetam fabricavit optimam, & pondere conſtantem, 317. ad ejus typos nummi a Miſiae, & Hungariae regibus percuſſi, ibid.
Venutus Philippus eburneam Crucem Cortonenſem diligenti commentatio explicavit, 184.
Veronenſe Baptiſterium, 50.

Veſtem Johannis mollem non fuiſſe, neque undulatam contra Proteſtantes evincitur, 174.
Veſtes litteratae antiquorum, 182.
Veſtiaria res Apoſtolorum, & Chriſtianorum illuſtrata, 181. 187. Romanorum & Graecorum, 117. 118.
Veſtis novae & inſolitae Divo Johanni tributae in antiqua gemma, explicatio, 190.
Veſtis villoſa S. Johanni in antiquis picturis data, 169. hujuſmodi moris defenſio, 170. veſtis litteratae explanatio, 182.
Vianius Fr. Petrus, S. Johannis Prior, domicilium principi Templo contiguum fabricavit, 380. divinarum, humanarumque litterarum cultor, ibid. ſacrorum ornamentorum amplificator, ibid. ejus virtus & charitas luce praeſtante, 381. ejus epitaphium, ib.
Victoria Crucis acclamatio ſolemnis mili tum ſub Leone Imperatore, 338.
Victorius Eques, Franciſcus, Vir illuſtris, & ſapiens, 168. & 170. in not.
Villaretus Fulchus M. M. Inſulam Rhodum occupat, 291.
Virgines Deo ſacrae ſolemni caeremonia velatae, 241.
Virgines Sacrae Ordinis Hieroſolymitani, 311.
Virgo Deipara velato capite exhibetur in Triptycho Pontificio, 243. non flammeo, ſed palla praelonga & laxa, ibid.
Virgo Veſtalis maxima quid in Fordicidiis ageret, 334.
De Vitriaco Jacobus Card. errorem Tyrii Archiepiſcopi circa Ordinis Hieroſ. Patronum amplexus, 274.
Vranius Epiſcopus Emiſſenus caput Praecurſoris inventum accipit, 105.
Vratiſlavia S. Johannis maximopere cultrix, 201.
Vratiſlavienſium Epiſcoporum nummi effigie S. Praecurſoris ſignati, 203.
Vrbani V. PP. de Miſſa Divi Johannis decretum, 137.
Vitea Camaraſa Fr. Petrus Celeber, S. Johannis Prior, Oratorium Eccleſiae principi antiquum extruxit, & ſodalitium S. Johann. Decollati tranſtulit, 377. res ejus adverſae, ibid. illuſtribus factis conſpicuus, ibid. ejus epitaphium, ibid.
De Vechiis Fr. Jo. Baptiſtae M. M. nummus argenteus explicatus, 319.
Witchii liber *de Veſtitu Christianorum* iniquiſſimarum querelarum plenus, 381.

X

Xenodochium COpolitanum militibus Ordinis Hieroſ. ab Emanuele Comneno tributum, 286. in tutela S. Johannis poſitum, 277.
Xenodochium Hieroſolymae a Carolo Magno pro Latinis extructum ante Sacri Ordinis inſtitutionem, 276. reſtitutum, eique Monaſterium additum, 277.
Xenodochium Meſſanenſe quando Ordini Hieroſ. traditum, 289. a quibus ampliſſime dotatum, 290.
Xenodochium Januenſe a Willelmo adminiſtratum, 290.

Z

Zabarellae Bartholomaei Archiepiſcopi Florentini ſigillum illuſtratum, 242.
Zacharias Franciſcus antiquitatibus ſedulo veſtigandis addictus, 222.
Zacharias Propheta S. Johannis parens, 73. utrum fuerit Pontifex Hebraeorum Maximus, 74.
Zanettus Hieronymus ſcriptor excellenti ingenio, & doctrina politiſſimus, 303. rei litterariae patriaeque ſuae ornamentum, 317.
Zeſchii Wilelmi *de exaltatione Johannis* libellus, 3.
Zeunner mendacium circa herbam *Lupinum*, 344.
Zonaras in rebus dijudicandis ſaepe aequus, & veri loquus, 117.
Zozimas heremicola celeberrimus praefuit Monaſterio S. Johannis apud Jordanem, 48. in veteri hagiotheca ſculptus Mariae Aegyptiacae panem Angelicum praebens, 389. 396. hoc factum egregie, & ex veteri diſciplina expreſſum, ibid.

F I N I S.

EMENDANDA, ET REFINGENDA.

	pagina	linea	
Diptyca	4	24	Diptycha
Accidiſſet	7	3	Accidiſſe
Gipaldus	8 *not.*	1	Giraldus
Hoſtienſi	10	8	*Oſtienſi*
Hoſtienſi	13	2	*Oſtienſi*
Pedemontis	17	2	Pedemontii
Oraculum	18	16	*Pro Oraculo aedem ſacram, ſive Oratorium intelligunt Gloſſaria, pleríque tamen ſcriptores aliter, ut nos fecimus, interpretantur.*
Cannae	25	20	Catanae
ΣΑ ΓΟΙ	33	22	[illegible]
Mattaeo	39	7	Matthaeo
[illegible]	42	13	[illegible]
An. CCCXXI.	43	17	An. CCCCXXI.
Mahumedanos	45	13	Mahumetanos
Servianum	51	1	Servilianum
Deſcrizione Milano 1838. *not.* 1. *ibi in inſcriptione pag.* 53			*Deſcrizione di Milano* 1738.
Saeculo CCCCCXVII.			Saeculo CCCCCCXVII.
Eprigraphen	54	15	Epigraphen
Pagina 60, *advertat Lector Adnotationum numeros nullo ordine eſſe excuſos, ſcilicet* 4. 9. 1.			*Corrige* 1. 2. 3.
Ibidem not. 2. *Vicquefoſt*			*Vicquefort.*
Dominca	61	7	*Dominica*
[illegible]	62	11	[illegible]
Efficies	64	10	Effigies
[illegible]	66	6	[illegible]
& II verrente Saeculo,	68	6	& III. vertente &c.
[illegible]	73	9	[illegible]
Anecdoctorum	79	46	Anecdotorum
Caſtellanns	84	9	Caſtellanus
habiti a XXXV.	86	26	An. XXXV.
[illegible]	91	7	[illegible]
[illegible]	93	25	[illegible]
[illegible]	95	35	[illegible]
[illegible]	96	6	[illegible]
Nortmanniam	98	12	Northmanniam
auctorirate	103	2	auctoritate
[illegible]	107	13	[illegible]
Ibidem *deeſt in not. prima loci indicatio, quam ſic appinges*			*Apud Dufreſne lib. cit.*
Deinde ceteras ſic enumera 2. *Oper* &c. 3. *Labbe*, 4. Inter ſcript.			
[illegible]	111	35	[illegible]
Vit not. 2. pag.	117		*Tit.*
[illegible]	120	21	[illegible]
Pag. 121 *In notis poſt num.* 3. *dele* 5 6, *&* *appone* 4. 5.			
haec precationes	130	2	heae precationes
acrae Synaxeos	132 *not.*	1	Sacrae

novi

	pagina	linea	
[illegible]	145	6	[illegible]
Laodicaeno	149	2	Laoditeno
Francofordia	161	29	*Francoſordim*
Condaciam	152	5	Contacium
[illegible] .... [illegible]			[illegible] .... [illegible]
[illegible] ... [illegible]	153		[illegible] .... [illegible]
Ibidem .... *Condacium*			*Contacium*
[illegible]	163	13	[illegible]
Jcripturis	166	10	*picturis*
[illegible]	167	12	[illegible]
eiborum	180	8	ciborum
[illegible]	185	12	[illegible]
inibam	188	4	inibant
Capſula Diptyca	190 not.	7	*Caſula Diptycha*
ea Templi partem	200	15	eam Templi partem
vincant, *denumerantur*	206	14	*vindicant*, *enumerantur*
Ludubrio .... Etnicorum	207	43	ludibrio .... Ethnicorum
Hiſtoram .. *ibi in not.*		15	Hiſtoriam
Ilorum	212	9	illorum
claviciem	233	22	calvitiem
[illegible]	247	24	[illegible]
Mezzardi	260	13	Mezzadri
antathematum	268	1	anathematum
CHORONIBVS	270	11	CHOVONIBVS
caeterrum	282	14	ceterarum
de Pratis	290	27	*de Praedies*
de Vesturio	291	21	*Sic quidem latine dixeris, ſed chartae, & monumenta habent, de Vulsabio*
OMNIVM QVMFLARIAE	292 *in inſcrip.*		OMINVM QVMFLARIAE S.JOANNIS
FACIVDVM	298 *in inſcrip.*		FACIVNDVM
BARTHOLOMAEI SVRICENSIS	300. *in inſcrip.*		*vereor ne ſit Bartholmaus de Surcivis, cujus nomen legimus in Charta Tabularii publici Faventi An. 1318.*
ſalmtis	309	29	*ſalutis*
Sempremgranlis	310	18	Septem Granglis
[illegible]	337	4	[illegible]
[illegible]	341	2	[illegible]
Conſer qua	343 not.	4	Conſer quae
[illegible]	349	16	[illegible]
INTERIAS	354 *in inſcrip.*	2	INFERIAS
Metenſi	364	10	Treviſenſi
Benv. Crema	369 not.	1	Benvenuti de Crema
Agiothecium	384 *ter in titulo*		HAGIOTHECIVM
Item	388	29	
MCCXLV	399	15	DCCXLV.
Conſtantinopli	403	9	Conſtantinopoli
jamdium	403	24	jamdiu
innitur	414 not	2	innititur
[illegible]	419	16	[illegible]

Minora quaedam ſphalmata lector ignoſce.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google